

HOMERI ILIAS

EX OPTIMIS EDITIONIBUS

FIDELITER EXPRESSA.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

JACOBI KENNEDY, S.T.P.

[illegible]

[illegible]

VOLUMEN PRIMUM.

DUBLINI:

[illegible]

[illegible]

[illegible]

HOMERI ILIAS

EX OPTIMIS EDITIONIBUS

FIDELITER EXPRESSA.

ACCEDUNT ILLUSTRATIONES AD DIFFICILIORA, TAM IN SENSU QUAM IN RE CRITICA, ENUCLEANDA COMPARATÆ, NECNON INDEX MEMORABILIUM.

STUDIO ET IMPENSIS

JACOBI KENNEDY, S. T. B.

COLLEGII SS. TRINITATIS APUD DUBLINENSES SOC. ET ACAD. REG. HIBERN. E MEMBRIS.

VOLUMEN PRIMUM.

DUBLINI:

APUD RICARDUM MILLIKEN, ET FIL. ACADEMIÆ BIBLIOPOLAS.

MDCCCXXVII.

R. GRAISBERRY, ACAD. TYPOGR., EXCUDIT.

CELSISSIMO PRINCIPI

ERNESTO AUGUSTO

DUCI DE CUMBRIA, ETC.

COLLEGII SS. TRINITATIS

CANCELLARIO,

PRO SUO FAVORE EXIMIO

INCEPTIS ADSPIRANTI

ΦΙΛΟΜΟΥΣΟΙΣ,

HÆC ILIADIS EDITIO,

IN USUM STUDIOSORUM, ET PRÆSERTIM

JUVENTUTIS ACADEMICÆ,

ADORNATA,

ANIMI PIGNUS GRATISSIMI,

OMINIBUS FELICISSIMIS,

DICATUR.

PRÆFATIO.

JUVENTUTI ACADEMICÆ SAL.

QUID in hac editione concinnanda, Juvenes optimi, efficere sim conatus, aut usui vestro studiisque commodi afferre,....quod ut fieret, me variis negotiis circumsessum hoc tantum impellebat, ut studia subseciva utilitati eorum, quibus me omni amore devinctum habeo, condonarem,....paucis sum expositurus.

Præmittendæ imprimis rationes operis incepti. Sæpius mihi perpendenti constabat haud sine magno fructu fore si hunc, Scriptorem nobilissimum, fontem omnium deliciarum et originem, meliore instructum apparatu tum notarum tum criticæ, quem publicus usus tereret, proferre quis se accingat; Tironibus etenim et hoc et alterum magnopere profuturum, ut non tam sensum sermonisque expositionem nudam, sed et copiam satis magnam adumbrationis poeticæ et κρισέως ἀκριβεστέρας in promtu habeant. Nec ætas ulla tenerior esse potest, delibatis modo floribus horti amænissimi, cui desint

vires ad opus suscipiendum, robur ingenio adaucturum et examini postea critico, τῷ τελευταίῳ ἐπιγεννήματι, copias suppeditaturum. Notas ideo confeci *serie* et *junctura*, uti spero, *pollentes*, quæ tantum illustrando textui inserviant, tantum ingenio auctoris, tantum laboribus spectatissimorum virorum qui in hac palæstra sese exercuerunt, quantum et brevitati conducere et studio diligentiori expedire arbitrarer.

Quantum porro Editoribus debeo qui
Cura penitus videre sagaci ;
Otia qui studiis læti tenuere decoris,
Inque Academia umbrifera nitidoque Lyceo
Fuderunt claras fecundi pectoris artes......

libens agnosco, nec, quantum memini, unquam agnoscere sum oblitus. Hoc disertius explicatum volo.

Editionis celeb. et doctiss. Gottl. Heyne, in Lectionum varietate, in illustratione philologica, in critica supellectili, omnium longe ditissimæ, vestigia premo ; attamen, nec in textu recensendo tam Antistitem sequor ut nusquam concinniores, prout mihi visum, lectiones restituerim. In hac procuratione subsidia quam præstantissima selegi. Satis fuerit meminisse accuratissimum illud Wolfii, Lips. 1804., quocum lectiones Heynianas, idque perpetua serie, contuli. Rationes in notis plerumque redditæ si quando a textu Heynii discesserim, qui majore copia MSS[m] nixus id sibi honoris merito vindicare videtur. In plurimis tamen locis Wolfianum habui prælatum, qui in Scholiis pervolvendis, lectt. situ obsitis eruendis, et in cetero ministerio critico, egregium se virum præstitit.

Editioni Clarkianæ quam dudum sumsit illustrandam Jo. Aug. Ernesti multis me nominibus devinctum fateor. Notulas subjecerat summus vir, non ipsas quidem multiplici doctrina vel inutili verborum farragine refertas, sed felici numine scriptas, ad difficilia enodanda compositas, idque, quibus semper solet, brevitate et elegantia. MS[i] Lipsiensis collationem præbet Editio Ernestina, quæ et varietatem Lectionis et Scholia quædam antea inedita complectitur. Adnotationem Ernestii ferme integram desumsi.

Inter Scholiastas, Villoisoni editionem Venetam præsertim excussi, quæ tantas divitias undique congestas profert ut merito recenseri possit inter subsidia præstantissima.

Hæc, typis mandata doctissimi editoris auspiciis, cura modo non religiosa pertractavi, quippe passim sententias veterum exponentia, quæ vel ad Criticam spectarent, vel Grammaticam, vel penitiorem illorum scientiam quæ in Scriptore nobili imprimis veniunt illustranda, ingenii, mentis, consilii. Nec merito objici potest inter hæc πεδία ἀκάρπιστα Scholiastarum temere pervagari animum, qui ad utilia paranda, non ad exquirendas subtilitates studia confert; nec merito exprobrandum id duntaxat cognitionis afferri quod verba spectat, posthaberi illud, quod ingenia sublimia præsertim commovere solet, conceptus poetici expositionem plenam;...hoc etenim veteribus laudis constat, quod fontes aperuerunt unde tam largo haustu ebiberunt recentiores; nec opera impenditur vel inutilis vel legentibus, uti spero, ingrata, si Græcæ doctrinæ στοι-

χεῖα e scriptis, et (pæne dixerim) *prælectionibus* veterum Magistrorum, velut e fonte uberrimo, proponenda venerint.

Ex scholiis quæ Didymi nomine pervulgantur plurima excerpsi. Versantur potissimum in explicatione verborum, doctrina grammatica plane nihili est. Varia ex Porphyrio, scriptore celeberrimo, in his et Scholl. Venet. prostant, qui, ut sit sæpissime avidus nugarum sectator, quo se commendet habet, doctrina quippe copiosa, ingenio acri. Nec tamen insigni viro id vitio exprobraverim quod temporis potius ac ætatis studium videtur, leve, umbratile, ac vere Platonicum...istas scilicet allegoriarum captationes, istas disputationes vanas et λύσεις, quæ, morbi instar, criticorum cathedras permeabant. Hoc equidem in Aristarcho maxime admirandum duco, qui, Criticæ simplicioris auctor, vehementer suadebat, ne a studio nugatorio abrepti integritatem poematis perditum irent.*

Per Sch. br. passim in Notis obvium designavi *Scholia minora* quæ "Didymi" (at ψευδωνύμως) titulum adsciscunt. Editiones adhibui, tum Barnesianam, tum Schrevelianam quæ ex officina Hackii prodiit, arte typographica insignis liber, cætera merito improbandus. Titulus est; Ὁμήρου Ἰλιὰς καὶ Ὀδυσσεία. καὶ εἰς αὐτὰς σχόλια, ἢ ἐξήγησις Διδύμου etc. accurante Corn. Schrevelio.

Τοιαῦτα μὲν δὴ ταῦτα. Quantum denique Eustathio cæterisque hinc inde collectis debeo longum foret enarrare; res ipsa indicium feret. Hoc tantum monitum velim me nullum laborem refugisse, nullum fontem inexplo-

* Wolfii Prolegg. ad Iliad. § 36.

ratum habuisse, et in *σφάλματα* typographica, qualia in opere impedito prostabant innumera, diligentiæ et otii immensum quid impendisse. Sed nec diuturnos labores, noctes insomnes, sumtum, cui erogando census minime spernendus quæritur, tanti duco, quæ vel delectamenta talia impediant, vel amoris et benevolentiæ indicium, quibus vos, Adolescentes optimi, prosequor, quo minus faciam, impellant. Hæc, qualiacunque demum sint, tentamina, quæ fortasse ad ulteriora ducent, eo vos studio accipiatis precor quo vobis profiteor dicata ; nec me in vestra commoda peccare existimetis, si quæ, ut memineritis, proferam humiliora. Studia quæ pueritiam informarunt, oblectant juventutem, senectutem ornabunt : hæc ut promoveam, expediam, exornem, præ me in votis præcipuum fero, sententiæ haud immemor quod

ἐκ πόνων, οἳ σὺν νεότατι γένωνται
σύν τε δίκᾳ, τελέθει
πρὸς γῆρας αἰὼν ἁμέρα.

Interpretationem Latinam quare omiserim, id adeo satis in propatulo est, doctioribus saltem, ut caussas non amplius proferre oporteat. Quid in Græcas literas injuriosum magis existimarim, quid magis ad elegantias corrumpendas, virtutem obruendam, vim retundendam, comparatum dixerim ? Invaluit tamen consuetudo, cui tollendæ jamdudum est allaboratum, ut Græci prorsus exularent, ac in eorum sedes succederet Latinitas serior,

manca, pedestris. Hoc verissime est ejicere Camenas, silvasque eorum vilissimis elocare.

Hoc tamen utilitati concedendum rebar, ut in permultis locis ad sensum exornandum versionem retinerem. Vernaculo sermone id factum penitus optaverim, quippe tironibus impensius profuturum, ni vetuissent operis ordo et concinnitas. Nec desunt mihi exempla quantum ad penitiorem scientiam auctoris, quantum ad ingenium sermonis rectius intelligendum, hujuscemodi ratio conferat auxilii...sed satis mihi fuerit consilium declarasse, cætera usus expediet. Valete.

SUPPLEMENTUM

AD

PRÆFATIONEM.

SUNT ad philologiam Homericam spectantia quæ sparsim adhuc prolata iterum jam retractare, ut in ordine composito cuncta enucleatius exponantur, volo. Respiciunt, I. ad originem, potestatem et usum Digammi quantumque in analogia constituenda prosit. II. Ad usum Articuli. III. Ad significationem nexumque Particularum. IV. Ad Dialectum: qualis concipi debet Homerica.

1. Digammum extitisse in vetere Alphabeto ex *inscriptionibus* antiquis constat, gentium dico quæ linguam vetustam retinebant, quales erant Elei et Arcadici. Hi a Strabone (*a*) vetustissimi (παλαιότατα ἔθνη) prædicantur; a cæteris (*b*) αὐτόχθονες, προσέληνοι, et tenacissimi ferebantur sermonis prisci et orthographiæ. Inter illos usus literæ comprobatur ex lamina Eliaca (*c*), a Gell A. D. MDCCCXIII reportata: fœdus memorat inter Eleos et Evæos s. Evaœos, Arcadiæ gentem, prostantque nomina Fαλειοι, εὐFαοιοι, ipsiusque fœderis, ἁ Fρατρα, literis antiquissimis exarata. Obvia porro sunt, Fετια, Fεπος, Fαργον, (ἔργον), Fετας *(cives)* etc. (*d*). Adduntur inscriptt. Deliaca et Heracleensis (*e*): Orchomenia, quam integram exscribit doctiss. Jo. Fr. Boissonade (*f*): Nummi

(*a*) Lib. VIII. p. 562, Edit. Oxon. (*b*) Falconer Not. l. c. (*c*) R. P. Knight, Prolegg. LXXXV. (*d*) Boissonade de inscript. Eliac. Diar. Class. Vol. XX. p. 285 ss. (*e*) Knight ubi supr. LXXXV sq. (*f*) Diar. Class. ubi supr. p. 294.

Veliæ (*g*). Mire cum hisce congruit quod memorat Trypho Grammaticus usum Digammi communem Aeolibus, Ionibus et Laconicis fuisse (*h*), nam hi Dores fuerunt servabantque, ut ceteri Peloponnesii, vetustam orthographiam. Heraclea (*i*) quoque a colonis ex Tarento, Doribus, fundata est. Delum tenuerunt Iones (*k*), vel in ætate antehomerica, Caribus expulsis; iidem Veliam condiderunt (*l*).

2. Constat præterea ex *analogia linguarum* affinium quales sunt Latina et Dialectus Aeolum. Sæpius enim et in medio et in initio vocum, quarum stirpes manifeste sunt Græcæ, inserebant Latini cognatam literam, V ut plurimum (*m*). Nec id Grammaticorum sedulitati tribuendum quod fœtus fuit justæ etymologiæ. Transibat sermo Pelasgico-Aeolicus* ad Italos quorum linguarum vestigia servantur in tabulis Eugubianis (*n*) Petilinis etc. et immiscebatur postmodum, magna pars, cum oratione excultissima Romanorum. Ex. gr. Fοικος (*o*), *vicus*, quod et in nostro vernaculo, *wick*, cernitur. Fοινος (*p*), *vinum*, *wine*. ὕλη (*q*), Aeol. ὑλFη, *sylva*. Fειδεω, *video*. ἔαρ, Fηρ, *ver*. ὀFις, *ovis*. ὠFον, *ovum*. δαFος, *davus*, et sexcenta alia (*r*). *Mavors* Latinorum, unde et *Mavortius* et apud recentiores *Mars*, Pelasgicam, opinor, prodit originem ex terminatione, nec melius expeditur quam posito quod Digamma medium occupavit. Solenne erat in Lexicc. etymon tradere, *magna vertens* v. *vortens*, at prætulerim μέγαλα Fερδων, ipsam formam μαFορς; et præsertim hoc inductus quod thema Latinum facile ad sua principia revocari potest: solita enim erat conversio τοῦ λ in ν, ut apud Dores ἕλετο, γέντο. φίντατος pro φίλτατος etc.

(*g*) Ibid. p. 292. Not. Blomfield, Obss. in Mathiæ p. xxxv. (*h*) Blomf. loc. cit. (*i*) Knight, Proll. ubi supr. (*k*) Thucyd. I. (*l*) Herod. I. 168. (*m*) Knight de Alph. Græc. p. 11. Dawes, M. C. p. 117. (*n*) Knight Prolegg. Il. cxv. (*o*) Clarke ad Iliad. ά, 51. (*p*) Ibid. (*q*) Bentl. ad Horat. Carm. I, 23. (*r*) Dawes p. 119. Cf. not. Burges.

* British Review on Marsh's Horæ Pelasgicæ, vol. ix. pp. 343—348.

pariter μέγαλος, *magnus*, h. e. Dorice, μέγνος et μάγνος. De altero liquet; nam Fέρδειν Homericum est.

3. Nec tantum ex analogiis sermonum cognatorum monstratur extitisse. Extant voces in seriore dialecto quæ produnt vestigia, litera, τῇ διαδόχῳ, ad supplendum locum ejus assumpta vel in voce primaria vel in inflexionibus (*s*). Ex. c. Homericum est ἐπιδεύομαι, Il. ψ', 670. Th. antiquitus prostabat δεFω, unde δεύω et recentior forma, extruso digammo, δέω. Proinde Knight in loc. cit. exhibet ἐπιδεFομαι, pariterque in ι', 225. τ', 180. Od. φ', 185, ἐπιδεFεις etc. Pari analogia inflectuntur futura verbb. χέω, πλέω etc. nimirum χεύσω, πλεύσω. Quid hoc (ut alterum attingam) nisi χεFσω, συγκοπτικῶς a χεFεσω, fut. primario a them. χεFω? (*t*). Datur γέντο (*u*) in Homericc. Il. θ', 43. ν', 25. 241 etc. *corripuit, prehendit*; factum nempe ex ἕλετο, Fελετο, conversione Digammi in cognatam literam γ, mutatis porro inter se liquidis λ et ν in veteri dialecto. Nec secus σιγαλόεις (*u*) passim obvia— ex σίαλος, σιFαλος, orta vox; cf. ε', 226. Modo consimili explicanda est anomalia ista—*paragoge Aeolica* (ut vocant Grammatici) φι et φιν, dativis pluralibus ut plurimum adjecta, ex gr. ὄρεσφι, Il. δ', 452. Justa inflexione (*v*) antiquitus prodibat ὀρεFεσι, ὀρεFσι, et per metathesin literarum ὀρεσFι, Expedias hoc ritu ἀνεψιόφι, στρατόφι, νευρῆφι et νευρῆφι etc. quarum prior a Bentleio illata est ad conservandum metrum in ι, 554. omnesque produnt digammum in obliquis casibus vetustorum nominum latentem (*w*). Hisce addas vocem

---

(*s*) Burg. in Dawes. Prefat. p. XXVIII. Literæ διάδοχοι enumerantur I, Υ. B, M, Π, Φ. Γ, X, K. addit Dionys. Hal. diphthongum ΟΥ, quem contra Dawes defendit Foster de acc. et quant. pp. 127=130. Cf. M. C. p. 120 ss. Burg. Not. ad loc. (*t*) Matthiæ G. Gr. § 176, c. (*u*) Cf. Nott. θ', 43. έ, 226. (*v*) Knight, Alph. Gr. p. 50. Prolegg. CIV. (*w*) Consentit Knight ubi supr. § CXV. et confirmat ex Tab. Eugubiana. Litem movet de form. ὄρεσφι et, dubitante Viro doctissimo, vix meas rationes proferre ausus fuerim, ni analogiæ concinnæ

Hesiodeam κανάξαις (*x*), ἔργ. 664. quam in Cur. Sec. ad. jam antea tetigi, et quæ indicia servat digammi in radice Fαγω, *frango*. Cf. ε′, 161. ϑ′, 403 etc.

4. Extat in carmine Alcmanico vs. quem memorat Priscianus, dimeter iambicus, ΚΑΙ ΧΕΙΜΑ ΠΥΡ ΤΕ ΔΑFΙΟΝ (*y*). Antiquissimus ille lyrica conscripsit in Dorica dialecto (*z*) quæ proinde comprobatur æque ac Aeolica digammum recepisse: nec feliciter Prisciano cessit quod existimarit vocem in loc. cit. quadrisyllabam fuisse, nempe pro δαΰιον (*a*): est etenim δήϊον, *ardens*, δωρικῶς elatum idque antiquissimo ritu et prout in Homericis ediderunt curæ recentissimæ (*b*). Sic porro in aliis ejusdem stirpis; δαFηται, Il. ύ, 316. ἰδαFον, *comburebant*, σ′, 347. δαFιοι, *hostes*, ί, 76. Cf. ε′, 208. β′, 544. δαFιοτητι, *certamine*, γ′, 20. ή, 40.—τα, μ′, 181. δαFιοωντο, *cædebantur*, ex edit Knight. ν′, 675. Optime ideo secundum hanc normam restituit Vir doct. in ε′, 4. δαFε Fοι, pro communi, δαῖε οἱ. δαFετο, φ′, 34 3. δαFιφρονι, Odyss. ά, 48. epith. ad *bellicam scientiam* primo respiciens, et exinde latius usurpatum, ut *prudentiam*, *solertiam* etc. designaret. Cum hisce conf. δαFι λ. Il. ξ′, 387. δαFιδας, *tædas*, Od. β′, 105. immo δαFιον πῦρ in nostro ipso, Il. ί, 347. Cunctis bene restituto digammate ut scriptionis archaicæ usus postulat.

6. Plura hoc ritu congeri possunt exempla, et in omnibus, metro sospite, revocari potest prisca orthographia—si equidem *orthographia* id dicendum quod necdum *literis* mandatum est, et *per ora volitabat* limite minus definito adstrictum (*c*). Sed hoc ἐν παρόδῳ. Id tantum præterea monendum mutatas et mutabiles regulas, sedes, immo vim ipsam Digammi, explicatas me habere ex hoc quod dum adhuc in

---

satis innixas judicassem. (*x*) Infr. § 21. Mathiæ, § 221, 2. (*p*) Dawes M. C. p. 118. Knight Alph. Gr. p. 35. (*z*) Voss. de poett. Gr. p. 13. 15. (*a*) Dawes. pag. 169. (*b*) Cf. Knight Il. pass. (*c*) Knight Prolegg. LVI. LXXII. Wolf. Pr. XII. ss.

ipsis elementis sermonis eminuerit Musæ erant filiæ Mnemosynes (*d*), doctrina vagaretur incerta, nec haberet scientia humana, quibus se conderet, monumenta, nisi τῶν ῥαψῳδῶν recitatas memoriter farragines (*e*). Exemplum sit quod docet Priscianus cit. supr. de potestate Digammi aliquando evanescente, et lingua ipsa Homerica quæ voces digammatas persæpe in locis ponit quibus nec pronuntiari nec aliquo modo efferri poterat digamma. Et in hoc errat Editor præstantissimus Heyne, quod valde se cruciat in medenda oratione, ob digammum nimium solicitus, cum de sermone jam *literario* agitur et de litera brevi postmodum exoletura. Citat Burges (*g*), Dawesii annotator, ad mentem Prisciani Il. γ', 224. δ', 374. quorum utrumque ablegat Knight (*g*): specimen (*h*) quoque Salterianum Homericorum, nempe Il. α', 1—104. Conf. præsertim vs. 19.

6. Comprobatur denuo τὸ δίγαμμα ex alphabetis, quæ habentur, simplicissimis. In Celtica occurrit litera ejusdem formæ in loco quem inter *Cadmeias* vel *Phœnicicas* (*i*) occupasse τὸ δίγαμμα credimus. Hebræorum ו (Vau) levi mutatione eandem formam induit ad Orientalium morem accommodatum. Iisdem vestigiis Arabicum *Waw* pro cognato habetur, adeoque stabilis analogia apparet ut exinde jure sibi videantur quidam doctissimi de pronuntiandi modo conjectationes desumsisse (*k*).

7. Nomen, digamma, satis indicat originem. In lingua vetusta conjicitur (*l*) τὸ Γ fuisse aspiratum, fere ut ab Hispa-

---

(*d*) Ibid. "In ipso Homero Memoriam—unicam custodem rerum; eandem Musarum matrem etc." § XII. (*e*) Knight ubi supr. § XXXVIII. (*f*) Cf. pass. ex. gr. Il. ά, 141. Obss. (*g*) Annott. p. 414. Non item ά, 106. 141. in priore extat κρηγυον Fειπας in exemplari Knightiano: in hoc μελαιναν Fερυσσουσιν. (*h*) Ibid. p. 434 ss. Operis τὰ ἀκροθίνια quod jampridem doctissimus Knight integrum absolvit. (*i*) Neilson Edit. G. Gr. Glasg. p. 15. not. 7. Herod. v. 58 sq. (*k*) Knight Alph. G. p. 35. (*l*) Ibid. p. 11.

nis hodie effertur, et ut C, litera cognata, a Tuscis; designari porro aspirationem fortiorem a litera quæ proinde duplicis Gamma formam induebat; hanc a Pelasgis (*m*) receptam antiquitus prodiisse speciem qualis a duobus (Γ) ad bases junctis efficeretur; formam ejus notissimam Aeolibus deberi, quæ demum, corrupto sono, evadebat Latinum F (*n*). Proinde *Aeolicum Digamma* nuncupari—perinde quasi Aeoles id primi omnium receperint: at veram caussam extitisse, sonum ipsius *gutturalem*, lingua Aeolica, uti vetustioribus cunctis (*o*), talibus sonis abundante: necnon quia in eorum dialecto literam diutius conservarint, unde factum est ut recentiores eam a gente designaverint in cujus sermonem vestigia diutissime impressa cernebant (*p*).

8. De hisce vero plurimis dubitare licet, et præsertim de literæ ipsius origine: derivatam etenim a lingua quadam vetustissima nec ipsam fuisse αὐτόχθονα facile vel ex iis quæ traduntur supr. § VI. crediderim. Nomen enim Digamma impositum fuit ab iis qui eam jampridem exoletam situque obsitam e tenebris suis in Grammaticam induxerunt. Sed de hoc alias; usus literæ in Homericis jam amplius exponendus est, qui conspicitur in hiatu (*q*), metro (*r*), etymologia (*s*), dialecto (*t*) et tum verborum tum nominum inflexione (*u*).

9. Canon Homericæ poeseos profertur *hiatum* non tolerari nisi in pausa versus; nam vocem in *thesi* constitutam,

---

(*m*) Ibid. (*n*) Quinctil. Institt. XII, 10. (*o*) Knight ubi Supr. p. 12. (*p*) Quantum erraverint qui dialecto Aeolum τὸ δίγ proprium dicant constat ex inscriptt. Heracleensi et Deliaca, nummisque Veliensium: Supr. § 1. Adde Knight proll. § XLI. Deliacam discutit Dawes M. C. pp. 128 sqq. (*q*) Heyne Exc. Digamm. et pass. Burges ubi supr. p. 415. (*r*) Knight Alph. p. 35. Burg. pp. 396. 418. (*s*) Dunbar de Mett. Gr. ex Burges ubi supr. 419=22. (*t*) Burg. Not. p. 418. (*u*) Knight. Alph. pp. 43. 50 sq. Prolegg. § CIV. Dawes M. C. p. 173 sq.

rapidius emissam et paullatim subsistentem, illum non adeo auribus ingratum efferre quam si in *ictu* constituatur syllaba, vocalibus invicem confligentibus (*v*). In locis plerisque anomaliam (*w*) notavi, et Heynium sequutus, concursum istum vocalium qui aures non offenderit, *hiatum non vitiosum* nuncupavi. Editores tamen pæne omnes ante Bentleium in locis innumeris hiatum reliquerunt, ignorato digammo, aut maculam tollere sunt conati particulas inferciendo (*x*) quarum utilitatem aut cum reliqua oratione nexum difficile fuerit vel ingenioso expiscari. Exinde explicatam habeas seriem istam portentorum, κε, γε, ἄρ, ῥα etc. ab Alexandrinis (*y*) adscitam ut implerent τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ, quod ipsum satis evincit homines non adeo imperitos fuisse qui non perciperent hiatum exulare debere ex Ionica poesi; nec tamen eo usque edoctos ut veram medicinam invenerint.

10. Sumantur exempla digammi medentis hiatum; α΄, 4, δὲ Fελωρια. 31, Fιφι Fανασσεις. β΄, 12, κε Fελοι. 186, δέξατό Fοι. 192, σάφα Fοισθ᾽. 197, δέ Fε. 215, ὅ τι Fοι. 238, τί Fοι. 245, ὑπόδρα Fιδων. 360. ἀλλά, Fαναξ. 434, κύδιστε, Fαναξ. γ΄, 39, δύσπαρι, Fειδος. 55, τό τι Fειδος. 83, τι Fεπος. 163, ὄφρα Fιδῃς. 172, φίλε Fεκυρε. 204. τοῦτο Fεπος. Cf. subinde, ζ΄, 177, 203. ξ΄, 403, πρὸς ἰθὺ Fοι. 420, δέ Fοι. ρ΄, 276, ὑπέρθυμοι Fελον. In eodem vs. corrigas ἔγχεσι, Fειμενοι περ—nam male ἔγχεσιν (*z*). 305, ἄντα Fιδων, 340, οἵ γε Fεκηλοι. 399, τόν γε Fιδουσ᾽. Cf. vss.

(*v*) Heyne Exc. de Hiat ad ὁ, 247. Hermann. de Metris, 1, 10, 7. (*w*) Cf. ά, 565. 569. γ΄, 376. ί, 270. δ΄, 412. ἑ, 343. 388. 424. ή, 31. 63. ί, 57. 426. κ΄, 285. λ΄, 256. etc. nec secus in ά. 578. ί, 238. λ΄, 76 etc. Bene observat Hermann recentiores Ionicos non tam exquisitos fuisse in vitando hiatu, quod ipsum arguit omissio τοῦ ν paragogici in Herodoteis: hæc vero non metiuntur Homerica. Cf. et Heyn. ubi supr. (*x*) Blomfield, præfat. ad Math. G. Gr. p. XXXV. Heyn. Exc. de digamm. sub fin. (*y*) Knight Prolegg. § CXLIX, (*z*) Heyne Tab. in voc. ἧμαι.

441. 526 (*a*). Pravo studio Grammaticorum inseruntur particulæ; ex. gr. ῥα in β′, 213—est enim ὅς Fειπε. Consimiliter leg. γὰρ Fειπέεσσιν in vs. 342. Exinde concludere licet de Fοπα in γ′, 221. Recte id nimirum digammari, cum in dictionibus cognatis, ἔπος, ἔπω, etc. ubique occurrat digamma: extrudas ideo voculam ῥά in vs. cit. ponasque δὴ Fοπα. Secundum hæc ablegari poterit γε ex Odyss. ο′, 557. ῥα ex ξ′, 182. γε et ῥα, ni fallor, ex ψ′, 224. prior illa ex γ′, 64. ι′, 206. Iterum in Il. α′, 484, emendes ἐπεί ῥα Fικοντο, coll. cum vs. 19, ξ′, 383, mendose ἐπεί ῥ' ἕσσαντο, cum vox sit Fεσσαντο. Lex ipsa *metrici ictus* in locis quam plurimis inutiles particc. resecat: cf. α′, 527. 547. ς′, 600.

11. Hisce sparsim congestis plura facile addiderit lector. In transitu hoc monendum quod in scriptis suis, exoleto jam charactere, leges orthographiæ digammaticæ adeo observarint recentiores ut ex Homericis plura, quæ absque digammo ingratissimos hiatus afferunt, integra receperint. Vestigia exinde relego. Mos apud seriores, Callimachum et Apollonium (*b*), religiose servatus ut nec voculis interjectis nec paragogis inutilibus orationem inquinarent, orthographiam quamdam vel pronuntiandi modum extitisse, quo auribus minus ingrata redderetur oratio, probabiliter monstrat: id etenim usu duntaxat recentioribus hisce eveniebat, ut ex Herodoteis passim constat, quæ concursibus istis vocalium atque hiatibus scatent. At ex sermone recens effecto, simpliciore et subaspero, lubrica illa *liquidi palati* penitus exulabant.

(*a*) Addas exempp. ζ′, 251. 253. 261, μέγα Fοινος.. 330, μεθιέντα Fιδοις. (*b*) Ex Apollon. confert Heyne I. 887. III. 1225, etc. ex Callim. I. 13. Del. 13, 162. Jov. 31 etc. Videsis Exc. dig. Passim vero prostant exempp. Digammi ignorati: sic in Argon. Γ, 692, κῆδος ἑλοιο. 696, ὧδ' ἐπέεσσι, cum fuerit antiquitus, ὧδε Fεπεσσι. cf. 699. 702. 718 etc.

12. Hactenus de syllabis *primis* vocum digammatarum egi. Si litera fuerit duntaxat *initialis*, compagi metricæ vel in *ictu* constituendo inserviret, ut in ά, 211, ἀλλ' ἤτοι Fειπεσι etc. vel in *positione* (quam vocant) efficienda, ut ἐπὶ Fρηγμῖνι, ibid. 437., vel in *hiatu vitioso* medendo (*c*). Sæpissime vero in medio vocum concursus fit vocalium qui in vetere rhythmo non magis tolerandus videtur; optime tamen ablegandus admisso digammate tanquam syllabarum vel partium inflexionis intervalla designaturo. Apponantur ex. gr. vss. ex Iliade Knightiana, μηνιν ἀFειδε, θεα, πηληFιαδαF' ἀχιλεFος ὀFλομενην, ἡ μυFρί' ἀχαιFοις κ. τ. λ. (*d*). In secunda harum, quarta, quinta, nona, sedi suæ restitutum digamma hiatum τὸν μέσαυλον extrudit. Satis porro conspicitur metri conservatio: in quinta (ἀχιλεFος) sustinetur penultima ope digammatis quod officio duplicis consonantis aliquando fungitur (*e*); erant enim inter vetustiores Græcos ignotæ η et ω (*f*) ut adeo recentioris commatis redarguatur vulgatum illud ἀχιλῆος (*g*). Pariterque in similibus.

Serior equidem dialectus qualis in Herodoteis extat à concursu vocalium διαιρετῶς elatorum in eadem voce non abhorrebat: at in archaica longe aliter res fuerat comparata. Ad hoc præcipue digammum usurpabant ut rudi pronuntiationi vocalium concurrentium inserviret. Exulante litera, non protinus ex omnibus (*h*) dialectis sed ex Atticorum et Ionicorum sermone excultissimo, quorum uterque primo consociabatur, *contrahi* cœptum est a prioribus ut adeo vitaretur horridula et incompta oratio (*i*): retinebant contra

---

(*c*) Extat exempl. in γ', 172. quo digamma interpositum et hoc et alterum prius efficit, φίλε Fεκυρε etc. cf. not. in loc. (*d*) Il. ά, 1 sq. (*e*) Docet hoc Victorinus in loc. cit. a Dawes, M. C. p. 117. (*f*) Knight in Il. pass. cf. præsertim ά, 193. (*g*) Knight Prolegg. CIV. De vi metrica digammi cf. § CLXVII. Burg. ad Dawes pp. 396. 418. (*h*) Neilson G. Gr. loc cit. § 6. (*i*) Matthiæ G. Gr. § 45.

Iones resolutiones, diæreses, hiatum, quæ necessario fiebant cum ex sede propria deturbassent vetus enuntiandi adminiculum. (*k*). Fædior exinde erat corruptio quam in loquelam archaicam invexerat ἡ Ἀτθὶς (*l*)—mollitie contra et munditiæ, non robori, ἡ Ἰὰς litabat.

13. Vis digammi in constituenda *etymologia* ex exemplis allatis optime cernitur (*m*). Et in hisce latissime patet campus cum varias mutationes passa fuerit litera dum in cognatis linguarum inhæreat earumque temperet inflexiones aut *orthographiam* aliquando definierit. Vid. gr. In sermone prisco δὶς extabat, nomen mythicum, quod a recentioribus, ad eandem originem fortasse spectans, effertur ΖΕΥΣ: inflexiones ejus, διFος, διFι, διFα etc. Ex priore ortum δῖος (ἐκ διὸς), *divinus*, et inter Latinos, *divus* etc. Nec latuisse suspicor in recto δὶς digammum, sed primitus hunc extitisse διFς, unde δεFς, δσεFς, δσευς, ζεὺς—Latinorum DEUS—cognatis quippe literis digammo et U (*n*). Aliquando ad Romanos transiit et vetusta appellatio; cf. Aen. 4, 702. (*o*). Affines spectantur *dives*, *divitiæ* etc. vestigiaque antiqui nominis latent in receptis *ditissimus*, *ditior*—nisi prætuleris contractiones ex *divitior*, *divitissimus*, quod et magis convenit cum *progressu* sermonis, nec minus analogiam evincit. Notabile porro, dum hæc attingimus, servari in Græcis ordinem deducendi consimilem; ΠΛΟΥΤΟΝ (*p*) nempe appellari *divitiarum Præsidem*, PLUTONEM inter Romanos *inferorum deum* no-

---

(*k*) Optime Blomfield; *The digamma was not interposed between two vowels, to avoid a hiatus, as Matthiæ supposes; but it was a regular constituent letter of the word, omitted in a later age, for the sake of smoothness* etc. Remarks, p. XXXIV. cf. et Neilson ubi supr. Usus tamen in *hiatu* constat, etsi ob id primitus non fuerit constitutum. (*l*) Knight G. Alph. (*m*) Dawes M. C. pp. 114 sq. (*n*) Cf. supr. § 3. (*o*) Add. Georg. 4, 467. Aen. 6, 127 etc. (*p*) Personam induit in comœd. Aristoph. notissima.

tione parum absimili; quæ satis comprobant eundem nexum mentibus obversatum ac pridem inter ΔΙFΣ, ΔΙFΟΣ, DIVES etc.

Congeras pauca amplius: extat Fιδον sæpe sæpius in Homericis, Fειδον porro, Fειδεω; ortum hinc Lat. *video*. ἴς, Fις, *vis*. ναῦς, ναFος etc. *navis*. λᾶς (λάας) λαFας etc. *lapis*. λεῖος, λεFος, *lævis* s. *levis*. *Bacchus*, nomen mythicum Latinorum, quod et aliquando *Iacchus*, statim se prodit a Fιαχω, *clamo*, mutatis inter se B et F. Sic veram orthographiam eruerat Knight, ἀχαιFος, ex *achivus*. Commutabiles cernuntur F et S in Fερπω, *serpo*; F et H in Fελπω, *Helpis* (*q*), Angl. *Help*; digammus, φ, F et B in seqq. ῥήτρη, ῥητρία, antiq. Fρατρα (*r*) etc. φρήτρη, φράτωρ, φρατρία—Lat. *frater*—Angl. *brother*, quasi *contribulis*. Nec severiore judicio exquirendum est in progressu linguarum qua norma receperint voces additamenta: satis fuerit similitudinem constituere, ut in λύω, ponendum λυFω, unde Latinorum *solvo*, litt. prim. metathesi. Ex ὕλη (ὑλFη) exoriri potuerit *sylva* (*s*). Sic Fελω, FελFω, *volvo* etc.

14. A Grammaticis vulgo edocemur, χέω, χεύσω, πνέω, πνεύσω, πλέω, πλεύσω, κάω (καίω) καύσω etc. At υ illud inter inflectendum ortum digammo intercidenti debetur qui in primitivo, χεFω, latebat (*t*)—exinde χεFεσω, χεFσω, ἔχεFεσα etc. Litera porro, quam in quibusdam vocibus, mutatam licet, retinuerit usus recentior, in cunctis fortasse *puris* extitisse censenda est, ut ἄω, ἀFω. ὕω, ὑFω. λύω, λυFω etc. Utcunque hoc fuerit compertum existimo—digammo pluribus Græcis restituto, satis patere analogiam cum totidem aliis

---

(*q*) Mindia Helpis. Winckleman Hist. Art. cit. a Knight in Prolegg. § clii. (*r*) Extat in inscript. Eliaca supr. mem. § 1. (*s*) Supr. § 2. (*t*) Matth. G. Gr. § 176 c. Distinctionis caussa hæc ficta censebat Hemsterhuys; Luc. II. p. 368. Sed latius patere analogiam arbitror.

in linguis serioribus; posse exinde in sua elementa voces denuo confictas faciliter resolvi, norma in hisce reperta secundum quam literæ cognatæ erant inter se mutatæ.

15. In Attica dialecto hospes fuit prorsus Digamma. Ut hiatum vitarent contractiones (*u*) syllabarum inducebant, quas aperto ore efferebant antiquiores; nec tamen hoc τῆς ἀτθίδος archaicæ erat quæ nullo distabat intervallo a sermone Ionico nec ab eo, donec in Asiam migraretur, in diversos tramites abierat (*v*). Oratio perpolita Sophoclea, Thucydidea, Platonica, per syncopas, crases, cohortemque cæterum τῶν σχημάτων veteris loquelæ vestigia pene prorsus diluerat (*w*).

Doriensium sermo digammum facile admisit. Inter Dorismos vulgo recensetur γίντο pro ἕλετο, *corripuit* (*x*). Tabula Heracleensis, omnium antiquissima (*y*), Dorico sermone conscripta extat, quæ non secus ac Deliaca, dudum memorata (*z*), literam istam insigniter præfert. Hoc vero inter archaismos referendum qui ei cum ceteris stirpis Pelasgicæ erant communes; Homero recte abjudicatur (*a*), nec tantum ob caussas *politicas* (*b*), sed quia nondum characterem diversum fuerat sortitus.

(*u*) Math. G. Gr, § 45. (*v*) Blomfield's preface, ubi supr. p. XXXII. (*w*) Knight Prolegg. § LXIX. (*x*) Supr. § 2. (*y*) Knight Prolegg. § XLI. (*z*) Supr. § 1. (*a*) Clarke ad Il. β', 43. Dialecti Doricæ vulgo recensentur epochæ duæ (Math. G. Gr. § 4): agi vero opinor de sermone *literario*, non de antiquo et semibarbaro quem Lacedæmonios conservasse integrum arbitrantur docti. Hunc, magnam partem, cum dialecto archaica immisceri, aut ipsam revera *archaicam* fuisse, ideoque in Homericis reperiri, judicarim: recte autem abjudicatur hybrida ista Pindari, Theocriti etc. quæ ad exemplar recentiorum accesserat. In hac tamen, non secus ac in politissimis, vestigia digammi possunt reperiri. (*b*) Knight Prolegg. § LXVII.

16. In dialectis Homeri, quas vocant, Aeolica et Ionica diutius paulo sistendum. Homerum fuisse Ionem et idcirco ex ejus carminibus exulare debere literam, prorsus Aeolicam, quibusdam doctis jam antea visum fuerat (*c*); sed temere id dictum. Concesso enim vel ortu Ionico, id quod, ut disceptarent, plurimis jampridem occasionem præbuit (*d*), constare credo ex rationibus philologicis dialectum utramque invicem adeo in Homericis intermisceri ut vix limitem satis tuto definieris. Hoc poterant efficere non tam migrationes parvo intervallo se invicem sequutæ stirpiumque commixtio (*e*), quam cuncti sermonis antiquissimi analogia et indoles. Porro ex compage versuum in locis innumeris probatur, voces, quas huic vel alteri dialecto usus recentior postmodum dicaverat, digammum pariter adsciscere—quod ipsum, per usum literæ tam cito exoleturæ, fidem *chronologiæ* (*f*) vindicat.

Spectanda igitur dialectus Homerica *unica* et *simplex* (*g*); non illa ex diversis laciniis confecta prout versui convenerit aut lubidini visum fuerit:—et compages ista, Poetica, Dorica, Attica, Macedonica etc. quam Grammatici inferebant, omnino debet exulare (*h*). Sermo est Aeolico-Ionicus, cum inflexione et phrasi certæ mensuræ adaptatis, quæ postea in diversas abibant partes, et formis dissimilibus inductis, distabant et secernebantur. Lesbiæ ἡ αἰολὶς et Herodoti ἡ ἰὰς, Nostro florente, unicam linguam conficiebant, et oratio literaria (qualem inter gentes non prorsus incultas, a com-

---

(*c*) Dawes M. C. § IV. Burgess, præfat. p. XV. (*d*) Burgess ad D. ubi supr. At concidunt argumenta si verum sit quod edocet Knight τὴν αἰολίδα et ἰάδα in tempp. Homericis easdem fuisse. Prolegg. § LXVIII. (*e*) Hoc Burg. annott. ad Dawes pp. 401 sq. at Knight in prolegg. § LXVIII. sermonis discrepantiam ad migrationes refert. (*f*) Marmor Parium. (*g*) Clarke ad Il, β′, 43. Burgess ubi supr. p. XVI. Knight prolegg. § LXX ss. (*h*) Knight § LXVIII.

muni segregatam, vocamus) ex utrisque conflata, copiosior evasit et numerosior (*i*).

17. Aeolicæ dialecti vestigia cernuntur in resolutione genitivi sing. decl. 1æ et in rectis casibus ejusdem decl. Ex. c. ἱππότα, μητιέτα etc. (*k*). In paragogis; θα in fine temporum, ut ἦσθα, οἶσθα etc. φι, φιν in fine nominum, ut ὄρεσφι, στρατόφι, βίηφι. In commixtionibus literarum, ut κάδδε pro κατὰ δὲ (*l*), καλλαπάρην etc. Exquirenda in hisce analogia: in decl. prim. prostat. gen. Aeolicus (vid. caus.) αἰνείαο; Ionicus. αἰνείεω; Doricus, αἰνεία. Si verum sit quod a peritissimo Knight effertur, discrepantias dialectorum, magnam partem, ortas fuisse ex mutatione literarum α et ε (*m*), statim cernitur analogia, dum retinuerint priores formam vetustam αἰνειαϜο (*n*), hi alteri αἰνειεϜο et αἰνειαϜ, quæ postmodum migrarunt in recentiorem αἰνείου. Nec secus statuendum videtur in decl. secunda simp. Genitivi vulgo referuntur, Aeolum (ex. c.) λόγω; Ion. λόγοιο; Dor.—ω et —οιο (*o*). Concesso primitus extitisse formam λογοϜο (*p*), prior explicanda est ex interciso digammate, ut fiat λόγοο, λόγω. Ionicam censeo exortam ex rationibus metri hexametri, eodem intercidente; hoc etenim ubique restituitur, litera in sedem revocata (*q*). Indicio est quadantenus forma toties repetita genitivi, στρατόφι etc. Si concesseris olim fuisse στρατοϜι (*r*), exinde στρατοῦϊ, στρατοῦ, vix adeo distat forma Knightiana. Multum porro roboris accedit quod exolescente digammo scriptura evasit ΛΟΓΟ.Ο ut in gen. pl. decl. prim. ΝΥΜΦΑ.ΩΝ [*s*); id etenim, quod hexametri usus primo postulabat, ad

---

(*i*) Burgess pag. 402. (*k*) Ibid. pp. 398 sq. Foster, acc. et quant. p. 108. (*l*) Zuinger de dialect. Aeol. (*m*) Knight, Alph. Gr. 37. (*n*) Knight in Il. α′, 1 et pass. (*o*) Zuinger ubi supr. (*p*) Knight Prolegg. § CII. (*q*) Cf. Il. β′, 731. ο′, 554. φ′, 104. κ′, 60. (*r*) Knight Alph. Græc. C. S. ad Il. δ′, 452. (*s*) Knight Prolegg § C. CII. ex Salmasio et Lanzio. Hoc ex titulis constat.

numeros dissimiles et linguam ἀττικωτέραν (*t*) erat postea accommodatum. Nec secus form. βίηφι expediverim, concesso dat. BIHI, BIHFI, cui recentiores sonum affinem substituebant.

18. Spectant præfata ad cognationem dialectorum quæ ex notione digammi bene perpensa et constituta multum lucis mutuatur. In dialecto antiquissima, Pelasgica puta, vel Thracica (*u*), complures extitere voces, simplices maxime, quæ in linguam excultissimam postmodum explicatæ formam archaicam prorsus ferme amittebant. Quæcunque digammum adsciverunt et in hoc elemento mutationem sunt passæ, vel recipiebant literam cognatam vel formam antiquam, exulante tantum digammo, conservabant, vel transformatione varia affectæ speciem denuo induebant quam in dialecto excultissima, h. e. ab archaismo δὶς διὰ πασῶν distante, cernere licet. Constitutis ideo literis quas in digammatis vicem ex analogia probata adsumtas fuisse constat notatisque locis, in scriptis poeticis præsertim, quæ ob rationes metricas vel τὸ κεχηνὸς medicinam, hanc literam, postulant—ad radices possumus ratione probabiliore devenire, et in hac silva philologica, ἐπέων νομῷ, tum sermonum cognationem, tum linguæ τῆς προσεληναίας lentas progressiones indagare (*v*). Et ad has radices deveniendum—voces assumendo quæ imagines sensibiles tantum præ se ferunt (*x*); resecando inutilia et *formæ* et *inflexionis* quæ grammaticam seriorem sapiunt; adhi-

---

(*t*) Tragicorum nempe. Characteres dialect. diversi erant pro ea, cui studebant hi et alteri, poesi. Ionum mollior, apertior et rotundior versui heroico aptatur; Atticorum densior et concinnior, iambico. (*u*) Thamyris memoratur, Orpheus, Eumolpus, Linus, Thraces—qui literas in Græciam invexere. Cf. Dunbar vers. Hom. p. 5 sq. Ab eorum sermone parum distitisse Pelasgicum opinor. (*v*) Wise's enquiry p. 139. (*x*) Quippe primariæ et simplicissimæ. Locke, essay, III. 1. § 5.

bendo alphabetum simplicissimum, Cadmeum (*y*) (quod dicitur); diligenter excutiendo linguarum aliarum radices quæ ab illa vetustissima (ni mendax sit historia) ortum trahebant (*z*). Hac ratione, philosophica inprimis dixerim, inter fluxum et ruinam veterum monumentorum, antiquissimæ linguæ Hellenicæ vestigia ex tabulis Eugubianis (*a*) eruuntur. Ipsa ideo Latina ditissimum præbet segetem (*b*), Quinimo ex recentissimis doctorum virorum studiis profectum ut in sermone nobili Hindustanico et in inflexione vocibusque radicalibus mirum quid similitudinis deprehendatur (*c*).

19. Pergo ad inflexiones quæ ope digammatis conficiebantur in lingua Homerica. Et in hac palæstra jamdudum adeo se exercuit Vir doctissimus R. P. Knight, dum e tenebris eduxerit non solum τὰ στοιχεῖα vetustissimæ orthographiæ, verum etiam statuerit certas rationes philologicas secundum quas et tempora fuerint definita et modi et casus—ut labor sit verissime *in aperto.*

20. In declinationibus canon videtur, ut in cetera Grammatica, concursum vocalium ope digammatis leniri, ut adeo sustineantur *breves* si quando productionem illarum metrum exigat. Hoc dico minime ignarus discrimen illud *longarum* et brevium linguæ excultoribus deberi, quatenus saltem ad *formam* spectat: at ex analogia concludere licet vocales, in dictionibus quam plurimis, hac vocis *suspensione*

(*y*) Herodot. V. 59. Citat in seqq. inscriptt. literis *Phœnicicis* (quas vocat) exaratas; erant sexdecim. De Cadmo auctore fateor me multum dubitare. Cf. P. Knight prolegg. LXXVII. (*z*) Burges, nott. ad Misc. Crit. pp. 351 ss. (*a*) Add. Etrusca monumenta. Cf. Knight pass. (ex Lanzio sopra le lingue morti d'Italia), præsertim § CVI. ss. Analogiam in variis ex hisce constituit. (*b*) Ibid. Burg. ubi supr. (*c*) Colebrooke, Gr. Shanskritica. British Review of Adelung's Mithridates, vol. VI, pp. 493 ss. (*d*) Knight de Alph. Cadmeo. Inscriptt.

et *mora* ante Digammum productas, speciem distinctam postmodum induisse, Η et Ω (*e*). Hoc tamen, exolescente jam litera; non enim negaverim vocales longas extitisse dum adhuc in Alphabeto fuerit reperta. Exempla pauca congerere libet. Præferunt vulgo νυμφαων Aeol. genit. in decl. prim. simpp. a recto νύμφα. Hoc primitus fuisse νυμφάϜων censendum est (*f*). A recto ης v. ας præferunt terminationem genitivi sing. αο: hoc antea expressum αϜο, ut αἰνειαϜο, πηληϜιαδαϜο, supr. § 12, 17. In decl. contract. forma accusativi ab Atticis prolata erat—εᾱ, ab Ionicis,—εᾰ. Caussas antea exposui discrepantiæ (*g*)—at nunc ulterius conjecerim illam in vetere dialecto simplicem et unicam extitisse, θεσιϜα: Ionicos, hexametro usos, vocalem penultimam, duplicato digammate, fulsisse, ut adeo θησιϜϜα (*h*) sonaret; contra Atticos induxisse θησέᾱ, systemati Iambico aptatum, quod ex forma archaica, ictu ad ultimam translato, ortum. Conveniunt hæc et cæteris, θησέως et θησῆος, θησεῦ et θησῆι κ. τ. λ.

21. Ex præcedentibus satis constat usum digammi in inflexionibus latissime patere—at fructu forsan majore legentium, si enucleatius et in ordine grammatico exponantur. Declinationes nominum primo conferendæ sunt, antiquæ cum recentibus, verborumque κλίσις, quæ probabiliter satis, vel ex υ in temporibus enato, literam archaicam produnt (*i*). I. Schema (*k*) per terminationes decl. prim. simp. Aeolic. (Sing.)—ας.—αο.—ᾳ.—αν.—α. (Dual.)—α.—αιν. (Plur.)—αι.—

(*e*) De Homericis loquor in quibus cernere licet obvias perpetuo vocales η et ω; non enim cum quibusdam doctis, præ nimio amore vetustatis, distinctionem perditum iverim. (*f*) Knight, Alph. p. 43. Prolegg. § XCIX sq. (*g*) Not. Il, ά, 265. (*h*) Hoc secundum canonem Prisciani, "Aeoles digammate aliquando usos pro duplici consonante." Cf. Misc. Crit. p. 117. (*i*) Supr. § 3. (*k*) Zuinger. de Dialectt.

αων.—αισι.—ας.—αι. Schema decl. digammatæ; S.—ας.—αFο. —αFι (*l*).—αFαν.—α. D.—α.—αιν. P.—αι (*m*).—αFων—αFισι (*n*).—αFας (*o*).—αι. II. Schema decl. contract. tert. simpl. in—εύς. S.—εύς,—έος.—έϊ, εῖ.—έα.—εῦ. D.—έε.—έοιν. P.—έες, εῖς.—έων.—εῦσι.—έας, εῖς—έες, εῖς. Decl. digamm. S.—εFς.—εFος.—εFι. —εFα.—εF. D.—εFε.—εFοιν. P.—εFες.—εFων.—εFεσι.—εFας.—εFες (*p*). Analogiæ servandæ caussa dualem hisce inserui: existimarim tamen curæ recentioris propaginem (*q*) sermonisque se ad majora accingentis adminiculum. Fortasse hoc constiterit vel ex Homericis, in quibus sæpissime expressum videmus τὸ δυϊκὸν per τὸ πληθυντικὸν, adposito binario; quandoque ipsum cum numero, notione repetita, conjunctum occurrit (*r*). Vix hæc *syntaxin* redolent ab omni parte absolutam: consuetudinem potius recens invectam, ubique præ metri occasionibus posthabitam. III. Dicunt Grammatici Aeolum fuisse mutationem *characteristicæ* ε in formis έω, in εω, ut adeo pro ῥέω, χέω etc. (*s*) evaserint ῥεύω, χεύω. Hoc incuriosius dictum puto. Formæ extiterant primariæ ῥεFω etc. adeo ut illud υ pars integra

---

(*l*) Succurrit in memoriam illud Virgilianum, *aulaï* in *medio* etc. Aen. 3. 354. Longe prætulerim lect. *in media*, cum statim se prodat Aeolicum αὐλαFι, non, ut vulgo opinantur, genit. *aulæ*. Hoc porro multum analogiam confirmat. (*m*) Non αFι, ut quondam putavi; hoc enim Dativi proprium. Cf. et Il. β', 484. (*n*) Hoc et propter analogiam cum dat. sing. et terminationem, quæ vulgo effertur, Ionicam, —ησι. *Relliquias Danaûm* agnosco. (*o*) Hinc in Homericis nunquam conspicitur ultima in acc. plur. decl. prim. brevis, quod in Doricis postmodum usu venit. Habent semper ψυχᾶς, θεοπροπίας etc. (*p*) Knight, Prolegg. § CIV. Dawes M. C. p. 173. (*q*) A vetere Aeolica, non secus atque Latina illinc exorta, abfuisse Dualem censeo. Mecum facit doctiss. Matthiæ in G. Gr. § 64. Obs. 1. (*r*) Cf. Matth. ubi supr. et § 300 ss. (*s*) Zuinger de dialect. Aeol.

fuerit verbi ex integro digammate oriunda: norma dehinc certa et simplicissima ceteræ inflexiones exortæ quæ postmodum adeo concisæ sunt et expolitæ, ut vestigia indagare linguæ antiquioris admodum sit difficile.

In verb. ῥεFω inflexio hujuscemodi potest concipi. ῥεFω, ῥεFεσω, ῥεFσω. ἐῤῥεFεκα, ἐῤῥεFκα. Imp. ἐῤῥεFον. Aor. ἐῤῥεFεσα, ἐῤ-ῥεFσα (*t*). Infin. ῥεFεμεναι, ῥεFεμεν. Particip. ῥεFων. In voce passiva, ῥεFομαι, ἐῤῥεFομην, ῥεFεθησομαι, ἐῤῥεFεμαι,—μην. et in cæteris item. Aoristus secundus (quod dicunt) effertur vulgo, ἔῤῥυον (*u*), et thema alterum comminiscuntur Lexica, ῥύω, quod ipsum in prius mergit, revocata characteristica. Imperfectus ἐῤῥεFον eloquio concitato (*v*) fit ἐῤῥFον—recentius ἔῤῥυον: analogia vero minus perspecta induxere Grammatici illud alterum ῥύω, quod penitus diversum sonat (*w*).

Nec, ut obiter notem, id in inflexionibus tantum usu venit, ut per digamma, characterem integrum et ingenitum, *ramorum* aberrationes deprehendamus; in compositis etiam vestigia observanda. Citavi antehac (*x*) exempl. ex Hesiod. ἔργ. 664.—καυάξαις. Anomaliæ illud explicat quod de sermone Aeolico edocemur—dialectum nempe συγκόπτειν voces (*y*)—ut ὐββάλλειν pro ὑποβάλλειν, κάλλιπον pro κατέλιπον etc. Sic ex Fαγω compositum prodit κατᾳFαγω, καFFαγω, κατεFαγεσα,—Fαγσα,—Fαξα, καFFαξα, καύαξα (*z*).

22. Ex hisce satis constare arbitror usum Digammi latissime patere cum et in metrica et grammatica vix læto augurio possumus contendere, ullamve, quæ rationibus probabilibus innitatur, regulam stabilire, si priscum hocce ele-

---

(*t*) Hinc explices aor. prim. ἔχευα, quod habent Attici, a χέω. (*u*) Zuinger ubi supr. (*v*) Hoc intellectu facillimum est ex Arabum sermone et ex punctis Masoreticis Hebræi, vivo adhuc et florenti penitus ignotis. In plurimis nempe inter pronuntiandum suppleti sunt vocales. (*w*) Cf. Not. ad Il. ά, 141. (*x*) Supr. § 3. (*y*) Zuinger, ubi supr. (*z*) Knight in voc. ἄγω, Recens. § CLII. Matthiæ, G. Gr. § 221. Obs. 2.

mentum sermone Homerico exularit. Res vero adhuc manifestius conspicitur ex tabulis concinnatis vocum digammatarum quas Viri doctissimi congesserunt (*a*): analogia certa in plerisque regit—in multis est locus conjectandi amplissimus; sed in omnibus cernitur nexus ille arctior et sermonis analogia, præsertim cum linguis recentioribus et cognatis, qui non tam stirpium affinitatem quam doctrinæ progressum, per linguarum mutationes adumbratum, exhibent.

Monent me operis instituti rationes late forsan nimis argumenta excurrere. Quæstiones sunt in hac parte Grammatices quas dudum exagitaverunt Scriptores clarissimi; de ortu Digammi; de proprietate appellationis; de origine Pelasgorum—lingua—et cum Hellenibus commercio. Hæc situ vetustatis dudum obsita nuperrime in lucem eduxerunt quibus doctrinæ ostentandæ occasionem præbebat literulæ cognitio. Nec sine fructu processit disputatio; doctrina enim exquisitior paullatim e tenebris eruitur, simpliciores evadunt canones grammatici, et quod in votis erat, ad manus præsto habetur, conceptus rei luculentior. (*b*)

23. "In Odyssea perinde atque Iliade δεικτικὸς et ἐμφατικὸς est tantummodo articulus" (*c*), h. e. *demonstrationi* vel *emphasi* inservit. Observatio dudum decantata et apprime, quæ perpendatur, necessaria, dum sermonem archaicum

---

(*a*) Heyn. Excc. ad τ', 384. Knight, Prolegg. CLII. Kidd. Nott. ad Dawes, M. C. pp. 234 ss. (*b*) Eximie hanc partem Grammatices tractavit Episcop. Marsh in Horis Pelasgicis: nuperrime Granville Penn, in Diar. Class. V. 26. pp. 177 ss. quædam, nec indocte, præsertim de canone Prisciani, monuit. Argute contra priorem disputat doctiss. Episcop. Burgess. Contra Heyn. et Bentleium scriptor in Quarterly Review, July, 1822. Tractatus hic est, cui diligentius incumbatur, dignissimus. (*c*) Knight, Prolegg. § LIX. Plutarch. Quæst. Plat.

redintegrare in Homericis aggredimur. Vetusto tali convenit ut resecentur omnia quæ tanquam ornamenta mera possunt spectari aut virtutis rhetoricæ adminicula, nec adhibeatur eorum usus nisi quæ certa quadam norma orationem magis demonstrativam, objecta magis sensibus incurrentia efficiant:—perinde ac in στοιχείοις linguæ—si ad elementa simplicissima volumus ascendere, ableganda sunt, tanquam insititia, serioris ævi additamenta. In colloquio hominum antiquorum pleraque fuisse elata per nutum gestumve censenda sunt (*d*); si fuerint *sensibilia*, ut sensibus obvia fierent; si *affectus* animi, motus corporei illos adumbrantes, quo se per *sensibilia* magis proderent, adhibiti:—nominibus et priora illa et hosce designantibus præfigendus est Articulus—abjiciendus contra cum desierint spectari tanquam vel *animo* vel *visui* obvia et præsentia.

24. Hanc articuli doctrinam dudum tetigerat Aristarchus. Amplexus est Hermannus (*e*) ad Il. γ′, 235. inducto nempe τ᾽ οὔνομα pro lect. vulgari τοὔνομα, nempe, τὸ ὄνομα. Præeunte viro acutissimo hoc et aliis provisum est ut ex plerisque locis ablegarent articulum quibus erat a rhapsodis, veram indolem syntaxeos Homericæ ignorantibus, vel a διορθωταῖς (*f*) ævi serioris, evidenter assutum, et alia quam plurima mendosa existimarent unde non poterat, metro sospite, lacinia inanis divelli. Ex. caussa; emendant ζ′, 41 (*g*). δ′, 42 (*h*). Odyss. μ′, 81.

(*d*) Ibid. (*e*) Wolf. Præfat. ad Iliad. Edit. 1804. p. LXXIV. (*f*) Ita appellabant emendatores textus Homerici. Wolf. Prolegg. § XLII. (*g*) ᾗ περ οἱ ἄλλοι ἀτ. φοβ. in ᾗ περ ἄρ᾽ (vel ἂν) ἄλλοι etc. (*h*) Nempe μή τι διατρίβειν τὸν ἐμον χόλον. Prodit se insititium et per articulum, et sensum τοῦ διατρίβειν inauditum alias in Homericis. Cf. Heyn. Exc. ρ′, 706. Dixerim ego optime articulum poni h. l. cum sit vere ἐμφατικός—nec video ablegasse doctissimum διορθωτὴν R. P. Knight.

25. Hæc autem principio innituntur quod, ut quis in scriptoribus ævi antiquioris, Homero, Hesiodo, etc. agnoverit—eos nempe articulo usos ut pronomine demonstrativo οὗτος (*i*)—non tamen pro canone grammatico, ab omni parte absoluto, tradendum est. Dixerim, " utplurimum," non, " semper usos." Dialecti recentioris Atticæ fuit regula ut articulus præfigeretur nomini, ipsi non penitus ἀοριστῳ (*k*)—at in sermone archaico mihi constat limites non ita orationi positos fuisse—usurpasse eos articulum ut *constanter* esset *demonstrativus*. In lingua Homerica quæ nexus erat inter hunc antiquissimum et recentiorem, poterat accidisse ut in quibusdam locis ad illum, in aliis ad posteriorem usum sermo converteretur—adeo ut vix tuto incesserit aliquis qui ablegatum iret loca in quibus obvius est articulus hac ratione tantummodo motus, ni extent aliæ, cur debeant exulare, satis validæ—ut in loc cit. γ', 42. Immo criticam saniorem vix sapit ut vel rhythmus pessum detur vel contorqueatur junctura dum medelam orationi admovemus, quæ ipsa, secundum leges usitatas sermonis, articulum poscit.

Certum igitur modum videor statuere ; " Articulum usurpari ab Homero δεικτικῶς ut plurimum—esse vero quando ad consuetudinem Atticam (*l*) proxime accedat." Instantiæ prioris peti possunt ex Il. α'. 12. 20. 29. 409. 472 sq. γ', 20. χ', 59. Hes. Theog. 632. In quibusdam horum præfigitur nominibus propriis *designationi* inserviens, ut cernere amplius licet in α', 11. λ', 659. π', 25. Odyss. λ', 518.

(*i*) Knight, ubi supr. Matthiæ G. Gr. § 286. Heyn. Exc. supr. (*k*) Matthiæ, G. Gr. § 262. (*l*) Quid volo per " consuetudinem Atticam" innotescit optime ex Luc. Micyll. sqq. ὁ δὲ πάντων θεῶν πατὴρ καὶ ἀνδρῶν, ὁ κρόνου καὶ ῥέας etc. cum præcesserit, εἰ πάνθου υἱὸς ὤν, non τοῦ πάνθου. In hisce articulus prior ἐμφατικὸς est, hic *demonstrat* de quo dictum fuit. Cf. § 13.

ώ. 103. Hes. Theog. 734. Exempla τῆς ἀτθίδος prostant in Il. ί, 74. ῥ', 122. 127. 695. 698. φ', 317.

A Knightio citatur exemplum nobilissimum articuli δεικτικοῦ et ἐμφαντικοῦ ex γ', 54 sq. Dicit poeta τὰ δῶρα, ἡ κόμη, τὸ εἶδος, *sensui* quippe incurrentia—et cogitandum est gestum vehementiorem dicta comitari: non vero ἡ κίθαρις, quam secum non ferebat Alexander, et idcirco non designandam (*m*). Illustre porro accedit ex oratione Andromaches χ', 459. τὸ ὃν μένος, *illa sua virtute*, qua semper præstat scil. De suo Hectore loquitur commota vimque orationi ampliorem admovet.

26. Articulus in Homericis pronominis demonstrativi, οὗτος, officium sæpe fungitur. Cf. β', 52. 250. ϒ', 290. π', 317. 321. ῥ', 171 sq. ώ, 722. In secundo et tertio ponitur τῷ, uti solet, absolute, *cum hoc ita sit*, *idcirco*. Angl. *seeing this to be the case*. Obvium est et τὸ, h. e. διὰ τὸ, sæpissime; cf. ῥ', 404. In ά, 125. conspicitur usus ejus pro *demonstrativo et relativo* (*n*). Nec soli Homero tribuendus est usus hujusmodi; servabant quippe Ionici et Dorici recentiores, admixta tamen Atticorum consuetudine. Cf. Herod. IV, 9. I, 173.—cum Atticis, Thucyd. I, 86. Sophocl. Elect. 45. Exemplorum satis ad hoc illustrandum congessit eruditiss. Matthiæ in Elementis G. Gr. nuper editis (*o*).

27. Ut penitior scientia habeatur illorum quæ ad usum Articuli in Homericis spectant, exemplum διηγήσεως in nota apposui, eorum nempe quæ habentur in Il. ά, 12=42., desumtum ex Plat. Republ. III, p. 394 A (*p*). Accuratius

---

(*m*) Knight, Prolegg. § LIX. Not. (*n*) Matthiæ G. Gr. § 262. Obss. Il. ά, 25. (*o*) Matthiæ, ibid. (*p*) Ελθὼν ὁ ἱερεὺς εὔχετο ἐκείνοις μὲν τοὺς θεοὺς δοῦναι, ἑλόντας τὴν τροίαν, αὐτοὺς δὲ σωθῆναι. τὴν δὲ θυγατέρα οἱ αὐτῷ λῦσαι, δεξαμένους ἄποινα, καὶ τὸν θεὸν αἰδεσθέντας. τοιαῦτα δὲ εἰπόντος αὐτοῦ, οἱ μὲν ἄλλοι ἐσέβοντο καὶ συνῄνουν· ὁ δὲ ἀγαμέμνων

cum hisce conferendus est sermo Homericus. In vs. 18—20, dicit ὁ μεταφραστὴς, τοὺς θεοὺς—τὴν τροίαν—τὴν θυγατέρα. ἄποινα vero, cum sit τὰ ἄποινα in Nostro—et jure hoc, nam ista, *oculis subjecta*, ferebat Chryses—ut adeo articulus sit revera δεικτικός. Aliter vero in Diegesi res comparatur; Sacerdos non adloquitur Achivos, sed auditorem ὁ μεταφραστής. In vs. 22. habet Dieges. οἱ ἄλλοι. In 24, D. ὁ ἀγαμέμνων. In 28, τὸ σκῆπτρον—τὰ στέμματα, Consentiunt in 33. ὁ γέρων—ὁ πρεσβύτης, D. et pariter in 35, ὁ γεραιός, ἐμφατικῶς sc. Potuerit sane edi, ἠρᾶτο γεραιός, at minime cum eadem ἐναργείᾳ.

28. Stabiliri ex hisce videtur usus articuli in Homericis qui convenit utplurimum cum sermone archaico, ipse quippe archaicus—aliquando vero legem sibi statuit quæ in Dialecto recentiore sedem postea sortita est. Ex articulo vetere δεικτικῷ facillime ad ἐμφαντικὸν transibant, vestigia cujus cernere licet in scriptis vel recentissimis—nec abest quid *designationis*, proxime ad τὸ δεικτικὸν accedens, a vulgari etiam Atticorum usu, ut nimirum *subjecto* in propositione, non *prædicato*, præponatur articulus (*q*). Probabilius fit insuper ex linguis vetustissimis, quæ articulum ferebant cum nomine conjunctum, usum ejus δεικτικὸν per omnia patuisse: sic

---

ἠγρίαινεν, ἐντελλόμενος νῦν τε ἀπιέναι, καὶ αὖθις μὴ ἐλθεῖν, μὴ αὐτῷ τό τε σκῆπτρον καὶ τὰ τοῦ θεοῦ στέμματα οὐκ ἐπαρκέσοι. πρὶν δὲ λυθῆναι αὐτοῦ τὴν θυγατέρα, ἐν ἄργει ἔφη γηράσειν μετὰ οὗ. ἀπιέναι δὲ ἐκέλευε, καὶ μὴ ἐρεθίζειν, ἵνα σῶς οἴκαδε ἔλθοι. ὁ δὲ πρεσβύτης ἀκούσας ἔδεισέ τε καὶ ἀπῄει σιγῇ. ἀποχωρήσας δ' ἐκ τοῦ στρατοπέδου, πολλὰ τῷ ἀπόλλωνι εὔχετο, τάς τε ἐπωνυμίας τοῦ θεοῦ ἀνακαλῶν, καὶ ὑπομιμνήσκων καὶ ἀπαιτῶν εἴ τι πώποτε ἢ ἐν ναῶν οἰκοδομήμεσιν, ἢ ἐν ἱερῶν θυσίαις κεχαρισμένον δωρήσαιτο· ὧν δὲ χάριν κατεύχετο τίσαι τοὺς ἀχαιοὺς τὰ ἃ δάκρυα τοῖς ἐκείνου βέλεσιν. Locum video nuper excitatum a T. Burgess, Initt. Homeric. pp. 57 ss. Cf. Edit. Bipont. Plat. pp. 275 sqq. (*q*) Obviæ tamen exceptiones: cf. Matthiæ, § 266. Canon Sharpii de Artic. def. memorari possit h. l.

nomen Etruscum (*r*) Mercurii refertur, TURMES, ΤΟΣ ʽΕΡΜΗΣ, nempe ὁ ἑρμηνευτής—"*facundus* nepos Atlantis" (*s*).

29. Ex Articulo δεικτικῷ ad Particulas, quæ illum variis modis afficiunt ornantque facillime transitur. Sunt illæ quæ nexum orationis servant—quæ partes distinguunt—quæ vim et ἔμφασιν addunt—quæ interdum ornantia hiatui prohibendo aut constituendo metro inserviunt. Obiter vero notandum est hunc usum perraro adhiberi, et de commentis Grammaticorum in quibus toties particulæ dicuntur παρέλκειν, *otiosas* esse et παραπληρωματικὰς, ut de indoctis et inconcinnis judicandum, nec minus venustati sermonis Homerici quam legibus sanioris Grammaticæ contrariis (*t*).

Et ad hoc operis me libentius accingo, quantumvis in tenui ponatur labor, quia vix aut ne vix quidem sine illis profecerit justa et accurata linguæ scientia. Bene observat acutissimus Locke (*u*) ceteras partes Grammaticæ, hac neglecta, minus bene procedere, utpote quibus *materia* ex hisce adeo pendet, cum hisce adeo implicatur *junctura* et *ordo* cogitationum. In sequentibus propositum habeo generales quasdam et minus observatas leges exponere, quæ, tanquam ζωγραφικῶς, *speciem*, *nexum*, *ordinem* notionum exhibent, ut dum pauca attingam, animi perlegentium ad ulteriora et penitiora expergefiant.

30. Usus primarius particularum in hoc conspicitur ut mentis nunc *intensionem* nunc *remissionem* indicent. Latissima hæc area est; omnes enim particularum significationes complectitur, βεβαιωτικὰς, ἐμφατικὰς, μεταβατικὰς etc. In prima-

e

(*r*) Knight, Prolegg. § LX. (*s*) Horat. Carm. I, 10, 1. Addit Knight exempl. *Terra*, nempe τὴ ἔρα. Chaldeum erat ארע, *inferus*. (*t*) Hoogev. de Partt. Præfat. sub. fin. Hemsterh. ad Luc. Tim, § 1. (*u*) Essay, B. III. 7. § 2 ss.

ria notione consideranda animus profert vires et intensius agit: remissius deinde, cum ad alias in eodem vel in diverso ordine transitur—at nexum cum priore integrum servat, variis subinde interpositis, quæ huic constituendo inserviant, particulis. Fusius et per exempla exposita in quibusdam dabo. Part. ἀλλὰ primario usu disjunctionem cogitationum indicat (*v*): γε superadditum βεβαιωτικὸν est h. e. insequentia confirmat (*w*).—ἤτοι, arguit necessitatem eorum quæ disjunguntur a prioribus (*x*). Cf. Il. ά, 82. ί, 65. Ἄρα spectatur vel συλλογιστικὴ vel ἐμφατικὴ vel μεταβατικὴ vel στοχαστικὴ et pro hisce diversis signiff. redditur *ideo, nempe, deinceps, fortasse:* Cf. Il. έ, 333. π΄, 203. ά, 465. ibid. 65. ΓΕ, *saltem, certe;* cum sensu primario βεβαιωτικῷ. Cf. έ, 288 ss. (*y*). ΔΗ, *jam, quæso, certe:* Cf. φ΄, 148. et pass. δή που, *ut verisimile est*, ώ, 736. Ἔμπης, *omnino, prorsus:* cf. ή, 199. pariter in ί, 513 sq. οὐκ ἂν......κελοίμην ἔμπης, *non juberem omnino.* Ἦ in interrogatione obvium, ί, 341. ϱ΄, 447, 450. Ἦ affirmationi inservit, ά, 518. έ, 274. φ΄, 54. Οὖν *nexui* utplurimum inservit; cf. φ΄, 49. nec παρέλκει in γ΄, 244. (*a*). ΠΕΡ, *omnino,* φ΄, 410. 441. *quamvis,* ά, 131. 275. *quantumlibet,* φ΄, 63. εἰ ὀλίγον περ, *si vel leviter,* λ΄, 391. ΠΟΥ et τοπικὸς est et στοχαστικός. Cf. έ, 193. ϱ΄, 446. ξ΄, 144. ὁ, 43. φ΄, 83. ώ, 488. ἤ που, cum certitudinis specie conjicit ὁ, 245. ῬΑ. Usus latissime

---

(*v*) Hermann de emend. grammat. pag. 170. (*w*) Ibid. p. 171. (*x*) Ibid. p. 167. Hoogev. Tract. p. 19 ss. Glasg. (*y*) Bene definit Knight voculæ γε significationem; esse ἐπανορθωτικὸν v. ἐπαναληπτικὸν v. βεβαιωτικὸν in vocem proxime antecedentem: exinde nunquam subjungi adverbio vel pronomini indefinito, ut ποτέ etc. sed tantum iis quæ certum locum vel tempus indicant, ut ἐνθάδε etc. § CXLIX. (*a*) Solennis locutio et h. l. et in ν΄, 1. conspicitur, ἐπεὶ οὖν. Orationem nectit cum præcedentibus nec vim συλλογιστικὴν amittit; indicat enim *consequentiam*

patet. Spectat Hoogevenius tanquam ex ἄρα confectum, § 1. Vis collectiva cernitur in ά, 113. q. l. bene redditur; *nec mirum, cum—et ob hanc rationem.* In μ', 164. ἦ ῥά νυ, *certe jam mendax omnino factus es, et ob hanc rationem*, victoria adhuc usi sumus. Cf. Heyn. in loc. quærit Hoogevenius, (*b*) at subtiliter nimis, exemplum argumentationis inversæ. Cf. ά, 56. ὅτι ῥα, *et caussa erat, videbat* etc. *proinde* ά, 405. καί ῥα, *atque adeo.* μεταβατικὸς cernitur, έ, 280.

Inseritur tamen multoties a grammaticis metricas propter rationes etiam ubi doctrina sanior ostendit illud esse supervacaneum : ex gr. ζ', 383. ἐπεί ῥ' ἕσαντο—extabat etenim Fέσαντο. In hoc plane παρέλκει particula, nec μεταβατικοῦ illud, quod somniat Hoogevenius (*c*), agnoverim. At in vs. insequente vocula recte inseritur: βὰν ῥ' ἴμεν, *deinceps incedebant*—non equidem *metro* (quod sine illo stare potest) inserviens, sed sensui et juncturæ. Sic in έ, 612. stare poterat metrum extruso τῷ ῥά, non item sensus; nam personam definit vocula; ὅς ῥα—*ille nimirum qui* etc. Cf. ά, 569. δ', 501. έ, 15. 70. 137 (*d*). In vocula τοιγὰρ conspicitur nexus trium τοι, γε, ἄρα. *propterea*, ά, 76. ʽΩΣ, εὐκτικὸς vel ἀπευκτικὸς, ώ, 764. σ', 107.

31. Ex hisce breviter constitutis satis apparere possit particularum vis et ἐνέργεια dum modum quemdam et mensuram cogitationis statuunt, indicando ἔμφασιν—ordinem et juncturam efficiendo. In hoc paullo diutius sistendum ; nam hujusmodi doctrina tenuis ut sit et levicula, apprime ad expurganda Homerica facit. Vi etenim semel accuratius constituta, deprehendere licebit in loco hoc et altero fucatæ orationis vestigia ; particulas nempe sine ulla lege aut necessitate adscitas—nunc ad conservandum metrum cui sufficit

---

(*b*). De Particc. pp. 488. sq. Glasg. (*c*). Ibid. §. x. (*d*). Loc. cit. ά, 569. insigne exemplum præbet τοῦ ῥα juncturam efficientis. Dixerat Jupiter in vs. 565, ἀλλ' ἀκέουσα κάθησο—. Poeta dehinc subjicit, καί ῥ' ἀκ. καθῆστο, *et, iusso obsequuta, sedit* etc.

ictus ipse vel *cæsura*—nunc ad medendum hiatum, cum sæpius id antea effecerit τὸ δίγαμμα, ignorationem cujus æque ac justæ grammaticæ et linguæ purioris conatus tales evincunt.

Nexui et juncturæ orationis inserviunt potissimum particulæ, cum ea minutatim concisa disjunctam tradit seriem cogitationum, in certas illam periodos distinctam et *cursu obliquo* incedentem. Hinc particulæ ἀποδοτικαί, quæ se mutuo excipiunt et eidem tenori notionum conservando inserviunt. Exemplo fuerit ἄρα in plurimis—κ́, 465. ή, 392. ά, 786, φ́, 490 ss. 427 ss. Voculæ hujusce usus latissime patet in narrationibus, partes quarum segregatas nectit et eventuum transitiones indicat—ut adeo nomen inditum pene conjecerim a *connectendo* vel *aptando*; est enim ἌΡΩ, *apto*. Plerumque etiam subjungitur cum describatur actus qui personæ convenit, solenniter constitutus—vel effectus necessarius. Sic Jupiter mandat Phœbo—οὐδ' ἄρα πατρὸς ἀνηκούστησεν ἀπόλλων, *nec, ut decebat* etc. ό, 236. Vulnere concidit quis letifero—ὀφθαλμὼ δ' ἄρα μιν σκότος εἷλε, *oculos, ut æquum erat, tenebræ occuparunt*. Recensentur vulgo significatus, συλλογιστικὸς, μεταβατικὸς.

32. In oratione ἀποδοτικῇ usus præcipue exhibetur particularum μὲν et δὲ. Cf. ά, 140 sq. 165 ss. 183—4. 191. έ, 431—2. 831 sq. Invicem enim perpetuo respondent in clausulis sive in hoc postremo *adversativi* quid lateat, ut in loc. cit. έ, 831—3, vel transitio sola agendi innuatur. Sunt revera σύνδεσμοι narrationis. Adeo equidem arcte constituitur nexus harum partiec. ut ex usu reciproco appellationes inditas judicarim, et τὸ μὲν, equidem, ἀπὸ τοῦ μένειν, *a consistendo*—τὸ δὲ a *vinciendo* et *connectendo* nuncupari; nam ΔΕΩ est *ligo* (*e*).

(*e*) Notissima est theoria Tookii, esse nimirum adverbia, conjunctiones etc. ἀποσπάσματα verborum. Cf. Knight, Prolegg. § cxxxi.

33. Satis intelligitur usus communis τοῦ ΓΑΡ, cum nempe caussam reddat, membro priore orationis in serie justa præcedente. Vertitur in hoc sensu NAM. At diutius paullo sistendum est in significatione *inchoativa* qualis sæpissime in Homericis prostat. Etymon satis liquet, γε ἄρα—et quoniam prioris significatio sit utplurimum *confirmativa*, posterioris *transitiva*, conjunctæ ambæ inchoare possunt orationem transitionem solummodo nexumque indicantes. In Iliade notavi exempla passim; ex. gr. cf. ά, 123. et in hoc sensu optime vertendum, *enimvero*. In Lucretio suo (*f*) observat Wakefield usum analogum particulæ NAM, et per ellipsem explicat præmissis subauditis, fere ut solet in argumentis enthymematicis. Theoriam porro tuetur Clarke—at nimis subtiliter in plerisque—minime perspectum habens simplicissimam fuisse veterem linguam et particulas sortitas fuisse significationes quæ ad germanas earum et *radicales* proxime accedebant; quæ postmodum inter tot variationes grammaticæ et loquelæ mutationes subibant multiplices. Id quod in Atticis conspicitur—et auspiciis multo lætioribus iret aliquis sanatum orationem ἀποδοτικὴν in hisce per ellipses et artificia rhetorica quam in sermone archaico et auctore simplicissimo.

34. De particularum etymologia quædam prolata vellem ni obstaret præfatiunculæ hujusce ratio et concinnitas. Id etenim mihi sæpius reputanti cogitare occurrebat *fragmina* quædam esse verborum hasce voculas quæ mentis processum, actiones, statum quemlibet potuerint indicare; huic quippe notioni favet Græcæ linguæ analogia et ordo cui verbum (τὸ ῥῆμα) est reliquæ orationis potestas primaria—fons idem uberrimus unde nexus et significationes et quid-

---

(*f*) Cf. Not. lib. 3, 7. Cf. Georg. 4 445. In Aen. 8, 84. prostat exemplum inchoativi *enim*.

quid philosophici notionibus primis inest, tanquam stillicidia, defluunt nascunturque. Fortasse vero talis enodatio, cum in *notionibus abstractis* primisque vestigiis sermonis inhæreat, ac ideo nobis adhuc *super elementa volitantibus* secundis curis retractandum, non hujus loci vel temporis est: hoc tantum dixerim, non modo in Græco sermone hujusmodi analogias me mihi visum deprehendisse, sed in aliis etiam huc se referentibus tanquam ad genitricem παμβᾶτιν. Exemplum e grege capio; AUTEM: hoc manifesto αὖτι ex αὖ et τι. Posterius scriptum βουστροφηδὸν evadebat Latinum ET: alterius (αὖ) thema repetere licet ex verbo αὔω cui insunt notiones *clamandi*, *audiendi*, quæ quis debet exaudire *repetendi*; αὖ ideo in Homericis sæpissime obvium, *rursus*, *iterum* etc. Græci efferebant AUTEM per AYTAP, quæ adjunctam (*g*) habet notionem ἄρα, nempe μεταβατικὴν vel συλλογιστικήν.

Hoc ἐν παρόδῳ—nam ad alia graviora propero. Monitum velim lectorem me in Indicibus loca congessisse plurima in quibus particularum sensus excussi, ut obtutu uno haberent quo se ferant qui in hanc grammaticam subtilissimam diligentius incumbant.

35. DIALECTUM Homericam ποικίλην quamdam et multiplicem finxere Grammatici antiqui quibus vix accurate constiterat scientia sermonis verborumque et locutionum ordo, usus, concinnitas. Extiterat, nullus dubito, apud veteres Græcos linguarum discrepantia quam dixerim primitus spectasse ad pronuntiationem (*h*) vocalium et diphthongorum, quæ ipsa inflexiones verborum et nominum mutavit—postremo deinde dictionem et *normam loquendi* inter diversos diversam penitus constituit. Evenit ideo ut

---

(*g*) Hoogev. de particc. pag. 79 § III. (*h*) Knight, Alph. Græc. p. 37.

ex lingua *unica* et *simplice*, qualis primo extabat, evaderent plures aliæ quas insignibant Grammatici nominibus, Dorica, Ionica, Aeolica, Attica, ut non meminerim commenta ista, Bœoticam, Macedonicam etc. quibus adeo fœdantur Grammaticæ Homericæ systemata. Induntur nomina ex gentibus quæ integras conservabant diversas rationes sermonis. Apud Peloponnesios, *Dores* nimirum, Spartanos, Argivos etc. invaluit prior. Apud Iones, qui ex Attica in Asiam minorem transierant coloni, secunda. Tertia ex Aeolibus, Doriensium colonia in Siciliam et Italiam deducta, nuncupata fuit. Erat postrema Atticorum qualis in operibus auctorum perillustrium, Demosthenis, Thucydidis, Sophoclis, etc. extat, qui sermonem patrium ad summum fastigium usque evexerunt.

36. Aeolica ex hisce integerrima (*i*) est adumbratio veteris linguæ Græcorum. Proxime accedit Dorica (*k*), quam tamen omnino e carminibus Homericis exulasse judico, seriorem illam nempe quæ ad Ionicam ceterasque molliores propius accessit, cujus Pindarica optimum est et nobile exemplar. Vetus tamen Dorica, qualis inter Messeniacos (*l*) extabat, Aeolicæ fuit simillima—et hac et altera sermoni vetustissimo proxime accedentibus—nec nisi progressu temporis ab invicem certo intervallo separatis. Servabat porro veteris linguæ elementum Dorismus hicce, digammum adhibendo, notam quasi antiquitatis cognationisque dialectorum indicem. Hoc equidem στοιχεῖον *Aeolicum* nuncupatur—et monitos velim Tirones, ne hinc subnasci error potuerit, illud non magis proprium esse linguæ Aeolicæ quam alterius cujuscunque, sed ad Aeolicam ex sermone vetusto transivisse, inque ea, quando ex ceteris evanuerit, fuisse

---

(*i*) Matthiæ, G. Gr. § 3. Burgess, Not. M. C. p. 406. (*k*) Kœn. ad Greg. de Dialect. p. 165. (*l*) Matthiæ, § 4.

conservatum. Nomen ergo inditur ex placitis serioris Grammaticæ, non ex origine vel facto.

37. Constat errorem eorum qui Homerum Aeolensem pronuntiabant (*m*) in hoc fuisse situm—illos non satis perspectam habuisse dialectorum cognationem. Fieri non poterat quin ex vicinitate, commercio, migrationibus, aliisque caussis tam politicis quam physicis oriretur, labente ævo, similitudo quædam et affinitas loquelæ inter tres dialectos qua magis magisque paullatim minueretur *sermonis literarii* discrepantia. Hunc nominavi, existimans quippe a vulgari penitus diversum diversisque legibus obstrictum. Ita demum stabiliri potuerit certa ac *communis* oratio, utrinque a vulgato usu reducta, plurima tamen archaica recentioribus et expolitis immixta conservans. Hanc linguam *poeticam* vel *literariam* (*Ionico-Aeolicam* recte dixeris) Homericis carminibus extare puto—ex vetere Aeolica granditatem et robur, ex Ionica suavitatem, mollitiem, decus mutuatam—ut adeo duritiem elegantia, simplicitatem facundia temperarent, inque *æra spirantia* fingeretur metalli crudi *moles indigesta*. Peccant ideo in hoc *οἱ φιλολόγοι* quod ex usu quorundam Aeolismorum Homerum Aeolensem pronuntiarint: obliti nimirum probari posse eadem ratione illum fuisse Ionem ex multiplice Ionismo, vel Macedonem, Bœotum, Cretensem, Cyprium, cum somniaverint quidam se in carminibus illius agnovisse plurima, schemata, phrases, inflexiones, ex variis hisce originibus desumta.

38. Ex re fortasse fuerit initia, quæ vel historiæ vel traditioni innituntur, revocare, ut adeo affinitas sermonum et nexus mutuus magis elucescant. Ex Hellade, parte septentrionali Græciæ, migrationes factæ sunt versus meridiem: occupatæ in ordine Bœotia, Argolis, Laconia. Sub

(*m*) Burg. Præf. M. C. Edit. secund. p. xv.

reditum Heraclidarum Hellenes sedibus expulsi ad Achaiam confugerunt incolasque veteres, Iones, coegerunt ut in Attica considerent: Hi postmodum *Iones Attici*, ut *Iones Aegialenses* illi qui in Peloponneso manebant, dicti. Ex Attica deinceps coloniæ sunt in Asiam deductæ, quæ commercium arctissimum habebant cum colonis Achæis haud ita post ex Peloponneso migrantibus—at lingua eorum melior haud parum ex commercio cum Atticis facta Aeolicam longe superasse censenda est (*n*). Si verum sit igitur vixisse Homerum circiter CLXX annos post migrationem Ionicam, verosimile est ad tantum perfectionis crevisse linguam, quantum in Iliade et Odyssea cernitur, ope plurium auctorum qui in seculo antehomerico floruerant—cum fieri nequibat quin ex gentium commercio et concursu ingeniorum cresceret indies literarum elegantiorum scientia.

39. Cum hæc ita sint quis miretur plurimis earum partibus commisceri ita Græcorum Dialectos ut nec *unica* nec *incomposita* maneret una quævis, sed ex aliis, quibuscum consortium habebat, virtutes quasdam mutuaretur. Ionum Aegialensium lingua a vetere ἀτθίδι vix longo intervallo distabat: cum vetere ἰάδι permista est Aeolica, quæ novam denuo societatem inierunt cum in Asiam transvectæ sermoni literario conjunctæ ortum præbebant. Oratio hinc exorta optime nuncupatur Ionico-Aeolica cum ex utraque dialecto fuerit conflata. Pro arbitrio poterant scriptores hinc inde delectum facere ut pro re nata aut scribendi commodo convenientissima haberent—nec vitio vertebatur quod in plurimis mutationes simul inducerent indoli sermonis utriusque accommodatas. Vix ideo quibusdam doc-

f

(*n*) Cf. Burgess, Not. M. C. pp. 400=408. Blomfield's Preface to Matthiæ pp. XXXI sq.

tis concesserim ex lingua ejus apparere utrum fuerit Homerus Ionicus vel Aeolicus, illumve dialecto hac vel altera κατ' ἐξοχὴν usum. Hoc certi tantummodo eruitur nexum in ea conspici dialectorum eodem confluentium ut ita prodierit sermo simplex, unicus, suique similis, ablegata farragine quæ poetam in triviis versantem, non *Alitem Mæonium* deceret.

40. Cum ideo constitutum fuerit ζωρότερον fuisse sermonem Homericum, a diversitate dialectorum expurgatum, nimirum *linguam literariam* ævi quo floruit (*o*)—nec tamen quid affinitatis abesse ex commercio gentium ortum, quo inter se consociarentur vetustiores linguæ—satis probabile vel *a priori* fuerit, Aeolismum et Ionismum Homeri, dum sua servarint quisque principia et characteres, adeo in unum coaluisse, ut ex permixtione oriretur sermo grandiloquus, facundus, mollis, rationibusque poeticis optime accommodatus. Dico tamen unicuique servari propriam suam indolem—ampliusque pergo ostendere—utilissimum fore ratus si loquelæ utriusque pauca apponam exempla. At ea tantum attingo quæ sunt uniuscujusque propria, communia integra linquo, excepto quod ad usum et grammaticam Digammatis spectat, quod sive appellemus *Vau Ionicum* (*p*) sive aspirationem Aeolicam certissime constat fuisse antiquissimæ linguæ elementum. Hanc doctrinam leviuscule jamjam attigi atque ea præsertim de caussa quod vinculum dialectorum commune quoddam judico utilemque apprime in investigandis, nexu earum, analogia, orthographia et ævo.

41. Aeolismus Homeri cernitur; I. in Nominibus. Rectus casus decl. primæ desinit in α, ut ἱππότα, μητιέτα (*q*) etc.

(*o*) Cf. Heyne, Exc. de Digamm. (*p*) Ex mente Dawesii, M. C. § 4. (q) Transiit forma ad Latinos qui dialectum Aeolicam receperant: Vid. Foster de Acc. et Quant. p. 108.

Casus secundus in εο, quod appellant resolutionem diphthongi ου, sed minus accurate ut dudum exposui. τεῖν pro σοί. Cf. Il. λ', 201. Od. λ', 559. ἄμμες pro ἡμεῖς, ὔμμες, ὔμμε, pro ὑμεῖς, ὑμᾶς. ὔμμι pro ὑμῖν etc. Cf. Il. ά, 274. ξ', 62 etc. II. In Verbis. Paragogæ sunt, ut ἦσθα, οἶσθα. Syncopæ, ut κάλλιπον, κάββαλον, quod et in ceteris usu venit, καδδέ, καλλαπάρην etc. Cf. θ', 249. ί, 364. Od. π', 190. Cf. et Il. έ, 481. Inter Aeolismos recensetur formatio imperfectorum per σκον, ut φιλέεσκον—aoristorum quoque, ut ἐλάσασκε. Cf. ζ', 15. β', 199. At hoc dialecti vetustioris (*r*) censeo quod exinde *Aeolicum* vocabant. Apparebat in verbis forma futurorum (*s*), ut ἄρσω, διαφθέρσω etc. Cf. ά, 136. ι', 625. γ', 16, ή, 38. φ', 335. In optat. aor. prim. extabat forma εια, ειας, ειε pro αιμι etc. Cf. β', 98. γ', 52. Od. μ', 88. In participiis, ablata reduplicatione et augmento, ut βλήμενος, δ', 211. Hoc et Ionicorum puto, quorum erat augmentum in verbis resecare. III. In constructione, ut καρπῷ βριθομένη ἐστὶ pro βρίθεται, θ', 307. Hoc ad linguam simpliciorem retulerim, non ad dialectum Aeolicam speciatim (*t*).

In transcursu notandus est error Grammaticorum qui ad αἰολίδα referunt formam εὔαδον, Od. π', 28. resolvi nempe ἧδον in ἕαδον et interponi υ in εὔαδον. At res constituenda est ordine contrario: extabat FAΔΩ, unde, augmento regulariter assumpto, ἔFαδον, et conversione solenni digammatis, εὔαδον recentiorum (*u*). Hallucinantur præterea in formis εὔω,

---

(*r*) Hæc tempora formabat ope verbi auxiliaris ἔσκω et participii; ex gr. φιλέων ἔσκω, φιλέεσκω. φιλέων ἔσκον, φιλέεσκον. ἐλάσας ἔσκε, ἐλάσασκε pro ἤλασε, ni cogitaveris extitisse formam ἐλασάσκω. Illud prius prætulerim. (*s*) Knight in Prolegg. § CXLVII formas hasce repudiat, censetque futura imperativi in voce media βήσεο, ὄρσεο etc. in Homericis; præiverat Brunck. (*t*) Paragogas φι et φιν Aeolicas fuisse censent *Grammatt.* ex Dyscolo; cf. Maittaire p. 434 B. Non magis Aeolicas quam Doricas existimarim cum sint antiquæ linguæ vestigia utrique impressa. Cf. supr. § 17.

quas dicunt oriundas ab ἰω, illato ν. At sanior grammatica habetur supr. § 14 (v).

Aeolo-Ionica notatur forma particip. perf. abscissa characteristica, quales sunt τεθνηώς, ἑστηώς, κεκαφηώς, κεκμηώς, βεβαώς, μεμαώς etc. Cf. β', 170. γ', 140. ξ', 288. Od. υ, 23. Aeolo-Doricæ terminationes infiniti, μεν et μεναι, ut ἐλθέμεναι. Cf. ά, 151. γ', 247. 345. Od. β', 305. necnon tert. plur. aoristorum εν pro ησαν, ut ἐφίληθεν, β', 668.

42. Hæc veteris dialecti vestigia in Homericis conspiciuntur: semperque in memoria tenendum est Aeolicam appellari quam, linguæ Hellenicæ integerrimam formam, Aeoles diutissime conservarint—scripsisse etenim Homerum dum adhuc coaluerint diversi sermones qui postea multiplicium dialectorum speciem induebant. Pergo exponere varietates dictionis Ionicæ—et in hoc latior campus patescit. Ἰακῶς loquentium longe uberior est seges, multo plura extant indicia, plus varietatis in lingua, citius ad perfectionem excrevit, diutius in illa constitit—ut adeo in brevi hoc periplo *oras prominentes* tantum attingere potuerim.

43. Ionismus Homeri cernitur; I. in Nominibus. Rectus casus sing. decl. prim. desinit in η et ης. Gen. εω ab ης. Acc. ην. Gen. plur. έων (w). Dat. ῃς, ῃσι (x). Gen. sing. decl. secund. οιο. Dat. plur. οισι. In decl. imparisyllabica, est α pro αν in Vocat. sing. Cf. ν', 751. In Dat. plur. effertur, εσσι. Cf. ά, 4. γ', 137. et εσι, ά, 77. Od. ό, 556. A recto ις prodit Gen. sing. ιος pro ιδος. Dat. ΐ pro ιδι etc. Cf. Od. γ', 135. A recto ύς Acc. sing. έα pro ύν, ut εὐρέα, β', 159. Schem. decl. contract. Ionicæ a recto εύς est, εύς, ῆος, ῆϊ, ῆα. D. ῆε, έοιν. Pl. ῆες, έων, ήεσσι, ῆας (y).

(u) Matthiæ, § 161 Obs. (v) Aliorsum trahit Matthiæ, § 176 c. in futuris. At rem magis ἀναλόγως constitui in § 14 judico. (w) Et άων sec. Matthiæ, § 67. Obss. 1, 2 etc. (x) Ibid. (y) Ibid. § 69=82.

In patronymicis forma ίων erat Ionibus propria hexametris quippe inserviens. Ob eandem caussam adsciverunt quoque—ηϊάδης, pro casu secundo ῆος nimirum (z).

Metaplasmum (a) porro Homericum inter Ionica recensuerim: ex. c. ἀλκὶ a recto ἄλξ, pro ἀλκῇ. λιτὶ α λῖς pro λιτόν. ἔγκασι, προσώπασι ab ἔγκα pro ἔγκατον etc. Excute sigillatim έ, 299. ή, 212, 475. θ', 441. μ', 438. 600 sq. π', 7. 121. 693. 754. 818. ρ', 670. σ', 352. ψ', 354. Sic ἄϊδι a recto ἄϊς pro ἀΐδης, ά, 3. ἐρίηρες, γ', 378. ἐρυσάρματες, π', 370. pro ἐρίηροι etc.

II. In Verbis. Conspicitur hæc ἰὰς præsertim in abjectione augmenti—et e re forsan fuerit cum Herodotea conferre, ut ita ad canonem quemdam in negotio subtili multumque tractato pervenire possimus.

44. Augmentum rejiciunt utplurimum Ionici, at falsi fuerunt Grammatici antiqui qui existimabant illud non unquam ab iis usurpari—patet enim ex Homericis usum ejus nullis certis legibus definiri. Proinde easdem voces reperimus aliquando sine augmento quæ, cum obvia sint iterum, ni adjungant, et metrum et rhythmum pessum darent. Dialectum vero Homericam in hoc a recentiore Herodotea discrepare puto quod in hac posteriore usus augmenti multo sit frequentior—et dixerim, quo magis ablegetur illud a priore, eo propius accessuram linguam ad simplicitatem vetustam. Idcirco cum leges metricæ illud paterentur augmentum a plurimis abscidi, parcius tamen ea libertate usus quum vel fides codicum vel doctorum judicia vetuerint; scio etenim quibusdam (b) fuisse visum debere illud in Homericis, non secus ac in Herodoteis, conservari—quando etiam salvis metro ac rhythmo potuerit abjici. Quod ta-

---

(z) Cf. Not. ad Il. ά, 1. Matthiæ, § 99. 1. (a) Matthiæ, § 92. (b) Cf. Wolf. Præfat. Iliad. Edit. 1804, p. LXVI.

men affert Vir doctus Frid. Aug. Wolfe de Apollonio (*c*), vix nimirum arridere posse τὰ ἀναύξητα, præsertim ubi versum claudant, nil efficeret quo minus indoli linguæ antiquioris concesserim: nam constat nil argumenti posse ex auribus delicatulis auctorum inferioris subsellii, in Homericis saltem, adduci—sæpius contra depravaturos sermonem et robur, quam vel rhythmum vel compagem metricam expolituros.

45. Hoc tamen Wolfio libenter concesserim, "maxime accommodari augmentum debere numerorum gratiæ (*d*);" esse enim haud pauca ubi aurium judicium sit metricæ elegantiæ censor ἀκριβέστερος. At hoc tenendum—canonem generalem ex tali judicio ortum rationibus satis validis vix posse stabiliri dum veram pronuntiationem veteris linguæ penitus fere ignoramus. Profert Vir doctus quinque exempla, Il. ζ', 333. ν', 165. α', 15. 5. 33. at in duobus primis tantum ac ultimo dixerim rem probari: abscindi debere augmentum censeo in 3tia et 4ta. In exemplis ulterius allatis ε', 731. et Odyss. ζ', 248. lectiones commendo ἔβαλε et ἔθεσαν, aurium judicio edoctus in priore, in altero offensus ab usitatius recepto θέσσαν, non tam propter versum minus concinne elaboratum quam commentum Grammaticorum quod simplicitatem evertit antiquæ orthographiæ (*f*).

46. Hoc maxime ad lites de augmento componendas facere existimo quod in oratione *pedestri* id constanter adsciverint Attici, at in poetica non item, quæ imitationem linguæ archaicæ affectabat (*g*). Adumbrationes istæ ἀρχετύ-

---

(*c*) Wolf. Præfat. Iliad. Edit. 1804, p. LXVII. (*d*) Ibid. LXVIII. (*e*) Ibid. LXIX. (*f*) Exhibet ideo ἔθεσαν edit. Knightiana, exemplar illud linguæ archaicæ. Hiatus in sede tertia nil obstat utpote *in cæsura*. Cf. Prolegg. § CLXVI. Heyn. Excurs. ad ὁ, 247. sub fin. (*g*) Matthiæ G. Gr. § 160 Not.

των vetustiorum legem mihi videntur certam quamdam constituere—*cæca filo regere vestigia*—dum ex antehomericis nulla indubitatæ fidei supersint quorum comparatio grammaticæ antiquæ lumen affundere possit. Quoniam non datur ut ex archetypis de imaginibus eorum et simulacris judicare possimus, necesse est ut ex hisce de alteris, inverso ordine, calculum instituamus: et hoc præsertim ἀκίνδυνον in negotio quod ad *orthographiam* spectat: non ita foret si de *compage* linguæ proponatur quæstio; nam multo facilius accederent recentiores poetæ ad vetustam orthographiam quam ad vetustam φράσιν: vetaret hoc mobilitas sermonis—illud aspectus ipse edoceret.

Videtur ideo hoc jure tenendum linguam veterrimam fuisse ἀναύξητον—Ionicam in plurimis consuetudinem servasse, in plurimis omisisse,—immo *augmentum* adscivisse, pleniorem quippe et rotundiorem orationem effecturum. Illa enim dialectus adeo erat in medio constituta—pæne jam facta literaria—poetarum ingenio exculta, ut hinc inde arripere potuerit quæ vel rhythmum facerent suaviorem, grandiloquentiam augerent, transitum orationis faciliorem redderent, mentis processum fortius ac melius depingerent.

Cavendum ideo est ne in errorem incidamus: Digammum *retinebant* non *fingebant* Aeoles; Augmentum pro re nata omittebant, at non ex proprio jure Iones (*h*): in simplicibus proinde nullam certam legem sunt sequuti, in compositis quibusdam constanter ablegabant, in aliis vel retinebant vel omittebant, in cæteris semper retinebant. Sic legimus et θέσαν et ἔθεσαν. Nunquam περέβησαν, sed constanter περίβησαν, περίβαλλε. Usu veniunt et ἔκθορε et ἐξέθορε, ἔκφερον et ἐξέφερον. Nunquam ἀμφικάλυψε, semper ἀμφεκάλυψε, ἀμφεπένοντο

(*h*) Cf. Exc. Heyn. de Ionica dialecto Homeri, sub init.

etc. (*i*). In Herodoteis, ut facile expectes in lingua magis jam fixa et constante, augmentum creberrime (*k*) conspicitur; est tamen quando omittitur—et hoc ipsum satis evincit veterem linguam fuisse ἀναύξητον, cum in progressu ævi id demum efficiatur ut in locis continuo paucioribus extiterit.

47. Comparatio linguæ Ionicæ Homeri cum Herodotea multum profuerit—et in hac diutius immorandum ni operis incepti brevitas rationi ejus et utilitati plurimum obstaret: at pauca in transcursu attingam. Enumerantur discrepantiæ (*l*); Augmenti usus in Herodoteis constantior: Omissio τοῦ ν ἐφελκυστικοῦ: Conservatio lenium vocalium ante aspiratas in vocibus compositis cum κατὰ, μετὰ, ἀπὸ, ἐπὶ, ὑπὸ: In dat. sing. decl. contract. 3tia imparisyllabica: In particulis.

48. I. De augmento satis dictum; postremum hoc moneo, esse in Herodoteis ἀναύξητα quæ in Homericis augmentum adsciscunt: ex. gr. sæpissime occurrunt οἶκα, οἰκώς, quæ in Nostro ubique sunt ἔοικα. ἐοικώς. Dialecti enim recentioris erat proprium ut augmentum abjiceret a verbis cum vocali incipientibus (*m*). II. Omissionis τοῦ ν ἐφελκ. instantiæ cumulari possunt; Cf. II, 46. οὐ θύουσι αἰγυπτίων οἱ εἰρημένοι. γλύφουσι οἱ ζωγράφοι. τοῖσι ἄλλοισι θεοῖσι. Tales hiatus nusquam admittit ἡ ἰὰς Homerica—parcius tamen multum quam vulgo credunt antiquam dialectum literam *ephelcusticam* recepisse puto. De hoc fusius tractavi in Cur. Sec. ad Il. ά, 33. III. Herodotea sunt seqq. κατάπερ, κατελεῖν, κατήμενος. μετίσταμαι, μετίημι. ἀπίκετο, ἀπιστάναι. ἐπιέναι, ἐπέπω. ὑπίεσθαι, ὑπίστασθαι. Nec in *compositis* solis hoc obvium—occurrunt enim ἐπ᾽ ἡμέρην, ἐπ᾽ ἵππου, κατ᾽ ὕδατος etc. Sic πόλι, δύναμι, ὄψι, pro πόλεϊ etc. in Herod.

(*i*) Cf. Exc. de Ionica dialecto Homeri, sub init. (*k*) Ibid. Cf. Matthiæ G. Gr. § 160. (*l*) Exc. Heyn. ubi supr. (*m*) Matthiæ ubi supr.

I, 105. II, 102. 141. Prior ille in Nostro est semper πόλεϊ, ut mendose in quibusdam edit:. Herod. in loc. cit. video. Attamen in Il. ψ′, 315. σ′, 407. invenimus μήτι pro μήτιϊ, Θέτι pro Θέτιδι, et hinc putaverim seriores Ionicos sua hausisse, —ιος,—ιϊ, etc. nam exempla supra allata contractiones ex πόλιϊ etc. duco. V. Particulæ in Herodoto sunt ὦν, κη, κως, κω, εἴκως, ὁκοῖος, ὁκότερος, ὁκόσος, pro οὖν, πη, πως, πω etc. Observat doctissimus Heyne solennem esse in ambobus contractionem τοῦ εο in ευ, ut φιλεόμενος, φιλεύμενος, καλέονται, καλεῦνται. Cf. Il. β′, 684. At in Herod. observo πλεῦνας, quod apud Homerum effertur semper πλέονας, πλείονας, πλέας. sic et πλέες. Cf. Il. λ′, 395. β′, 129. cum Herod. I, 106.

Hisce plura subjecta velim, in campum εὐκαρπώτατον progressus—sunt etenim altioris Grammatices elementa, et, ut dixi, ad scientiam penitiorem linguæ Homericæ perquam utilia. At monet, ut absistam, operis instituti ratio. Fontes aperui, et sicui ad mentem revocaverim studia philologica, ut in rivos ampliores stillicidia mea educat, feliciter operam collocavi.

Scribebam ædibus Academicis,
Prid. Calend. Junii, 1827.

☞ Inserenda sunt in pag. xii. lin. 1. post vocem "ad"—Il. γ′, 367.

SUMMA ILIADIS UNIVERSÆ.

CUM e contentione de Chryseide patri reddenda, Achilles, ira in Agamemnonem incensus, a bello cessaret, Trojani, totis decem annis, urbe exire, ad pugnandum aperto campo, non ausi, tandem erumpunt, uno Achille absente, pares se fore Græcis sperantes. Tum Jupiter Agamemnonem per somnium monet ut copias in aciem educat. Cui parens Agamemnon, convocatis ducibus, quid in animo habeat ostendit, cæterum ad populum dissimulat consilium, et ad patriam repetendam, tot annis frustra consumtis, hortatur, ut ea tentatione eliceret voluntates hominum, eosque vel confirmaret, si nollent abire, vel, si domum spectarent, per duces coerceret. Ibi cum populo placeret reditus, Nestor et Ulysses concionibus eum dissuadent, et animos confirmant, ut manere et pugnare vellent. Educti ergo cum essent in aciem, contra euntibus Trojanis, et Paris Menelaum ad certamen provocasset, per quod bellum ita finiretur, ut, qui alterum vicisset Helenam et ejus opes haberet, eaque res convenisset interposito ab utraque parte jurejurando, victus pugna Paris a Venere surripitur. Ibi tum Pandarus quidam Tros, jaculo Menelaum petit ac vulnerat. Qua re violato fœdere, bellum repetitur, hortante Agamemnone, exoriturque pugna, in qua multi utrinque cadunt. In eo prælio in primis insignem se facit fortitudo Diomedis, vulneratis, præter alios, Venere et Marte. Quo nomine quum apud Jovem queruntur, ultro etiam objurgantur, quod se in talia discrimina conjiciant. Qua castigatione deterriti, abstinent ipsi a præliis: cæterum Trojani magna clade afficiuntur, dum Glaucus et Diomedes inter se colloquuntur, et, paterna amicitia cognita, arma permutant. Rursus alia pugna e provocatione. Nam Hectore provocante, sortito cum eo pugnat Ajax Telamonius, ita fortiter uterque, ut nox dirimeret certamen. Postridie ejus diei induciæ factæ cæsorum sepeliendorum caussa, quibus utuntur Achivi ad mœnia exstruenda, quæ altero die conficiuntur. Sed Jupiter, interposito interdicto cum gravibus minis, ne quis Deorum Dearumque opem alterutri parti ferret, ipse in Ida consedit, fecitque, ut, quamquam neutro inclinata victoria, Græci tamen minus valerent. In quo cum Juno et Minerva contra Jovis præceptum ire auxiliatum pararent Græcis, per Iridem jubentur se continere. Interea Hector, noctu concione habita, ad castra extra urbem metanda hortatur. Tum vero timore fractus Agamemnon, quod videbat Jovem stare a Trojanis, de reditu in patriam serio cogitare cœpit. A quo eum ita deterrent Diomedes et Nestor, ut legatos mitti ad Achillem suadeant, qui de reconciliando Agamemnoni Achille agant, oblatis egregiis conditionibus. Mittuntur Ulysses, Ajax, et Phœnix. Sed eorum legatio et orationes irritæ fuere, inexorabili Achille. Aeger inde animo Agamemnon, cum dormire non posset, adit noctu primum

Menelaum, et ipsum præ curis vigilantem, et expergefactis ducibus, deliberat de rebus communibus. Placuit mittere qui castra Trojanorum specularentur. Primus lectus Diomedes, qui Ulyssem sibi socium adscribit. Eodem tempore cum pari consilio exisset e Trojanis castris Dolon, incidit in illos, et, cum timore mortis prodidisset omnia, interficitur. Ipsi in castra Trojana cum irrepsissent, interficiunt Rhesum, Thracem, qui nuper advenerat, et equos ejus abigunt. Sed tamen ea re nihil profectum ad summam rei. Nam die post in prælio omnes prope Duces Achivorum vulnerantur, et in eas rediguntur angustias Achivi, ut primum pro muris pugnare cogantur, deinde ne hos quidem defendere possint, Hectore, portis effractis, irrumpente in naves. Forte Achilles stans in puppi viderat vulneratum Ducem educi e prælio. Is qui sit cupiens scire, mittit sciscitatum Patroclum. Eum onerat precibus Nestor, ut si Achilles se placari non sinat, ipse indutus armis Achillis in prælium veniat, si adspectu armorum Achilleorum terreri Trojani possint et recreari Græci. Interea et Neptunus opem Achivis ferre parat, incitandis etiam Ajacibus ad pugnandum. Sed concilium procedere non potest, Jove vigilante. Itaque, Juno, cum cingulo Veneris ad eum profecta, amorem illi et somnum injicit, per quem Neptunus tuto opem fert. Experrectus e somno Jupiter, cum se illusum a Junone videt, et ipsam objurgat, et Neptunum discedere a pugna jubet, incitato etiam Apolline, ut Hectorem incitet. Hunc ergo prægressus Apollo cum ægide, Græcos fugatos ad naves compellit. Interea exorat Achillem Patroclus de armis; iisque indutus primo fugat metu armorum Trojanos, mox agnitus, ab Euphorbo vulneratur, ab Hectore autem occiditur et spoliatur: corpus ipsum a Græcis defenditur, et in castra refertur, misso ad Achillem rei nuncio. Hic vero non modo summa ex eo casu tristitia afficitur, sed etiam ira in Hectorem incenditur et cupiditate illius cædis ulciscendæ. Vix eum Thetis differt, dum nova arma adferat a Vulcano. Iis adlatis, in his clipeo admirabilis artificii et ampli argumenti, recreatur Achilles e dolore, et cum interea placatus esset, acceptis donis, Agamemnoni, ad pugnandum progreditur, Jove etiam permittente Diis, ut ad bellum descendant. Ibi multos interficienti vix a Neptuno Æneas, Hector ab Apolline, eripitur, omnibus cæteris ad urbem compulsis. Ita furentem cum Scamander fluvius cohibere parat, vix a Vulcano servatur. Servatum impedit Apollo, quo minus Trojanos porro insectetur, sub specie Agenoris huc illuc fugiens et insequentem eludens. Ita Trojani portas assecuti urbe clauduntur, præter Hectorem, qui extra urbem exspectat Achillem, pavens tamen ac trepidans, ut qui etiam appropinquante Achille se in fugam conjicit, mox cum restitisset, interimitur. Ejus corpori cum diu illusisset Achilles, trahendo e pedibus religatum ad plaustrum per campos, tandem monitus a Jove per matrem, finem sævitiæ facit, et Priamo ad se in castra venienti, Mercurio duce, corpus pro pecunia reddit. Patroclo Achilles, Hectori Trojani funus splendidum faciunt.

ΤΗΣ

ὉΜΗΡΟΥ ἸΛΙΑΔΟΣ

ῬΑΨΩΔΙΑ ἢ ΓΡΑΜΜΑ, Α΄.

Ἐπιγραφή.

Ἄλφα, λιτὰς Χρύσου, λοιμὸν στρατοῦ, ἔχθος ἀνάκτων.

ΜΗΝΙΝ ἄειδε, Θεὰ, Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος
Οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε·
Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν
Ἡρώων, αὐτοὺς δὲ ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν,
Οἰωνοῖσί τε πᾶσι· Διὸς δὲ τελείετο βουλή·
Ἐξ οὗ δὴ τὰ πρῶτα διαστήτην ἐρίσαντε
Ἀτρείδης τε, ἄναξ ἀνδρῶν, καὶ δῖος Ἀχιλλεύς.
Τίς τ' ἄρ σφωε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι;
Λητοῦς καὶ Διὸς υἱός· ὁ γὰρ βασιλῆϊ χολωθεὶς
Νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακήν· ὀλέκοντο δὲ λαοί·
Οὕνεκα τὸν Χρύσην ἠτίμησ' ἀρητῆρα
Ἀτρείδης· ὁ γὰρ ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν,
Λυσόμενός τε θύγατρα, φέρων τ' ἀπερείσι' ἄποινα,
Στέμμα τ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος,
Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ· καὶ λίσσετο πάντας Ἀχαιοὺς,
Ἀτρείδα δὲ μάλιστα δύω, κοσμήτορε λαῶν·
Ἀτρεῖδαί τε, καὶ ἄλλοι ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοὶ,
Ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν, Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες,
Ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν, εὖ δ' οἴκαδ' ἱκέσθαι·
Παῖδα δ' ἐμοὶ λῦσαί τε φίλην, τὰ δ' ἄποινα δέχεσθαι,
Ἀζόμενοι Διὸς υἱὸν ἑκηβόλον Ἀπόλλωνα.
Ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἐπευφήμησαν Ἀχαιοὶ,

Αἰδεῖσθαί θ' ἱερῆα, καὶ ἀγλαὰ δέχθαι ἄποινα·
Ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ,
Ἀλλὰ κακῶς ἀφίει, κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλε·
Μή σε, γέρον, κοίλῃσιν ἐγὼ παρὰ νηυσὶ κιχείω,
Ἢ νῦν δηθύνοντ', ἢ ὕστερον αὖτις ἰόντα,
Μή νύ τοι οὐ χραίσμῃ σκῆπτρον, καὶ στέμμα θεοῖο.
Τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω, πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν,
Ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ, ἐν Ἄργεϊ, τηλόθι πάτρης,
Ἱστὸν ἐποιχομένην, καὶ ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν·
Ἀλλ' ἴθι, μή μ' ἐρέθιζε, σαώτερος ὥς κε νέηαι.
Ὣς ἔφατ'· ἔδδεισεν δ' ὁ γέρων, καὶ ἐπείθετο μύθῳ·
Βῆ δ' ἀκέων παρὰ θῖνα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης,
Πολλὰ δ' ἔπειτ' ἀπάνευθε κιὼν ἠρᾶθ' ὁ γεραιὸς
Ἀπόλλωνι ἄνακτι, τὸν ἠΰκομος τέκε Λητώ·
Κλῦθί μευ, Ἀργυρότοξ', ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας,
Κίλλαν τε ζαθέην, Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις,
Σμινθεῦ· εἴ ποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα,
Ἢ εἰ δή ποτέ τοι κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα
Ταύρων, ἠδ' αἰγῶν, τόδε μοι κρήηνον ἐέλδωρ·
Τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσιν.
Ὣς ἔφατ' εὐχόμενος· τοῦ δ' ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων·
Βῆ δὲ κατ' Οὐλύμποιο καρήνων χωόμενος κῆρ,
Τόξ' ὤμοισιν ἔχων, ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην·
Ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀϊστοὶ ἐπ' ὤμων χωομένοιο,
Αὐτοῦ κινηθέντος· ὁ δ' ἤϊε νυκτὶ ἐοικώς·
Ἕζετ' ἔπειτ' ἀπάνευθε νεῶν, μετὰ δ' ἰὸν ἕηκε·
Δεινὴ δὲ κλαγγὴ γένετ' ἀργυρέοιο βιοῖο.
Οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο, καὶ κύνας ἀργούς·
Αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς ἐφιεὶς,
Βάλλ'· αἰεὶ δὲ πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαί.
Ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ στρατὸν ᾤχετο κῆλα θεοῖο·
Τῇ δεκάτῃ δ' ἀγορήνδε καλέσσατο λαὸν Ἀχιλλεύς·
Τῷ γὰρ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη·
Κήδετο γὰρ Δαναῶν, ὅτι ῥα θνήσκοντας ὁρᾶτο.
Οἱ δ' ἐπεὶ οὖν ἤγερθεν, ὁμηγερέες τε γένοντο,
Τοῖσι δ' ἀνιστάμενος μετέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς.

Ἀτρείδη, νῦν ἄμμε παλιμπλαγχθέντας ὀΐω
Ἂψ ἀπονοστήσειν, εἴ κεν θάνατόν γε φύγοιμεν·
Εἰ δὴ ὁμοῦ πόλεμός τε δαμᾷ καὶ λοιμὸς Ἀχαιούς.
Ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν, ἢ ἱερῆα,
Ἢ καὶ ὀνειροπόλον, (καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν·)
Ὅς κ' εἴποι, ὅ,τι τόσσον ἐχώσατο Φοῖβος Ἀπόλλων·
Εἴ τ' ἄρ' ὅγ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται, εἴθ' ἑκατόμβης·
Αἴ κέν πως ἀρνῶν κνίσσης αἰγῶν τε τελείων
Βούλεται ἀντιάσας ἡμῖν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι.
Ἤτοι ὅγ' ὣς εἰπὼν, κατ' ἄρ' ἕζετο· τοῖσι δ' ἀνέστη
Κάλχας Θεστορίδης οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριστος,
Ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα,
Καὶ νήεσσ' ἡγήσατ' Ἀχαιῶν Ἴλιον εἴσω,
Ἣν διὰ μαντοσύνην, τήν οἱ πόρε Φοῖβος Ἀπόλλων·
Ὅς σφιν ἐϋφρονέων ἀγορήσατο, καὶ μετέειπεν·
Ὦ Ἀχιλεῦ, κέλεαί με, Διῒ φίλε, μυθήσασθαι
Μῆνιν Ἀπόλλωνος, ἑκατηβελέταο ἄνακτος.
Τοιγὰρ ἐγὼν ἐρέω· σὺ δὲ σύνθεο, καί μοι ὄμοσσον,
Ἦ μέν μοι πρόφρων ἔπεσι καὶ χερσὶν ἀρήξειν.
Ἦ γὰρ ὀΐομαι ἄνδρα χολωσέμεν, ὃς μέγα πάντων
Ἀργείων κρατέει, καί οἱ πείθονται Ἀχαιοί.
Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς, ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ·
Εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ,
Ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσσῃ,
Ἐν στήθεσσιν ἑοῖσι· σὺ δὲ φράσαι, εἴ με σαώσεις.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς·
Θαρσήσας μάλα, εἰπὲ θεοπρόπιον, ὅ, τι οἶσθα.
Οὐ μὰ γὰρ Ἀπόλλωνα, Διῒ φίλον, ᾧτε σὺ, Κάλχαν,
Εὐχόμενος Δαναοῖσι θεοπροπίας ἀναφαίνεις,
Οὔτις, ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο,
Σοὶ κοίλης παρὰ νηυσὶ βαρείας χεῖρας ἐποίσει
Συμπάντων Δαναῶν· οὐδ' ἢν Ἀγαμέμνονα εἴπῃς,
Ὃς νῦν πολλὸν ἄριστος Ἀχαιῶν εὔχεται εἶναι.
Καὶ τότε δὴ θάρσησε, καὶ ηὔδα μάντις ἀμύμων·
Οὔτ' ἄρ' ὅγ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται, οὔθ' ἑκατόμβης·
Ἀλλ' ἕνεκ' ἀρητῆρος, ὃν ἠτίμησ' Ἀγαμέμνων,

Οὐδ' ἀπέλυσε θύγατρα, καὶ οὐκ ἀπεδέξατ' ἄποινα.
Τοὔνεκ' ἄρ' ἄλγε' ἔδωκεν Ἑκηβόλος, ἠδ' ἔτι δώσει·
Οὐδ' ὅγε πρὶν λοιμοῖο βαρείας χεῖρας ἀφέξει,
Πρίν γ' ἀπὸ πατρὶ φίλῳ δόμεναι ἑλικώπιδα κούρην
Απριάτην, ἀνάποινον, ἄγειν θ' ἱερὴν ἑκατόμβην
Ἐς Χρύσην· τότε κέν μιν ἱλασσάμενοι πεπίθοιμεν.
Ἦτοι ὅγ' ὣς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο· τοῖσι δ' ἀνέστη
Ἥρως Ἀτρείδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων
Ἀχνύμενος· μένεος δὲ μέγα φρένες ἀμφιμέλαιναι
Πίμπλαντ', ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι εἴκτην·
Κάλχαντα πρώτιστα κάκ' ὀσσόμενος προσέειπε·
Μάντι κακῶν, οὐ πώποτέ μοι τὸ κρήγυον εἶπας·
Αἰεί τοι τὰ κάκ' ἐστὶ φίλα φρεσὶ μαντεύεσθαι·
Ἐσθλὸν δ' οὐδέ τί πω εἶπας ἔπος, οὐδ' ἐτέλεσσας·
Καὶ νῦν ἐν Δαναοῖσι θεοπροπέων ἀγορεύεις,
Ὡς δὴ τοῦδ' ἕνεκά σφιν Ἑκηβόλος ἄλγεα τεύχει,
Οὕνεκ' ἐγὼ κούρης Χρυσηΐδος ἀγλά' ἄποινα
Οὐκ ἔθελον δέξασθαι· ἐπεὶ πολὺ βούλομαι αὐτὴν
Οἴκοι ἔχειν· καὶ γάρ ῥα Κλυταιμνήστρης προβέβουλα,
Κουριδίης ἀλόχου· ἐπεὶ οὔ ἑθέν ἐστι χερείων,
Οὐ δέμας, οὐδὲ φυὴν, οὔτ' ἄρ φρένας, οὔτε τι ἔργα.
Ἀλλὰ καὶ ὣς ἐθέλω δόμεναι πάλιν, εἰ τόγ' ἄμεινον·
Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι.
Αὐτὰρ ἐμοὶ γέρας αὐτίχ' ἑτοιμάσατ', ὄφρα μὴ οἶος
Ἀργείων ἀγέραστος ἔω· ἐπεὶ οὐδὲ ἔοικε·
Λεύσσετε γὰρ τόγε πάντες, ὅ μοι γέρας ἔρχεται ἄλλη.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς·
Ἀτρείδη κύδιστε, φιλοκτεανώτατε πάντων,
Πῶς γάρ τοι δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοί;
Οὐδέ τί πω ἴδμεν ξυνήϊα κείμενα πολλά.
Ἀλλὰ τὰ μὲν πολίων ἐξεπράθομεν, τὰ δέδασται,
Λαοὺς δ' οὐκ ἐπέοικε παλίλλογα ταῦτ' ἐπαγείρειν.
Ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν τήνδε Θεῷ πρόες· αὐτὰρ Ἀχαιοὶ
Τριπλῇ τετραπλῇ τ' ἀποτίσομεν, αἴ κέ ποθι Ζεὺς
Δῷσι πόλιν Τροίην εὐτείχεον ἐξαλαπάξαι.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη κρείων Ἀγαμέμνων·

Μὴδ' οὕτως, ἀγαθός περ ἐὼν, θεοείκελ' Ἀχιλλεῦ,
Κλέπτε νόῳ· ἐπεὶ οὐ παρελεύσεαι, οὐδέ με πείσεις.
Ἦ ἐθέλεις, ὄφρ' αὐτὸς ἔχῃς γέρας, αὐτὰρ ἔμ' αὔτως
Ἧσθαι δευόμενον; κέλεαι δέ με τήνδ' ἀποδοῦναι;
Ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοὶ,
Ἄρσαντες κατὰ θυμὸν, ὅπως ἀντάξιον ἔσται·
Εἰ δέ κε μὴ δώωσιν, ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι
Ἢ τεὸν, ἢ Αἴαντος ἰὼν γέρας, ἢ Ὀδυσῆος
Ἄξω ἑλών· ὁ δέ κεν κεχολώσεται, ὅν κεν ἵκωμαι.
Ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα μεταφρασόμεσθα καὶ αὖτις·
Νῦν δ' ἄγε, νῆα μέλαιναν ἐρύσσομεν εἰς ἅλα δῖαν,
Ἐς δ' ἐρέτας ἐπιτηδὲς ἀγείρομεν, ἐς δ' ἑκατόμβην
Θείομεν, ἂν δ' αὐτὴν Χρυσηΐδα καλλιπάρῃον
Βήσομεν· εἷς δέ τις ἀρχὸς ἀνὴρ βουληφόρος ἔστω,
Ἢ Αἴας, ἢ Ἰδομενεὺς, ἢ δῖος Ὀδυσσεύς·
Ἠὲ σὺ, Πηλείδη, πάντων ἐκπαγλότατ' ἀνδρῶν,
Ὄφρ' ἡμῖν Ἑκάεργον ἱλάσσεαι ἱερὰ ῥέξας.
Τὸν δ' ἄρ' ὑπόδρα ἰδὼν προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς.
Ὤ μοι, ἀναιδείην ἐπιειμένε, κερδαλεόφρον,
Πῶς τίς τοι πρόφρων ἔπεσι πείθηται Ἀχαιῶν,
Ἢ ὁδὸν ἐλθέμεναι, ἢ ἀνδράσιν ἶφι μάχεσθαι;
Οὐ γὰρ ἐγὼ Τρώων ἕνεκ' ἤλυθον αἰχμητάων
Δεῦρο μαχησόμενος· ἐπεὶ οὔτι μοι αἴτιοί εἰσιν.
Οὐ γὰρ πώποτ' ἐμὰς βοῦς ἤλασαν, οὐδὲ μὲν ἵππους,
Οὐδέ ποτ' ἐν Φθίῃ ἐριβώλακι βωτιανείρῃ
Καρπὸν ἐδηλήσαντ'· ἐπειὴ μάλα πολλὰ μεταξὺ
Οὔρεά τε σκιόεντα, θάλασσά τε ἠχήεσσα·
Ἀλλά σοι, ὦ μέγ' ἀναιδὲς, ἅμ' ἑσπόμεθ', ὄφρα σὺ χαίρῃς,
Τιμὴν ἀρνύμενοι Μενελάῳ, σοί τε, κυνῶπα,
Πρὸς Τρώων· τῶν οὔτι μετατρέπῃ, οὐδ' ἀλεγίζεις·
Καὶ δή μοι γέρας αὐτὸς ἀφαιρήσεσθαι ἀπειλεῖς,
Ὧι ἔπι πολλὰ μόγησα, δόσαν δέ μοι υἷες Ἀχαιῶν.
Οὐ μέν σοί ποτε ἶσον ἔχω γέρας, ὁππότ' Ἀχαιοὶ
Τρώων ἐκπέρσωσ' εὖ ναιόμενον πτολίεθρον.
Ἀλλὰ τὸ μὲν πλεῖον πολυάϊκος πολέμοιο
Χεῖρες ἐμαὶ διέπουσ'. ἀτὰρ ἤν ποτε δασμὸς ἵκηται,

Σοὶ τὸ γέρας πολὺ μεῖζον, ἐγὼ δ' ὀλίγον τε φίλον τε
Ἔρχομ' ἔχων ἐπὶ νῆας, ἐπὴν κεκάμω πολεμίζων.
Νῦν δ' εἶμι Φθίηνδ'· ἐπειὴ πολὺ φέρτερόν ἐστιν
Οἴκαδ' ἴμεν σὺν νηυσὶ κορωνίσιν· οὐδέ σ' ὀΐω,
Ἐνθάδ' ἄτιμος ἐὼν, ἄφενος καὶ πλοῦτον ἀφύξειν.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων·
Φεῦγε μάλ', εἴ τοι θυμὸς ἐπέσσυται· οὐδέ σ' ἔγωγε
Λίσσομαι εἵνεκ' ἐμεῖο μένειν· παρ' ἔμοιγε καὶ ἄλλοι,
Οἵ κέ με τιμήσουσι· μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς.
Ἔχθιστος δέ μοί ἐσσι διοτρεφέων βασιλήων,
Αἰεὶ γάρ τοι ἔρις τε φίλη, πόλεμοί τε, μάχαι τε.
Εἰ μάλα καρτερός ἐσσι, Θεός που σοὶ τόγ' ἔδωκεν.
Οἴκαδ' ἰὼν σὺν νηυσί τε σῇς, καὶ σοῖς ἑτάροισι,
Μυρμιδόνεσσιν ἄνασσε· σέθεν δ' ἐγὼ οὐκ ἀλεγίζω,
Οὐδ' ὄθομαι κοτέοντος· ἀπειλήσω δέ τοι ὧδε·
Ὡς ἔμ' ἀφαιρεῖται Χρυσηΐδα Φοῖβος Ἀπόλλων,
Τὴν μέν ἐγὼ σὺν νηΐ τ' ἐμῇ, καὶ ἐμοῖς ἑτάροισι,
Πέμψω· ἐγὼ δέ κ' ἄγω Βρισηΐδα καλλιπάρῃον,
Αὐτὸς ἰὼν κλισίηνδε, τὸ σὸν γέρας· ὄφρ' εὖ εἰδῇς,
Ὅσσον φέρτερός εἰμι σέθεν, στυγέῃ δὲ καὶ ἄλλος
Ἶσον ἐμοὶ φάσθαι, καὶ ὁμοιωθήμεναι ἄντην.
Ὣς φάτο· Πηλείωνι δ' ἄχος γένετ'· ἐν δέ οἱ ἦτορ
Στήθεσσι λασίοισι διάνδιχα μερμήριξεν,
Ἢ ὅγε φάσγανον ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ,
Τοὺς μὲν ἀναστήσειεν, ὁ δ' Ἀτρείδην ἐναρίζοι,
Ἠὲ χόλον παύσειεν, ἐρητύσειέ τε θυμόν.
Ἕως ὁ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμὸν,
Ἕλκετο δ' ἐκ κολεοῖο μέγα ξίφος· ἦλθε δ' Ἀθήνη
Οὐρανόθεν· πρὸ γὰρ ἧκε Θεὰ λευκώλενος Ἥρη,
Ἄμφω ὁμῶς θυμῷ φιλέουσά τε, κηδομένη τε·
Στῆ δ' ὄπιθεν, ξανθῆς δὲ κόμης ἕλε Πηλείωνα,
Οἴῳ φαινομένη, τῶν δ' ἄλλων οὔτις ὁρᾶτο.
Θάμβησε δ' Ἀχιλεὺς, μετὰ δὲ τράπετ', αὐτίκα δ' ἔγνω
Παλλάδ' Ἀθηναίην, δεινὼ δέ οἱ ὄσσε φάανθεν·
qui facile fieri potuit, charactere jamdudum exoleto et usu ejus ignorato. Secund. Heyn. distinguuntur ἐρύω *servo* et ἐρύω *traho;* hæc breve habet incrementum et fuit antiquitus Fερύω, illa non item. Negat aliquid esse distinctionis Dunbar (not. ap. h. l.) inter voces, asseritque incrementum necessario corripi, ac omnes formas a verbo radic. ΡΥΩ esse exortas. Hoc concesso, quod verum arbitror, est tamen verisimile quantitatem mutari in penultima futuri, nova confecta familia cum significatione, *defendo, servo.* Conf. Heyn. Exc. IV ad h. lib. Dunbar ubi sup. et Knight, Prolegom.] (148—9, 150—1). τὸν δ' ἄρ' ὑπόδρα· ὑπόδρα, *torvo intuitu,* lit. oculis limis trucemque affectum exprimentibus. Bene Sch. br. δεινὸν ὑποβλεψάμενος. κερδαλεόφρον, *avare, tui tantum curam gerens;* hinc Apollon. lexic. ὁ φρονεῖς τὰ κερδαλέα. Potior est sententia quam Aristarchi qui a κερδὼ, *vulpes,* deduxit.—πρόφρων habetur sup. 77.—ἢ ὁδὸν ἐλθέμεναι—verba potissimum ad *insidias* spectant, quæ tactica præcipua fuit temporibus heroicis; sic Schol. Pind. Ol. X, 37, ἐνέδραν ἐλθεῖν.—Accipio in eodem sensu fere ac inf. 227, οὔτε λόχονδ' ἰέναι, *to go on a service of ambuscade:* Et notatu dignum est eundem apud recentiores sermonem obtinuisse; expeditiones enim a militibus subitariis initas Scoti appellabant, *going a raid.* consentit S. B. L. Conf. Zeun. ad Vig. de phrasi, § V. pag. 93. (152). οὐ γὰρ.—Partem orationis reticet; —Tota sic procedit; *Quomodo quisquam tibi lubens obsequatur vel struere insidias vel cum hostibus fortiter dimicare* (quum eos tam male accipias qui tui solius caussa bellum gerant)? *Non enim ego Trojanorum* &c. tali modo supplet Clarke. (153—59—60). αἴτιοι. Utitur Homerus in eodem sensu ac αἰτιατέοι, *culpandi.* Nullam in me inimicitiam exercuerunt quare eos militia vexarem. ὄφρα σὺ χαίρῃς, *Tui gratia huc advenimus.* τιμὴν ἀρνύμενοι, *ultionem honorificam exigentes;* Ang. *For the purpose of procuring you redress:* τιμὴ, qua quis, injuria illata, vindicatur; *ultio honorifica,* Heyn. De hac conf. γ', 285—6—8—9 et 459.—πρὸς Τρώων, ie, παρὰ Τρώων, *a Trojanis.* —τῶν οὔτι μετατρέπῃ—*hæc nihili pendis,* ie, labores quos tui caussa pertuli; πόνων, μεριμνημάτων. (161). καὶ δὴ.—*Et nunc, quasi injuriæ cumulum addere* &c. (163—65). οὐ μὲν σοί. "Nunquam ego præmium tuo æquale habeo, neque tum mihi æquale dandum postulo, cum excisa erit Troja." Clarke. et eodem fere sensu Heyne. Malim vero cum Daceria intelligere Troadis aliquam urbem quæ ante Ilii ipsius excisionem fuerit capta; quales erant Lyrnessus, Pedasus &c. sup. 12.—πολυάϊκος—*belli impetuosi.* πολυάϊξ, ὁ πολλὰς ὁρμὰς ἔχων καὶ κινήσεις τῶν μαχομένων, Hesych. Schol. br. Est proprie epith. bellatorum, et transfertur eadem analog. ut πολύκμητος, *pugna in qua multum laboratur.* (168). κεκάμω. aoristus reduplicationem passus. Hoc obtinet præcipue in Ionicis et Doricis. Vid. Mathiæ p. 203. Ob. 4. & 307. IV. (170—1—5). κορωνίσιν. *navibus recurvatis, puppes recurvas habentibus,* quæ aliter καμπυλόπρυμνοι dicuntur. conf. S. br.—οὐδέ σ' ὀΐω—Hæc varie possunt accipi. 1. *Neque te puto, me injuria affecto, divitias congesturum:* melius hoc, nil enim obstat quo minus ἄτιμος ἐὼν absolute sumatur quasi fuerit ἀτίμου ὄντος. Exemp. vid. ap. Dawes Misc. Crit. p. 98—9. et Vig. p. 283. huc facit S. Venet. 2. Vel legendum ἄτιμον ἐόντ' et sic sententia procedit, *nec opinor te hic*

inhonoratum opes collecturum. [Ingeniosa est Heynii conjectura, οὐδέ τοι οἴω, ἐνθάδ' ἄτιμος ἐὼν, &c. "Nec apud me constitutum habeo, hic contumelia affectus quum sim, pro te divitias, &c. colligere."]. De distinct. nota inter ἄφενος et πλοῦτος disserit Sch. br.—ἀφύσσω, *haurio, paro;* "Πλοῦτον ἀφύσσειν nil aliud est quam parare divitias." Heyn. Hinc recte a S. br. exponitur περιποιεῖν. (174—5—6). εἵνεκ' ἐμεῖο μίνειν· *Nec mei gratia bellum prosequi rogo—auxilii satis adest,* &c. Hoc acriter respondet ob vs. 158, ὄφρα σὺ χαίρῃς—. μητίετα Ζεύς· Recte hic Clarkius; "μητίετα, non Vocativus pro Nominat. quod absurdum est." Est (ut notat Forsterus) nominativus Aeolicus qui postea inter Romanos ascitus est. Hinc terminationes, Athleta, Poeta, et sim. conf. Burges in Dawes, p. 334. Clarke, h. l.—διοτρεφέων—A Jove reges dicuntur esse, ob derivatam auctoritatem scil. Schol. Pind. Pyth. IV. 313. Eodem redit et διογενής, ut διογενὲς Λαερτιάδη, ι, 308. (180, 181). σέθεν δ' ἐγὼ—Ang. *I regard you not, nor do I value your anger, &c.* Oratio Asyndeta in 178—79, optime mentem exagitatam depingit. (186). φέρτερος, et inf. φέρτατος, ad verb. φέρω respicere censentur. Puto extitisse φέρτος, quasi φέρων δόξαν, τιμήν. Assumit Math. § 134. inusitatam φερής. (187). ἶσον ἐμοὶ.—Ang. *To pronounce himself on a par with me, or be at all capable of comparison;* ellipsis supplenda est, φάσθαι (ἑαυτὸν εἶναι) ἶσον ἐμοί, κ. τ. λ. (189). στήθεσσι λασίοισι· ad verb. *pectoribus pilis–dense–obsitis,* et metaphorice *furibundis.* Dicitur de calidis et animosis, ἡ θέρμη γὰρ αἰτία τῆς ἐκφύσεως τῶν τριχῶν, Sch. Ven. Fortitudinis et virium signum est pilorum frequentia ap. Juv. Sat. 14. *naresque pilosas.* conf. β', 851. (193). ἕως ὁ ταῦθ'. [De metro versus hujusce mire se torquent Critici: Clarke proponit ὥσω ταῦθ' ut pronuntiandi modum; Knight digammum infert et conjectat lect. antiquam, ἑFος ὁ ταῦθ'—orthographia enim veterum inter ο et ω haud distinxit: Heyne censet efferendum esse ὡς ὁτταῦθ': Bentleius legit ὄγε et contrahit, ὡς (ἕως) ὄγε ταῦθ' ὥρμαινε, κ. τ. λ. Conf. Dunbar ad h. l.—Melior adhuc ratio foret legere ὡς *sic,* nam ut nunc se habet sententia, desideratur correlativa τέως. Sic procederet Ang. *Such was the conflict of passions in his breast—when Minerva came, &c.* Annotat hic Barnesius: "Hic versus passim in Iliade et Odyssea occurrit: in primo autem loco Amphibrachys ponitur, pes nempe Dactylo, Spondæo, v. Anapæsto ἰσόχρονος." Quantus error hic est, docet Dawes de pedibus *isochronis,* Misc. Crit. p. 51. Conf. quoque Harless. præf. p. XXVII.] (200). δεινὼ δέ οἱ—Accipit Heyne οἱ pro αὐτῆς, et vertit, "terribilesque ejus (Deæ) oculi visi sunt." q, d, *the awe-inspiring eyes of the goddess were recognized by him.* Accipit Dacer. δεινὼ ὄσσε quasi fuerint Achillis irati et sævientis. Est et tertia ratio, sed prima potior videtur. Apte citat Heyne Aen. V. 647. (205). ᾗς ὑπεροπ. Ang. *His haughty demeanor may quickly cost him his life.* Observat Heyne solere Homerum aoristi conjunctivum usurpare pro futuro, præfixis particulis ἂν v. κὲν: sic sup. 137. ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι. Aliquando etiam sine particulis, ut inf. 262. οὐδὲ ἴδωμαι, *nec videbo.* Est et ubi simul ponuntur, ut κ', 449, εἰ μὲν γάρ κέ σε νῦν ἀπολύσομεν ἠὲ μεθῶμεν. Hæc et similia syntaxi minus politæ attribuenda sunt. Accentus in ὑπεροπλίῃσι antepenultimam producit sec. Herman. de met. Cap. X. 16, 14. (206). γλαυκῶπις. Vocem Knight dedu-

cit a *γλαύσσω intueor*, quoniam haud *colorem*, sed *motum* maris exprimit *γλαυκὸς*. Hinc *species* et *adspectus* oculi a *γλαυκῶπις* designatur. Prolegom. pag. 69. (210). ἀλλ' ἄγε—Ang. *But come, cease from your strife—unsheathe not your sword, but indulge your bitterness of reproach as you please, &c.* ὡς ἔσεταί περ, *Whatever may suggest itself; prout fors feret.* Sensus hicce indefinitus part. περ latino *cunque* respondet, Hoog. 460. V.—ἤτοι emphatica est; ἀλλ' ἤτοι, *at verbis equidem.* (216). χρὴ μὲν. Ang. *Goddess, it is my duty to pay all deference to, &c.* σφωΐτερόν γε ἔπος, Ang. *The advice of such counsellors in particular.* Observat Math. G. G. § 149, vocem σφωΐτερος in Ionicis poetis significare, *vestrum amborum;* scil. Junonis et Minervæ, h. l. εἰρύσσασθαι. De significatibus diversis verbi ἐρύω vid. sup. 141. Apparet quoque nullam ob caussam duplicari σ in hac voce, in quibusdam edd. (218). μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ. Recte Hoogev. vertit, *Hunc præsertim exaudire solent.* Non est enallage *imperfecti* pro *præsenti*, ut ponit Viger. Sed suus priori constat sensus. Sic Horat. Od. 1. 37. " tempus *erat* dapibus, sodales—". (228—31—32). τόδε τοι κὴρ· Ang. *This seems death itself to you.* Distinguunt grammatici inter κηρ prout gravi spiritu vel circumflexo notetur: κὴρ significat *fatum, mors*: κῆρ contrahitur a κέαρ, *cor;* an vero nimis subtiliter, dubitare licet.—δημοβόρος β. κ. τ. λ. q. d. *populum voras, nullius enim pretii populus iste est, &c.* Oratio tota Ang. procedit: *You presume on the worthlessness of those whom you command to consume their substance; worthless, I say, else, son of Atreus, this contumely (towards me) should be your last;* oblique innuens Græcos suas partes defendere oportere, nec tyrannidem quandam inter se constitui sinere. Oratio tota maximo cum artificio ad mentis agitationem exprimendam composita est. (234). ναὶ μὰ τόδε—Ordo aliquatenus turbatur. μὰ negativa est, et oratio *syntactice* procedere debet, 234, 240, 241, &c. viz. ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον—ἐάν ποτε ἔλθῃ—οὐ δυνήσεαι—κἂν σὺ ἔνδοθι θυμὸν ἀμύξῃς. Sic Heyne. Hunc de sceptro digressum imitatus est, vel potius vertit Maro, Aen. XII. 206. Huc conf. Euripid. Phœniss. 1691 ἴστω σίδηρος ὅρκιον τέ μοι ξίφος.—Jusjurandum fuit inter mortales sanctissimum, quippe per auctoritatem intemeratam a Jove ortam, et cujus insigne fuit sceptrum; conf. ι, 98, 99. Aeque sanctum fuit inter immortales jurare per *Stygem.* Conf. in Sac. Scrip. Judith 1, 12. (239). θέμιστας εἰρύαται. Ang. *Who defend the ordinances constituted by Jupiter.* Heyne simpliciter habet; *imperium tenent a Jove, sub Jovis auspiciis,* quippe διοτρεφεῖς, sup. 176. Ex hisce verbis infert Dionys. Halic. de imperiis Græciæ antiquæ certo limite constitutis; Lib. V. antiq. Rom. (240). ἦ ποτ' Ἀχιλλῆος· Ang. *At some future period there will assuredly be a want of Achilles to defend, &c. when many are falling beneath the hand of the destroying Hector, &c.* Conf. inf. verba ejus ι, 351—56, &c. Observat hic Sch. br. epitheton arte deligi ad terrorem maxime incutiendum, quasi contra Hectoris impetum solus Achilles munimento sit; πρὸς κατάπληξιν τῶν ἀκουόντων. (250—51). τῷ δ' ἤδη δύο μὲν—*Duæ pertransierant,* &c. γενεὰ inter antiquos triginta annos valebat, adeo ut Nestor jam nonaginta fere annos natus est: narrant S. B. et brev. in h. l. Nestorem solum ex omnibus Nelei filiis relictum fuisse post expeditionem Herculis contra

Pylios, et una cum iis prope deletum fuisse Pylium nomen.—ἠδὲ γένοντο, magis Ionicum: Cum Heynio vix abest quin restituerim.—μερόπων. Placet expositio Sch. br. μεμερισμένην τὴν φωνὴν ἐχόντων, ὅ ἐστι, μεριζομένην εἰς συλλαβάς. Hoc sequitur Lat. vulg. *articulata–voce–loquentium hominum.* (254). πόποι. etymon ignoratur. Apollon. in Lex. Hesych. exponunt per δαίμονες. (255). ἦ κεν γηθήσαι—*Priam would in truth exult—were tidings of those dissensions to reach them.*—Sic Sch. br. ὄντως ἂν χαρείη. (261). ἀθερίζω est proprie *paleam* (ἀθέρα) *abjicere;* hinc significatus, *flocci pendeo.* (265). Θησέα. [" Qui rei prosodiacæ student merito hic quærere poterunt sitne hic pes (Θησέα) dactylus, an potius contracte, spondæus, ac si scriptum fuerit Θησᾶ." Clarke. Varia adfert exempla productionis ultimæ syllabæ inter poetas Atticos; Usus vero Homericus recentiori sæpe repugnat, nec a se invicem definiuntur. Attici certe normam genitivi in—εὼς secuti, et hoc forsan ob metrum Iambicum quod præcipue excoluerunt: Iones vero penultimam longam in casibus obliquis adhibentes, ob *ictum* necessario ultimam corripuerunt. Ex. caus. πηλεὺς, πηλῆος, πηλῆα, Ionice. πηλεὼς, πηλέα, Attice. Quoniam vero πηλέα, πηλῆα, versui hexametro (cui maxime studebant) æque inserviunt, inter Ionicos Scriptores utraque forma adhiberi possit.]. (268). φηρσὶν ὀρεσκῴοισι. φηρσὶν pro θηρσὶν, quæ commutatio literarum φ et θ usitata fuit in dialecto Ionica: sic Od. ρ', 221, φλίψεται pro θλίψεται.—κῶος est *spelunca,* κοίλωμα, et a them. κέω, κῶ, κείω, *cubo;* hinc ὀρεσκῷος, monticola; *an inhabitant of the mountain-caves.* De pugna inter Centauros et Lapithas, in nuptiis Pirithoi, conf. Steph. in Dict. et Oppian. κυνηγετ. β'. (270—1—3). τηλόθεν ἐξ Ἀπ. Peloponnesus nuncupata est ἀπίη γῆ ex Apide Phoronei filio, 4°. rege Sicyoniorum. Aegialea antea dicta, et postea Peloponnesus, a Pelope qui imperium tenebat. κατ' ἔμ' αὐτὸν—Ang. *And I too fought on my own account, apart from the other leaders.* Interpretatur Sch. br. κατ' ἐμαυτοῦ δύναμιν, *pro viribus meis,* reclamante *Heyne,* quia hoc proprie significat κατ' ἐμέ. Sic infra β', 366. κατὰ σφέας γὰρ μαχέσονται, i. e. *pro se quisque,* ut in Aen. V. 500. [" Nec ad *monomachiam* trahi verba possunt, nam sic αὐτὸς esset, h. e. μόνος, non καθ' αὐτόν—hinc præstat dicere, Nestorem non in turba pugnasse, sed seorsum *pro se, pro sua parte*"]. ξύνιον—legerat Aristarchus ξύνιεν, quod a ξυνίημι est, et pro ξυνίεσαν. ξύνιον est a ξυνιέω, aor. 2.—Verba in —μι sæpe in Hom. ling. ad origines eorum in—έω,—άω,—όω, referuntur; sic inf. 291, προθέουσι a προθέω pro προτίθημι, et ponitur in dialecto antiq. pro προτιθεῖσι. More suo Nestor comparationem inter heroas inivit ad animos eorum flectendos quos minus fortes antiquioribus esse prædicat: hisce verbis mire delectabatur Augustus: vid. Suet. vit. Aug. (276). ἀλλ' ἔα—*Verum sine, ut ei primum dederunt,* &c. i.e. *proprium dica, ratum ei fac quod in honorem ab Achivis præmium dabatur.* (280). Εἰ δὲ σύ—Aevo etiam antiquiore, inter potentiam *politicam* et *physicam* distinctionem ponit, suadetque illi hanc alteram cedere; Ang. *What though you are superior in vigor and a Goddess has given you birth, yet He excels you in power, &c.* Sic, 278, ἐπεὶ οὔποθ' ὁμοίης—*Since never yet hath any monarch been invested with an equal degree of honor.* Imperium enim civile et militare Agamemnoni concessum fuit. De usu Homeric. vocis γεννάω, vid. inf. ί, 151.

(282—83). αὐτὰρ ἔγωγε. Male hic versio Lat. "verum ego precabor Achillem deponere iram"—quasi λίσσομαι possit cum dativo jungi; verte, "verum ego *(Agamemnonem)* precor *Achilli* iram condonare—remittere."—μεθέμεν χόλον, Ang. *To forego his resentment.* αὐτὰρ, *et præterea.* ἔγωγε videtur hic emphatica, et in apodosi τῷ σύ. (289—91). ἅτιν' οὐ. Supp. (καθ') ἅτινα (ἐμὲ) οὐ πείσεσθαι (αὐτῷ) οἴω, et sic procedit—*with which desires of his I have little intention of complying;* τοὔνεκα οἱ προθέουσιν—Ang. *Do they on this account grant him the privilege?* &c. De hac voce vid. sup. 273. et Damm. Lex. in θέω. (299). ἐπεί μ' ἀφέλεσθέ γε.—Ang. *Since, though ye have allotted me her, ye now wrest her from me,* &c. partic. γε emphatica est, γε δόντες, *etsi quondam dederitis.*—Ostendere vult Achilles, se imperio Agamemnonis, etiam Briseide concessa, morem non gerere, sed aliis, quod ipsi dabant, reddere, non vi coactum, sed quia adhuc aliquatenus commune est. Timet ne existimatio sua patiatur aliquid, dum revera imperio cedere coactus sit. Optime indoles ejus superba depingitur. τῶν δ' ἄλλων ἅ μοι ἐστὶ—"Sed de meo *peculio*, nil nisi tuo periculo ademeris." (302). εἰ δ' ἄγε—Ellipsem notes: εἰ δὲ (βούλῃ ἀφελεῖν ἀέκοντος ἐμοῦ) πείρησαι &c. q. d. *sin vis te periculo offerre—agedum ut sciant illi me haud temere minari.* Conf. inf. sim. ζ, 376. ι, 262. (v. 306—8—13). νῆας ἐΐσας—Lat. vulg. ad verbum, *naves æquales*, ie, concinne et affabre factas. Idem vult Sch. br. per ἰσοτοίχους, *evenly built, well proportioned.* Vertit Blomf. in Math. § 124, *ships of due size,* ut δαὶς ἐΐση, *a perfect meal,* inf. 468. est fæmineum ab ἶσος, pro ἴση. Vid. Heyn. Obss. τ', pag. 125. 185. (310—13—15—16). ἀνὰ δὲ Χρυσηΐδα—ie, ἀνάγων εἶσε Χρυσηΐδα—κ. τ. λ, Schol. ἀπολυμαίνεσθαι, *sese expurgare a scelere et peste;* λύματα sunt sordes in mare abjiciendæ, quæ post ablutionem remanebant.—τελήεσσας, scil. quum victimæ morbo haud fuerint tactæ: Ang. *unblemished.* De voce ἀτρυγέτοιο multum dubitatur; omnino præferenda est Lat. vulg. *infructuosi.* Th. τρύγη *triticum.* Huc refero Euripid. Phæn. 221. ἀκάρπιστα πεδία. Notabilis est hic locus in religione veterum exponenda et ritibus lustralibus. (321—26). ὀτρηρώ. *gnavi, strenui. Th.* ὀτρέω, ὀτρύνω. προΐει.—Ang. *dispatched them:* vid. sup. α', 2, in voc. προΐαψε, et conf. h. l. Ernesti. (331, 34, 38). τὼ μὲν ταρβήσαντε. Recte observat Daceria silentium præconum hic optime exprimere, et se invitos Achilli nuntium ferre et ob principum rixas dolere. Cor ejus mansuescit ac eodem tempore debita erga Agamemnonem reverentia servatur. Διὸς ἄγγελοι ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν—ie, Jovis hominumque auctoritate, officio debito functi; hinc *sacrosancti*, ut adnotat Ern.—τὼ δ' αὐτὼ—procedit sententia Ang. *Let those be witnesses of my injuries in the sight of Heaven &c. but if ever my presence is required to avert the calamities of the Greeks — Ye shall look for it in vain* &c.? Hic, ut alias, de vindicta majore cum vi siletur, quam si aperte fuerit prolatum: Conf. sup. 135, de hac aposiopesi. [Porro quoad metrum vocis μάρτυροι, observat Clarke quantitatem simplicium et derivatorum sæpe esse diversam, ut μάρτῠροι a μαρτῡρομαι. κρῐσις, κρῖτος, a κρῖνω &c. idque censet fieri ob quantitatem futuri 2. et aoristi 2. in quibus temporibus υ brevis est. Censet Heyne hisce in casibus duplicem fuisse formam verborum simplicium, cum penultima longa et brevi, et huic vel alteri vocem derivativam referri

prout penultima sit longa vel brevis. Sic in μυκάω, unde ἔμυκον et μέμυκα, duplex forma radicis conjectatur, μῦκω et μύκω. Vid. inf. ἑ, 749, et Obss. Heyn.] [v. 342. ὀλοῇσι]. Haud liquet quomodo hic metrum servatur nisi posito quod censuerunt Clarke et Heyn. viz. digammum duplicari in medio vocis ita ut fiat ὀλοFFῃσι. Certe Prisciani in Dawes, Misc. Crit. p. 95. verba sunt, "Est tamen quando Aeoles idem digamma inveniuntur pro *duplici consonante posuisse.*" —Hanc expediendi rationem respuit Dunbar, qui *ictui metrico* hic, ut alias, hanc vim tribuit; conf. sup. 51.—Lectio ὀλοίῃσι, quæ in Venet. MS. occurrit verior fortasse est. (343—49—50). οὐδέ τι οἶδε. Notes sermonem antiquum, οὐδὲ (κατά) τι οἶδε νοῆσαι pro οὐδὲ νοεῖ.—in 349, studio hoc efficit Poeta ut animi concitati et effrænis optime depingantur affectus: lachrymæ Achillis non tam ex amore Briseidis abreptæ proveniunt quam ex ira injuriæ illatæ; verba notentur, ἦ γάρ μ' Ἀτρείδης ἠτίμησεν, *Dedecore* afficior, pœnas exigo.—οἴνοπα πόντον, *the darkling sea;* Epitheton Aegæi aptissimum: vid. Wood. pag. 19. (352—56). μῆτερ, ἐπεί·—Ang. *Since you have given birth to me destined to so short an existence, the Olympian &c. ought at least* (περ) *to confer honor on me, but now he hath not honoured me in the slightest degree.* In 356, ordo est, αὐτὸς γὰρ ἑλὼν γέρας, ἔχει ἀπούρας. (359). καρπαλίμως δ' ἀνέδυ—Pulchra hoc versu conficitur imago celeritatis Deæ ascendentis, et formæ ipsius exorientis optime instituitur comparatio, ἠΰτ' ὀμίχλη. (365—66). ταῦτ' εἰδυίῃ. Præfert Heyne ταῦτα ἰδυίῃ, et censet mutationem ex ignorato Digammate ortam; orthograph. antiqua fuit Fιδυίῃ.—Ὠιχόμεθ' ἐς Θήβην—Huc confer β', 688 sqq. ζ', 395. 415 sqq. χ', 480. Thebe sita fuit in Troade, meridiem versus, juxta Adramyttium; vicinæ erant Cilla, Chrysa, Lyrnessus; Theben Cilices habitabant, qui expulsi Pamphyliam et Ciliciam petierunt. Deserta fuit temporibus Strab. vid. pag. 912—13. Hic regnabat Eetion, Andromaches pater, qui ab Achille cæsus fuit. (382—84—85—89). οἱ δέ νυ λαοὶ—Verte, *milites vero statim* &c. νύ enim ortum habet ex vocabulo νῦν. Clarke. Hanc ex illa e contra profectam esse magis verisimile est, et ita censet Hoog. in part. νύ primario punctum temporis designat.—ἄμμι δὲ μάντις—Ang. *Thereupon the soothsayer declared unto us the cause of Apollo's anger &c.* Male redditur θεοπροπίας per *vaticinia* in Lat. vulg. Nullum enim fuerat prædictum: hinc θεοπροπίας Ἀπολ. sunt "vatis effata de caussa occulta prodigii." Heyn. ὃ δὴ τετελεσμένος ἐστί—Ang. *Which has now received its accomplishment* &c.—De voce ἑλίκωπες vid. sup. 98. Secundum Th. ἑλίσσω, *volvo,* admittere potest significatum, *truces volventes oculos,* epitheton bellatoribus aptum. Phrasis est Virgiliana. Consentire videtur Heyn. Conf. γ', 190. (390—93). πέμπουσι. Ang. *Attend her to Chrysa.*—εἰ δύνασαι γε—non, *si modo id efficere potes,* nihil enim dubitationis hic est; sed conditio sæpe profertur etiam ubi rem veram esse vel effici posse confidimus, et sic adseverando magis quam dubitando inservit: sic sententia procedit, σὺ γὰρ δήπου δύνασαι, *potes enim effectum reddere.* De hoc usu partic. εἰ, εἴγε, conf. Hoogev. 158, II, ed. Schütz, et exemp. allat. Ephes. IV. 21. Insigne est exemplum in Lucian. συγγ. § 16, εἴγε ὁ Ἀσκληπιὸς μὲν— κ. τ. λ.—*Ibid.* ἑῆος—vertitur *tui,* at mutato spiritu melius redditur,

boni, ab ἐΰς, genit. ἐΐος, ἑῆος. Sic Sch. br. ἑῆος ἀντὶ τοῦ σοῦ, οἱ δὲ ἀγαθοῦ. Consentit Math. in G. gram. qui formam excogitat ἐΰς, unde ἕιος, ἑῆος. Videtur porro ἐὸς pro ἐΰς usurpari, ut in phrasi δωτῆρες ἐάων, Odyss. θ', 325. Sic τ', 342, ἀνδρὸς ἑῆος, ubi vid. Heyn. Obss. (396) πολλάκι γάρ—[De lingua symbolica poëseos antiquæ, et quomodo distat a recentiorum *allegoriis* quæ Homero tribuuntur, longius hic disputat Heyne. Mythos omnes, qualem hic habemus, ad rerum *primordia* referri debere omnino censet, et hic ab Ernestio differt, qui res *veras* et minime *philosophicas* talibus in mythis adumbrari putat. Dicit porro Heyne—" prorsus hæc conveniunt mythis cosmogonicis; similia narrantur ab Hesiodo, qui nec ipse ea commentus est—sed ab antiquioribus poetis accepit, e quibus Theogoniam contexuit." Liquet certe sermonem antiquum vix posse conceptibus philosophicis adæquari, et hinc in fabulosa compage *personam* quasi *sensibilem* induerunt caussæ, effectus, mutationesque. Conf. Heyn. Obss. 105—6—7. Nomen certe βριάρεως, inf. 403, a βριαρὸς mythice derivatur, et epitheton ἑκατόγχειρον, 402, potentiam invictam exprimit; hæc adumbratio hodie inter Indos conservatur, qui vim per omnia patentem repræsentant, brachiis quaquaversum protensis. Vide infra θ', 19, exemplum notabile, ubi loquitur de catena aurea unde universi partes suspensæ finguntur, et not. Ernest. h. l.]. (403—5). Θεοί. *Homines vetustiores*, ἄνδρες, *recentiores;* ut Camerarius in not. ad Moschop. Sic ἀθάνατοι et ἄνδρες inf. β', 813—14. usu solenni.—κύδεϊ γαίων, *ferocia elatus*, Heyn. Th. est γάω, hinc γαίω, γαύω (v. antiquitus, γαFω) γαῦρος, γαυριῶ, γήθω, γηθέω. Ang. *insolent with honor.* [In voce Κρονίωνι corripitur *antepenultima* quæ sæpenumero fit longa, ut Κρονΐωνι; sed observandum est quantitatem *penultimæ* simul mutari, et secundum legem contrariam, adeo ut vox metro hexametro æque inserviat. *Ictus metricus* in hoc casu operatur, et eodem jure habetur μεμαότες et μεμαῶτες, τεθνηότος et τεθνεῶτος, βασιλῆος et βασιλέως &c. vid. sup. 397. β', 818.] (408, 414). αἴ κέν πως. Oratio procedit—αἴ κέν (ie, ἵνα) πως ἐθέλῃσιν ἐπαρῆξαι Τρώεσσιν, ἀμφιέλσαι δὲ τοὺς Ἀχαιοὺς, κ. τ. λ. Ang. *That he may render some assistance to the Trojans and drive the Grecians to their vessels* &c. Lat. vulg. *ad puppes usque et ad mare concludere.* Hæc facta postea videmus in θ', et legationem ad Achillem, ι', 178 sqq. ἐπαύρωνται, nota figura—Ang. *may reap the fruits of their King's temerity.* Sic, *frui insania.*—ἣν ἄτην—*His infatuation, his error in not respecting the bravest of the Greeks* &c. Voti compos fit Achilles, et errorem suum agnoscit Agam. inf. ι', 115. 116. 119. De *Ate* vid. inf, τ', 88, et allegoriam eximiam ι', 501.—(415). αἴθ' ὄφελες—ἦσθαι, *utinam sederes*, ut Lat. vulg. et ad verb. *quam debuisses sedere.* ὄφελον,—ες,—ε, est aoristus 2[s] verbi ὀφείλω; usurpatur optando, vel per se solum, v. cum particulis εἴθε, αἴθε, ὡς. Sic, αἴθ' ὄφελον ἦσθαι, utinam sedissem. αἴθ' ὄφελες ἦσθαι, utinam sedisses. αἴθ' ὄφελεν ἦσθαι, utinam sedisset. &c. Plenius disserit *Vigerus* cap. V, § 9. Reg. 6. Hoog. in partic. εἴθε, et eos secutus *Mathiæ*, in gram. §, 513. Ob. 3.—(416). Ordo est, ἐπεί νύ τοι αἶσά (ἐστὶ ζώειν) (ἐπὶ τὸ) μίνυνθά περ, i.e. *in breve admodum tempus.* Observetur *ictus cæsuralis* in μάλα δήν. Vox αἶσα primitus designavit *portionem debitam*, secund. Th. δαίω, *divido;* deinde τὸ καθῆκον, v. *quidquid consentaneum et decorum sit; Fatum* quoque, et

in hoc sensu synonymas habet, μοῖρα, εἱμαρμένη, πεπρωμένη, *das Schicksal*, Damm. Hinc orta vox αἴσιμος sæpe apud Hom. repetita, significans *fatalis, fato constitutus, decori et juri conveniens, aptus, æquus, æqualis.* Conf. ζ', 62. ή, 121. ὀ, 207. (418—23—29). τῷ σε κακῇ— Ang. *Wherefore with adverse fortune have I given you birth,* i.e, *malo destinatum.* Ejusmodi locutio occurrit in Mosch. Idyll. IV. 7. τί νύ μ' ὧδε κακῇ γονέες τέκον αἴσῃ· Non video cur Heyne reddat τῷ pet οὕτως, in locis enim ε', 209. ζ', 224. τ', 61, justa significatio est *idcirco.* (423). Ζεύς γάρ ἐπ' ὠκεανὸν—Secundum lect. ἐπ' ὠκεανὸν, vertere solent, *For Jupiter went yesterday, in company with the other Gods, over the ocean, to the blameless Aethiopians, to a sacrifice.* Heyne vero legit ἐς 'Ωκεανὸν, et reddit,—*went over the territory of the Aethiopians to (the God) Oceanus, to partake of a banquet.* Adhibetur ἐς consentientibus pluribus MSS, Strab. 1. 59. ἐπ' ὠκεανοῖο ῥοάς, Quint. Smyrn. XII, 156. Lect. recepit Wolf. Porro phrasis ἔς τινα, motum v. profectionem designans, usitata est. Conf. ὀ, 402. ῥ', 709. Herodot. II, 121—5. Admittitur κατὰ pro vulg. μετὰ, auctore Aristarcho et in sensu ἐπὶ.—Dicitur præterea κατ' Αἰθιοπῆας, ob distantiam habitationis Oceani; ad fines etenim terræ sitos esse Aethiopas veteres opinati sunt. [Operæ pretium est h. l. conferre Obss. Heyn. pag. 112—117, ubi diversæ exponuntur sententiæ conjectationesque de his diebus XII, a ritibus et astronomia Aethiopum et Aegyptiorum desumtæ. Si δαῖτα ut *sacrificium* sumatur, forsan adumbrantur solennia Jovis, adyto ejus trans Nilum ad latus occidentale transmisso, iterumque XII diebus post relato, cujus meminit Diodor. Sicul. 1. 97. Huc confer quod aiunt Eustath. et Aristarch. Nilum ab Aegyptiis "Oceanum" fuisse adpellatum. Vid. quoque Macrob. Saturn. 1. 23. Paulo aliter Daceria.]. (42[illegible]. καί μιν πείσεσθαι ὀΐω. *Et puto fore se mihi obtemperaturum,* i.e, πείσεσθαι ἐμοί. Male Lat. vulg. *et eum persuasum iri puto.* conf. ί, 74. (431). χρύσην. vid. sup. 37. (444). ἱλασόμεσθα. Hoc pro vulg. ἱλασσώμεθ' recepi, quia in pluribus MSS. reperitur, et metro convenit, nam in temporibus verbi ἱλάσκομαι, α brevis est. Sic mutandum censuerunt Bentleius et Dawes. "Dawes corrigit e vestigiis edit. Florent. ἱλασόμεσθα. Recte. Consentit M.S. Lips. qui totidem literis sic habet." *Ernest.*—Consentit quoque Heyn. ex M.S. Venet. Conf. Misc. Crit. p. 118, et Dunbar in loc. Ibid. ῥέξαι ἱερὴν ἑκατόμβην—Conf. Virg. Buc. III, 77, *Cum faciam vitula.* (449). οὐλοχύτας ἀνέλοντο—" Molam salsam elevarunt manu supra caput victimæ; tum factæ preces; iis finitis, mola inspersa capiti victimæ (οὐλοχ. προβάλοντο, 458) eoque ipso victima numini consecrata. Sunt autem οὐλοχύται, scil. κριθαί, non *molitæ* sed *integræ*, saltem granis non nisi tusis et fractis". *Heyn.* Ang. *bruised barley.* Th. ὅλος, *integer*, et χύω, *fundo, affundo*, et est proprie adjectivum. (450, 460). μεγάλα—*Alta voce,* adverbialiter pos. 458. προβάλοντο. precibus finitis, mola capiti victimæ inspersa, ut sup. not. 449.—(459). Ordo sacrificii narratur,—αὖ ἔρυσαν, caput victimæ cœlum versus elevarunt, sacris in honorem *cœlicolæ* peractis. Sic Schol. Apollon. 1, 587, τοῖς οὐρανίοις ἄνω ἀναστρέφοντες τὸν τράχηλον. Contra fiebat ubi ad inferos. Conf. Sch. br. h. l.—Deinde 460. μηρούς ἐξέταμον—femoribus excisis, involucrum ex omento, quod prius duplicabant (δίπτυχα ποιήσαντες, 461)

fecerunt, et frusta carnis adiposæ ei imposuerunt: Stabant famuli juxta, furcas (πεμπώβολα) tenentes, ne frusta humi caderent curantes, quod valde infaustum existimatum est. Conf. Soph. Antig. 1023 sqq. Quint. XII, 496. Femoribus in ignem impositis, exta verubus imposita sunt, et postea comesa: temporibus recentioribus hæc auguriis captandis præcipue inservierunt. (462, 469). αἴθοπα οἶνον. Ang. *The ruddy wine*, "a colore saturiori, bene coloratum: etiam rubens, ut Ovidius appellat"—*Ernesti*. 464. αὐτὰρ—Ang. *So then, after the thighs were roasted* &c. discrepantiam notes inter αὐτὰρ et ἀλλά. *Illa* actionem continuat, partes orationis *hæc* sibi invicem opponit. Conf. Clarke. Hoog. in part. αὐτάρ.—Ibid. ἐπάσαντο—recte a πάσσω deducit Ernest.—465. τἄλλα—pro τὰ ἄλλα, et τὰ pro ἐκεῖνα, ut semper ap. Homer.—468. δαιτὸς ἐΐσης—varie redditur; ab Heyn. *cibo æqualiter distributo: τῆς ἴσως πᾶσιν ἐπιγιγνομένης*, Sch. B. L. Ven. Ang. *Nor did any one lack his due proportion of the banquet.* Quidam reddunt quasi ab ἐΰς, *bonus*, δαὶς ἐσθλὴ, *The choice banquet*, et inter hos Zenodot. Ernesti. De ἐΐσης conf. sup. 306. (469). ἐξέντο. Ang. *dismissed*, th. ἐξέω, forma antiqua pro ἐξίημι. (470). ἐπεστέψαντο—Nec referre libet ad veterem morem pocula cingendi hedera, qui recentior fuit temporibus Homeri: Conf. Athen. cit. a Clarke. Vera explicatio est; crateras adeo implebant, ut vinum, coronæ instar, vas circumcinxerit: Hinc phras. Virg. *vina coronant*, Aen. I. 724.—Ang. *They filled the cups to the brim.* (471.) Oratio sic procedit—νώμησαν δ' ἄρα πᾶσιν (convivis scil.) ἐπαρξάμενοι (νωμᾶν τὸν οἶνον ἐν) δεπάεσσι—"distribueruntque omnibus, auspicantes, præbitis poculis"; *Heyn.* minus recte Sch. br. σπείσαντες τοῖς θεοῖς, non enim pincernæ fuit libationem facere, sed convivæ ipsius. Servis mos fuit cum poculis dextrorsum ire, hinc locutio ἐπιδέξια, ut appareat ex Odyss. φ', 141—2. Conf. η', 182. ς', 417. (473). παιήονα—*cantilenam*—hymnum lætitiæ ob pestis cessationem; Sic χ', 391, ab Achille cantatur, Hectore devicto. Nec poterat esse in Apollinis honorem qui nondum παιήων adpellatus est, unde minus recte Sch. br. in loc.—Fortasse in honorem Dei medicinæ, εἰς τὸν παιήονα; vid. Odyss. δ', 232. Rhunk. ad Timæum, voc. παιανίσαι, et Sch. Venet. (474). ἑκάεργον—Apollinem: (477). ἦμος δ' ἠριγένεια—ad verb. *But when the rosy-fingered Aurora, offspring of morn, appeared* &c. Sic Lat. vulg. ἠριγένεια, *mane genita*. Malim vero cum Sch. br. intelligere, *tempus matutinum auspicans:* Sic Apollinis epitheton est λυκηγενὴς, Il. δ', 101. quod conf. ῥοδοδάκτυλος, ob colorem matutinum. Vide pulcherrimas imitationes in Aen. IV, 584. VII, 25. XII, 76. Notandum præterea quam feliciter composita finguntur epitheta in lingua Græca. Princeps vatum Latinorum per periphrasim reddebat quod uno quasi obtutu rem Græce exhibet. (479). ἴκμενον οὖρον—*ventum secundum.* Recte Sch. br. pro ἰκόμενον sumit, quasi *venientem;* fingit Heyne vocem obsoletam ἴκμι, ἴκμαι—ut ἄλμι, ἄλμαι, unde ἄλμενος. De voc. οὖρος, plene disserit Viger. § 10. p. 107. (481, 489). ἐν δ' ἄνεμος πρῆσε· Notetur quanta cum celeritate omnia procedunt, quam breviter ac cum fide enarrantur—ἄνεμος πρῆσε—κῦμα πορφύρεον—ἴαχε—νηὺς ἰοῦσα—dum ad eventus festinatur qui principem locum obtinent ordinemque poëmatis et rerum juncturas explicant. (486). ἕρματα—*phalangæ* v. *fulcra* quæ naves subductas retinebant ne ab æstu

refluente abriperentur; *stays*. Th. ἐρεῖδα, quasi pro ἐρείσματα. Heyne vero ab εἴρειν, *nectere*, deducit. (488). μήνιε. Notetur vis imperfecti continuationem actus exprimens; Ang. *But Achilles still persisted in his anger*. Vid. Math. § 497.—αὐτὰρ—Series narrationis mutatur, quæ a 428—29 procedit. Sic supra 430, αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς, ad 347—48 spectat. (489). πηλέως υἱὸς—" pronuntiabatur πηλῶς. Alii scribunt πηλέος, quod ferri potest, et tum pronuntiabitur πηλοῦς". *Clarke*. prætulerim vero Barnesii emendationem πηλῆος, quod et Ionicum est. (491, 505). ἀλλὰ φθινύθεσκε φίλον κῆρ· Ang. *But he pined away his soul, remaining there, though he longed for* (ποθέεσκε) *the din and the battle &c.* Reddit Cic. *suum cor edebat*. " Pulcherrime exprimit Poëta animum hominis propter iram abstinentis a rebus quas amet, et plus ægritudinis sibi quam iis, quibus irascitur, adferentis." *Ernesti*. (493). ἐκ τοῖο—ἐκ τούτου, i.e. ex die quo jurgium inter Achillem et Agamemnonem inciderat, Jove ex Olympo iter faciente. Narratio procedit: Thetis, promissorum memor, die duodecimo mane abiit, et Jovem precata, obtinuit se filium ulturum. ἠερίη, ὀρθρινὴ—*matutina :* ab eodem radice ac sup. ἠριγένεια, 477. Hinc Ang. *early*. (500). καί ῥα πάροιθ' αὐτοῖο καθέζετο—*Et deinceps ante eum sedebat*, suppliciter se gerens (καὶ λάβε γούνων). (501). ὑπ' ἀνθερεῶνος—" Antiquis Græciæ in supplicando mentum attingere mos fuit." Plin. XI. 45.—De more et gestu supplicandi conf. quoque Virg. Aen. III, 607. (505). τίμησον—Ang. *Avenge my son by vindicating his honor, which Agam. hath injured* &c. *But* (508) *Ruler of Olympus, honor him thou the more on that account.* περ, cum significatione sua *penitus*, et ἀλλὰ adversationem ponit inter ἠτίμησεν et τῖσον. Instat iterum 514, νημερτὲς μὲν δή μοι, *explicitly, without reserve, give me now* (δὴ) *your promise*. (517). μέγ' ὀχθήσας. *graviter suspirans*—Sc. br. Suid. in voce; *valde animo conturbatus.* μετεωρίσας τὴν ψυχήν—ἀπὸ τῶν ὀχθῶν, αἵ εἰσιν ἀναστήματα τῶν ποταμῶν, Apollon. Lex. (518). ἦ δὴ λοίγια ἔργα—Ang. *This truly now* (ἦ δὴ) *is a grievous matter, since by means of it you will excite altercation between me and Juno, when she shall irritate me by her reproachful taunts* &c. Ob auxilium præbitum Trojanis scil. quibus infesta erat. ἐχθοδοπῆσαι, *inimice altercari*. Th. ὄψ *vox*, δ euphonice inserto, secund. *Damm.*—Observat Sch. Ven. A. B. de vers. 519, Aristarchum legisse Ἥρη in nominativo, et interpunxisse, Ἥρη ὅταν μ' ἐρέθῃσιν—*quando me exacerbaverit Juno* &c. Vulgatam retinui. (520). ἡ δὲ καὶ αὔτως—Ang. *For she is constantly chiding me, without cause or reason, amongst the immortals* &c. De αὔτως in sensu, *temere, frustra*, vid. sup. 133. (524). Εἰ δ' ἄγε—Tota hæc oratio procedit Ang. *Since you desire it, I shall incline my head to the end that you may be convinced; For this is the most solemn pledge I can give amongst the Deities for the performance of my promises, Since whatever I sanction with my nod can neither be recalled from levity or deceit or inability to effect it.* Secutus sum Sch. br. Eustath. in distinctione voc. παλινάγρετον, ἀπάτηλον, ἀτελεύτητον. Sic Clarke. De ellipsi εἰ δ' ἄγε, vid. sup. 302. (528, 530). ἐπένευσε ὀφρύσι. Ex hac descriptione sublimi Phidias Jovem suum Olympium concepisse fertur. Strab. 8. 513, Oxon. Macrob. 5. 13. (529). ἐπερρώσαντο—ἐσείσθησαν, *concussæ sunt*, Sch. br. Heyn. Vis propria verbi ῥώεσθαι est, " motu concitato moveri, ferri". Sic ῥ,

616. Od. ι, 107. In Apoll. Argon. II, 663, impulsum remigum exprimit, et hic cincinnorum Jovis in frontem defluentium agitationem bene depingit. [Dawesio minus placuit constructio ἐπεῤῥώσαντο κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, vultque ἐϜεῤῥώσαντο cum Digam. nimis fastidiose, ut censeo, nam vis quædam præpos. ἐπὶ inest, *super, circumcirca.* Ang. *And the ambrosial locks were shaken over his person from his immortal head* &c. ad lit. *se concusserunt.* Cons. Misc. Crit. p. 142. ed. Harles. Heyn. Obss. p. 141.] (530). ἐλέλιξεν—*quatiebat. Nutu tremefecit Olympum,* Virg. Aen. X, 115. [Lectionem rejicit Dawes, observata in Pindaro phrasi ἐλελίζων φόρμιγγα, Ol. 9. 21, unde colligit vim propriam esse, *pulsare*—ut citharam plectro, loc. cit.—proponit ἐϜέλιξεν, et sic Knight, proleg. Conf. Heyn. ubi sup.—Emendatio vix necessaria, nisi digammi inferendi caussa, nam haud ita discrepant significationes *tremefacere* et *pulsare;* In eodem Pind. Pyth. II, 8, occurrit locut. τετραοριάς ἐλελίχθονος, in paraph. Benedict. " quadrijugum currum, terram *concutientem*", unde conjectare licet de significatu verbi. Vox ipsa bene depingit assentientis Dei impetum et majestatem.]. (531). βουλεύσαντε. *Consilio inito a se invicem discesserunt.* (532). Hiatum vix fero in εἰς ἅλα ἆλτο—Emendavit Bent. εἰς ἅλαδ' ἆλτο. Sic Od. κ'. 351,—ποταμῶν, οἵτ' εἰς ἅλαδε προρέουσι. Certissima est conjectura. (533). Ad palatium Jovis transfertur narratio; δῶμα est " magnum atrium, pars ædium primaria, in qua consessus et epulæ celebrantur ad vitæ heroum modum." *Heyn.* (534). οὐδέ τις ἔτλη—Ang. *Nor did any of them venture to await (sitting) his approach, but rose and advanced to meet* &c. ἔσταν pro ἀνέσταν, ἀνέστησαν. (538). ἁλίοιο γέροντος—Nerei. A vers. 536 ad finem usque, omnia a rhapsodo quodam recentiori inserta fuisse judicantur: Heyn. Obss. p. 144. Bene vero retinentur quippe eventuum seriei et explicationi utiles. Sic compertam habemus iram Junonis ejusque in nomen Trojanum inimicitiam. Recte observat Daceria in sequentibus, ex vita et moribus hominum Deorum felicitatem adumbrari, idque pro sensu rudiori veterum de natura divina. (539). κερτομίοισι—ἐρεθιστικοῖς, Sch. br. conf. 518. *Extemplo convitia inferebat.* (540). τίς δ' αὖ τοι—Ang. *Who hath again been plotting in concert with you? αὖ, rursus, ut tibi mos semper.* (542). κρυπτάδια φρονέοντα. *Consiliis clam initis statuere;* οὐδέ τί πω—Ang. *Nor have you ever yet ventured from your soul to reveal to me a thought of your mind.* De vi voc. πρόφρων vid. sup. 77. Sub specie offensionis ob amorem conjugis præreptum, latet suspicio ne quid in Achivos statuatur mali: conf. 558—59. (546.) χαλεποί τοι ἔσοντ'—i.e. χαλεπὸν ἔσται σοι εἰδέναι αὐτούς—*Difficile erit tibi.* (551). βοῶπις—recte Sch. br. εὐόφθαλμος, καλή. *Qui a les yeux grands, et par consequent beaux;* Dac. Vide in nota ejus de more oculos reddendi ampliores, qui inter Græcos et orientales pulchritudo eximia habebantur. (553). καὶ λίην σε πάρος γ' οὔτ' εἴρομαι—Ang. *On former occasions I made no enquiry whatever—nor is it my custom to pry* &c. λίην pro μάλα usu Homerico. (555). νῦν δ'—*Sed in re præsenti, valde timeo ne te deceperit* &c. παρείπειν in sig. prop. " ad aliud, quam sequi par erat, consilium aliquem adducere: adeoque *decipere, in fraudem inducere*"—Heyn. Minus recte Clarke, *ne te blanditiis persuaserit.* (557). Ut supra 407, λάβε γούνων, pro ἔλαβε σε κατὰ τῶν γ. (558). τῇ σ' ὀΐω. κατανεῦσαι

ἐτήτυμον, ut sup. 514, νημερτὲς μὲν δή μοι—(562). Antiquam formam notes, ἄπο θυμοῦ ἔσσεαι—pro ἀποθύμιος ἔσσεαι, Ang *The more odious shalt thou be to me.* (564). εἰ δ' οὕτω τοῦτ' ἐστιν—*Si hoc vero ita fuerit,* i.e. ut tu suspicaris, *mihi gratum esse cognoscito; μέλλει εἶναι, ἔοικεν εἶναι,* S. brev. (566). μή νύ τοι οὐ χραισμῶσιν—Verte, *Ne tibi non depellant, quotquot Dii sunt in Olympo,* (*me*) *propius accedentem, quando tibi manus invictas injiciam.* Ἆσσον ἰέναι, plerumque significat *proprius ire nocendi, damnum inferendi caussa,* ut ό, 105. ξ', 247. Conf. vero ζ, 143, ubi est, *accedere ad injuriam accipiendam,* et ί, 504, ubi sensus injuriæ omnino abest. Optime porro expletur sententia, μὴ οὐ χραίσμωσί σοι (πρὸς ἐμὲ) ἆσσον ἰόντα, ὅσοι θεοί εἰσ' &c. Consentit Dawes Misc. C. 41. Formula χραισμεῖν τινί τι, *ex aliquo arcere periculum,* usitata est. Conf. ύ, 296. [Huic contraria est Zenodoti sententia, qui ἰόνθ' ad Deos refert, positum pro ἰόντε, et hoc pro ἰόντας. Vix tenendum est, etsi Ernestius aliquot exempla adducit. Conf. h. l. addit vero, "ἰόντα intelligere in vulgata lectione commode licet." Videtur tamen obtinúisse hic usus reciprocus dualis et plur. Conf. Math. G. G. § 300.] (569). ἐπιγνάμψασα φίλον κῆρ—Ang. *having restrained the emotions of her heart* &c. ut vertit Eustath. ὑποχαλασθεῖσα τοῦ ἀτενοῦς ἤθους. De voce ὤχθησαν vid. sup. 517. *Ingemuerunt,* scil. ob Junonem graviter increpitam et quia nihil ad arcendam pœnam adferre poterant auxilii. (572). ἐπίηρα φέρων—*gratiam ferens.* Th. ἐπι et ἀρω, *apto, convenio,* ut θυμήρης &c. Quidam (inter quos Brunck, Analect. T. III, p. 112) scribunt ἐπὶ ἦρα φέρων, quasi ἐπιφέρων ἦρα, *auxilium adferens,* ab ἦρ, ἠρὸς, ἦρα, *auxilium,* Th. ἐράω. Heyne illud alterum præfert, quoniam locutio ἐπιφέρων χάριν non Homerica est. Conf. Obss. (575). ἐν δὲ θεοῖσι κολῳὸν—i.e. ἐνελαύνετον θεοῖς, *immittitis divis tumultum*; οὐδέ τι δαιτὸς—Ang. *Nor can there be any convivial pleasure whilst such a spirit pervades us.* τὰ χερείονα—*pejora* i.e. *rixæ, jurgia.* Dicitur nempe per antithesin τῷ ἐσθλῆς, unde forsan Zenodotus notionem suam de δαὶς ἐΐση hausit: vid. sup. 468.—κολῳὸν, proprie, *graculorum strepitum,* ut obs. Sch. br. (579). σὺν δ' ἡμῖν. Tmesis, pro συνταράξῃ ἡμῖν. (580). εἴπερ γάρ—"Si στυφελίξαι modi infinitivi intelligatur, elegans erit ἀποσιώπησις; *Si vult Juppiter e sedibus omnes deturbare—poterit sane;* Conf. sup. 135. Sin στυφελίξαι modi optativi accipiatur, tum sententia erit plena, *Si velit Juppiter, utique omnes e sedibus suis deturbaverit.* Ratio posterior H. Stephano placuit—prior Eustath." *Clarke.* Illa quoque Heynio, qui eam rationi linguæ antiquæ magis consentaneam existimat; Vid. not. Est ἡ ἀποσιώπησις orationis non solum minacis, sed minas etiam innuentis, figura.—στυφελίζω, usu primario, corporum durorum conflictum exprimit; hinc ἀσπίδας ἐστυφέλιξε, π', 774. et ἑ, 437. Usu generali, *violenter deturbare de sedibus, de loco* &c. Conf. ἡ, 261. φ', 380. Th. στύφω, *adstringo.* (583). ἵλαος—[De quantitate penultimæ et antepenult. in hac voce longa est adnotatio in Obss. Heyn. 155—56 pagg. Sententia est priorem esse longam, nisi in exemplis paucis ubi erroris aliquid irrepsisse suspicatur; secundam vero esse ancipitem. Conf. ί, 635. Hesiod. op. et di. 340. Callim. in Dian. 129.—Conjectat Heyne scriptam fuisse aliquando ἵλεως, vocem dissyllab. aliquando ἵλαος, trissyll. et in hac forma primas duas syllabas longas fuisse. Res vero incertior est, adeo ut digna, quæ recipiatur lec-

tio quoque Aldina. D^no. Dunbar assentire nequeo, qui legit ἔπειτα ἵλαος mutato spiritu, censetque duas priores syllab. esse breves, nisi ubi alterutra in *ictu* fuerit. Porro hac ratione inducitur hiatus, voce digammum non admittente. Magis probo lect. edit. Aldin. cujus meminit Ernesti, αὐτίκ' ἔπειθ' ἵλαος Οὐλύμπιος, κ. τ. λ.] (584). ἀμφικύπελλον—vertitur, et recte, *duplex rotundum:* ἀμφοτέρωθεν κοῖλον καὶ περιφερὲς—S. br. Eustath. Sic melius quam, ut quibusdam placet, *utrinque ansatum:* pocula duo ad bases conjuncta fuerunt ita ut fundi in media parte existerent. Porro de hoc more alterum alterius poculis excipiendi, vid. inf. γ, 4.—Vulcanus hic pincernæ officium exequitur, 597—8, et nil melius hoc ministerio excogitari potuit ad sedandas Deorum agitationes et rixas. (586). τέτλαθι—Ang. *Bear with patience.* Vix Schol. Moschop. assentiri possum, deducenti hanc vocem a τετλάω per metaplasmum pro τέτλαε. Potius fit a τέτλημι, forma reduplic. pro τλῆμι, unde quoque τιτλήσκω. Sic in aliis, a θέω, fit τίθημι, a μνάω, μιμνήσκω, a γνόω, γιγνώσκω &c. De formis redup. et earum ratione cons. Math. G. G. § 165. Obs. 4 et § 219. (587). ἐν ὀφθαλμοῖσιν, *ante oculos;* locutio est inter tragicos usitata. conf. Eurip. Orest. 1018. Hipp. 1279. φίλην περ ἐοῦσαν—*maxime adamatam.* (589). ἀργαλέος γάρ. locut. pro ἀργαλέον ἐστὶ ἀντιφέρεσθαι Διί. Conf. sup. 546. (590—1). Mythus narratur in Sch. br. Hercules domum reversus, Troja capta et Laomedonte occiso, ad insulam Co a tempestate detentus est. Hæc a Junone excita fuerat, quæ Jovi somnum immiserat, quo facilius Herculi fraudem strueret. Pœnas postea facinoris persolvit, suspensa ex Olympo, et Vulcanus, auxilium adlaturus, quæ nunc narrat, perpessus est. Conf. ό, 18 sqq. Verisimile est hanc narrationem a veteribus rhapsodiis de Herculis gestis desumi, et mythos de quodam casu in Lemno extitisse qui postea formam historicam induerunt: Vid. Popii not. h. l. (590). τεταγὼν ποδὸς, *pede prehenso.* Hæc certe forma reduplicata est Aoristi 2. a τάζω, *prehendo,* quæ inter Ionicos invaluit. Possit quoque a præt. 2. τέταγα formari præsens τετάγω, quales formæ in usu erant. Vid. Math. ubi sup.—Præferunt quidam lect. τεταγὼς a τέταγα, inter quos Ernesti. At recepta magis placet. Radix est τάω, *capio,* unde τῆ pro τάε, *en, accipe,* ξ', 219. (591). ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο—Verte, *e limine divino.* βηλὸς, ὁ ἀνωτάτω τόπος τοῦ οὐρανοῦ—S. B. Ven. *The firmament.* Sic Damm. in loc. Ernest. ex Gronov. (596). παιδὸς ἐδέξατο χειρὶ—*a manu filii accepit poculum;* vertit mendose Lat. vulg. *a filio manu accepit.* Conf. β', 186. ό, 87. pro simili constructione. (597). ἐνδέξια—recte Lat. *A dextra exorsus,* qualis in conviviis mos fuit. Eodem jure ἐπιδέξια, et sic diserte explicat Sch. br.—præfert vero Ernest. Gloss. MS. Lips. ἐπιδεξίως, *expedite, strenue,* "Nam pincernæ regum *cum artificio aliquo* ministrabant potum". Contrarium hic se habere videtur a v. 599.—(598). ἀφύσσων. Conf. sup. 171. (600). ποιπνύοντα—*ministrantem,* sec. expos. ἐνεργοῦντα, διακονοῦντα, "pincernam agentem sed claude"—*Clarke.* Th. πονῶ, laboro, unde πονύω, ποπνύω, ποιπνύω, Sch. Venet. (602). δαιτὸς ἐΐσης· vid. sup. 468. (604). ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ—vert. *alternantes voce pulchra,* i.e. vel altera alteram versu amœbæo excipiens, vel cum Apolline concinentes alternis vicibus: Hoc tuetur Sch. br.—'Απόλλωνος κιθαρίζοντος, ἐκ διαδοχῆς ᾖδον. Hinc Ang. vert. *who accom-*

panied him by turns with their voices. Sensus diversi meminit Heyne, qui et prioris. Vid. not. Huc confer Hesiod. ἀσπ. ἡρακ. 201. ἐν δ' ἄρα μέσσῳ, ἱμερόεν κιθάριζε τι Λητοῦς καὶ Διὸς υἱὸς χρυσείῃ φόρμιγγι. Hinc Eurip. Med. 425. ὤπασε θέσπιν ἀοιδὰν Φοῖβος ἁγήτωρ μελέων. Conf. Hor. Carm. 4. 6. 25. (606). κακκείοντες—pro κατακείοντες, *They retired, each to their repose.* (607). ἀμφιγυήεις, *feeble-limbed*, H. ὁ περὶ τὰ γυῖα βεβλαμμένος, Porph. quæst. 11. Diserte explicat Sch. br. ὁ ἀμφοτέροις τοῖς γυίοις, ὅ ἐστι τοῖς ποσὶ, χωλὸς. (611). κάθευδ'—*Ad somnum captandum decubuit:* hunc esse sensum apparet ex β', 2, Δία δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος. Male vertitur, *dormivit cum ascendisset.*—De hac tota narratione sequentia habet Heyne. " Totum hoc episodium ab ipsa actione epica esse alienum, atque excusandum potius quam laudandum, censere fas est.—Narratio tamen per se est jucunda, et poetica laude se commendat; nec omni vinculo ac nexu est destituta; nam Junonis jurgia cum Jove erant opportuno aliquo invento solvenda ac componenda; erat quoque nox inducenda, ut Jovis per somnum machinatio locum haberet in lib. 2. *Obss.* Attamen sententia ejus est omnia a lin. 536, vel ab aliquo inferciri qui poëma recensuerat, vel fragmentum esse poëmatis cujusdam antiquioris artificiose adjunctum. Philosophis certe episodium totum valde displicuit, ut Plat. de Repub. l. 3. Scilicet, quæ recentioribus conveniunt potius quam minus exorpatis ingeniis erant contemplati.

NOTÆ IN LIB. SECUND. ILIADIS.

['Επιγραφή]. Agamemnon, contemptum Achillis ostendere potissimum ratus, si, copiis eductis, prælium commiserit, concionem indicit. Dei ministerio ex more usus poeta, Jovem sollicitum introducit quo facillime pacto promissa ejus Thetidi persolvat; et statuit demum, somnium Agamemnoni mittere, quod specie falsa ei victoriam polliceatur;—35. Res succedit: antequam vero prælium tentetur, animos Achivorum experiri optimum ratus, principum consessum indicit, in quo somnium exponit; se velle simulare significat consilium de reditu in patriam, re infecta, parando, fore arbitratus, ut concio signum pugnæ proponendum posceret:—83. Res aliter cecidit, quam expectaverat; concione enim facta, Achivi mentionem de discessu faciendo læti audiunt, et extemplo discessum parant.—154. Jam conclamatum erat, cum rem restituit Ulyssis prudentia, Minervæ monitis obsecuti.—181. Iterum Achivi in concionem coguntur Ulyssis suasu et auctoritate—210. Thersitis convicia in Agamemnonem compescit—278. Idem verba

facit in concione, et in memoriam revocat Calchantis vaticinium, quo constare ait, non nisi decimo anno Trojam expugnatum iri—333. In eandem sententiam verba facit Nestor, simulque tactices genus aliquod adhibendum monstrat—368. Agamemnon jam pœnitentia injuriæ in Achillem contactus—375, Jubet copias curare corpora—401. Ipse, victima cæsa, principes epulis excipit—431. Tum Nestoris suasu præcones signum pugnæ edunt, ipsi principes copias ordinant, omnesque in aciem procedunt.—493. Sequitur nunc copiarum recensus, et secundum loca Græciæ, e quibus advenerant, una cum ducum nominibus et navium numero. Deinde quoque Trojanorum sociorumque. (1). ἄλλοι μέν ῥα· "Interpunxi post hæc verba, ut distributive subjiciatur, *Alii, scilicet dii hominesque*"; Heyn. Recte. vocula ῥα conjungit hunc vers. cum ά, 606. ἱπποκορυσταί—recte Lat. vulg. *equestres bellatores*, Porphyrium secuta, q. 15. Th. κορύσσω. Male Apion reddidit quasi fuisset ἱπποκόρυθοι, *galeas ferentes equinis comis instructas*. Recte exponit Sch. br. ἐφ' ἵππων ὁπλιζόμενοι—πολεμικοί. (3). μερμήριζε. Ang. *deliberated anxiously*. Exornate Virgil. Aen. IV, 285. *Animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc, in partesque rapit varias, perque omnia versat*. Hisce temporibus relligionis fuit somnia diligentissime observare et interpretari. Hinc jure optimo, ad regem falsa specie decipiendum, opera ejus utitur Poëta. (6). ἐπιπέμψαι Ἀτρεΐδῃ Ἀγ. —οὖλον. De hac voce multum disputarunt grammatici. Diverse reddunt, *perniciosum, fatale, sanum, salubre, obscurum, fallax* &c. Latius obtinuit signif. prior. Sic Etymolog. ὁ ἐπ' ὀλεθρίοις πεμπόμενος, et Dac. recte, *songe seducteur*. Scripta fuit Fουλον, digammata, sec. Heyn. (8—13). "Inest poëtica vis, primo in ipso commento somnii, tum in exponenda re, tanquam per drama; arcessitur ὄνειρος, mandata accipit, exsequitur. Forte tamen hæc non tam ingenio poetæ, quam antiqui sermonis indoli deberi, dicendum". *Heyn.*—βάσκ' ἴθι—*Go! hasten with speed*—"Hortamentum acre imperatæ celeritatis", ut Gellius observat, 13. 23. (10). πάντα μάλ' ἀτρεκέως ἀγορευέμεν—Ang. *report him all things in the precise terms I command you:* subaud. μέμνησο ἀγορευέμεν, et hic usus infinitivi ellipt. solennior est. ἀτρεκέως, exponit Sch. B. L. μὴ περαιτέρω τῶν ἀκουομένων. Hinc etymon α et τρέχω, quasi *non decurrere de via*. (12). πανσυδίῃ, *cum omnibus copiis;* proprie, σὺν πανσυδίῃ ὁρμῇ. Bene exponitur in Aesch. sept. cont. T. 298. πανδημεί, πανομιλεί. Porro hinc pendet defensio totius narrationis quam olim vituperaverat Plato, de rep. 2. sub fin. Agamemnon enim sua culpa errat, nec in animum induxit se iram in Achillem deponere debere et *copias omnes* armare priusquam bellum capessat. Conf. Dac. not. in loc. (13). ἀμφὶς—φράζονται, i.e. διχογνωμονοῦσι. Ang. *They have no longer two opinions on the subject*. Locutio antiquior est. (15). κήδε' ἐφῆπται—*Trojanis mala impendent;* magis ad verb. *alligantur*. Sic Ang.—*are linked to the destinies of the Trojans*. (16). βῆ δ' ἄρ'—ἄρα non supervacua est: indicat mandati exsecutionem; Sic ό, 236, ὣς ἔφατ', οὐδ' ἄρα πατρὸς ———. In 18, 20. indicat ἄρα rei successionem *in tempore*. Conf. Hoog. in partic. ἄρα. (19). ἀμβρόσιος ὕπνος—Similiter Young "Kind nature's sweet restorer, *balmy* sleep". Pulchra hic efficitur imago somni, sopitis sensibus, se, gratissimi odoris instar, undique diffundentis. (21). τόν ῥα—*quem scilicet—nempe*. (22).

Ordo est, τῷ εἰσάμενος, προσεφώνεε μιν, i.e. *huic quum se adsimilasset, eum allocutus est;* at μὲν prætulerim; vid. Clarke γ', 389. (35). ἀπεβήσετο. Sic legendum pro recept. ἀπεβήσατο, auct. Heyn. qui censet formam fuisse distinctam verborum in—σω,—σομαι, ut δύσω, οἴσω &c. a futuris verb. δύω, οἴω. Vid. in ἑ, 109. (36). "Hæc a poëta suaviter interposita sunt; ut in tragœdia interdum ii, qui spectant, nonnulla super fortuna eorum, qui in scenam inducti sunt, edocentur, quæ hi ipsi ignorant". *Heyn.* Sic Chori Tragici partes aliquatenus hic sustinet Poëta. (38). ᾔδη—vid. ad ἁ, 70. Ang. "*Nor was he aware of the events which Jupiter had in contemplation*". ἅ ῥα—*quæ scilicet.* (39). θήσειν γὰρ ἔτ' ἔμελλεν—Ang. *For he meant to impose additional hardships and sorrows &c.* κρατερὰς ὑσμίνας—ut sup. ἁ, 165. inf. ἑ, 811, κάματος πολυάϊξ, ubi conf. (41). θείη δέ μιν ἀμφέχυτ' ὀμφή—Bene Dac. *Il lui sembla que la voix divine retentissoit encore a ses oreilles.* Nec adhuc versionem repperi quæ satis vim et pulchritudinem harum vocum exprimit. Imitatus est Dante, Infern. *Che la dolcezza ancor dentro mi suona.* Ang. verte, *The accents of the God were yet echoing in his ears.* Similiter sup. habetur ὕπνος περικέχυτο v, 19.—κέχυθ'—rad. χέω, unde χεϜω, χεύω, χύω, ἀμφιχύω, χύμι &c. (44). λιπαροῖσιν, *nitidis.* Bene Hesych. εὐτραφέσι καὶ εὐσάρκοις. (45). ἀμφὶ δ' ἄρ'—Ang. *After which* (ἄρα) *he cast round his shoulders &c.* ἄρα, *deinceps;* vid. sup. ἁ, 18. 20. (46). σκῆπτρον πατρῷϊον. Vid. inf. 101, sqq. pro epith. πατρῷϊον. ἄφθιτον, *incorruptum.* Quæ solida et durabilia sunt sermone antiquo ἄφθιτα, ἀθάνατα, nuncupantur: Sic ἑ, 724, ἴτυς ἄφθιτος. σ', 370, δῶμα ἄφθιτον, quod alias χαλκοβατὲς, *firmum, stabile* adpellatur; ἁ, 426. (49). φόως ἐρέουσα, *announcing sunrise*: Sic Villois. a Lex. Ap. τὴν ἀνατολὴν τοῦ ἡλίου προσημαίνουσα. Dicendi forma a poëtis desumta qui Solem ex Olympo assurgentem viderint; ex. c. Ionicis. Eadem de Caucaso est loquendi forma inter Persicos. "Est autem hic dies Iliadis 22, v. 23. Nam per 9. dies lues sæviit; die 10ª concio ab Achille habita: inde 12. dies ad Jovis reditum in Olympum". Heyn. ex Eustath. (54). Νεστορέῃ παρὰ νηῒ—pro, παρὰ νηῒ Νέστορος πυληγενέος—figura nota. Primas ille occupavit partes post Agamemnonem et Menelaum, ut et in statione navium: inf. 591. (55). ἠρτύνετο. *Struebat consilium,* i.e. *framed, proposed.* th. ἄρω. Hinc magistratus Argivi οἱ ἀρτύναι appellati; Epidaurei ἀρτύνοι. *Heyn.* Dammio vix assentior qui vertit, *frequens coegit concilium,* pag. 2026. *frequentem et densum convenire fecit senatum,* 2163. Vid. Sch. B. L. (56). Ordo est, θεῖος ὄνειρος ἦλθεν μοὶ (κατὰ τὸ) ἐνύπνιον—*tempore cum dormirem.* Sic Moschop. 1. κατὰ τὸν τοῦ ὕπνου καιρόν. (57). ἀμβροσίην διὰ νύκτα, *almam per noctem.* Sic Senec. Medea. *nox condat alma lucem.* Epitheta fuerunt inter Græcos, θεῖα, ἱερά, ἄμβροτα, ἀμβρόσια, &c. ut inter Romanos, *alma,* quæ ad rerum naturam, caussasque et effectus inde oriundos referuntur, etsi nulla significatio definita fuerit adjuncta, potius vero relligionis quidam sensus speciesque, hujuscemodi per voces sese optime exprimens. Sic sup. 19, ὕπνος dicitur ἀμβρόσιος, qui curas dissipat et dulci quadam oblivione animum afficit. 'Ομφὴ dicitur θείη, *divinitus immissa,* sup. 41. Conf. Heyn. Exc. ἁ, 529. (58). φυήν. *habitu corporis.* Vid. sup. ἁ, 115, ubi exponit Schol. br. per εὐφυΐαν τοῦ σώματος, hic per

φύσιν generaliter. conf. loc. cit. (71). ᾤχετ' ἀποπτάμενος. Eandem somnii imaginem præfert Eurip. in verb. μελανοπτερύγων ὀνείρων μητέρα, de Terra locutus. (72). ἀλλ' ἄγετ', αἴ κέν πως—*Verum agite, si quo modo armemus* &c. i.e. consilium agitemus de Achivis ad pugnam excitandis. Forma loquendi sæpius usitata est αἴ κέν πως idemque valet ac recentior εἴ ἄν πως, quæ modo subjunctivo plerumque præponuntur, etsi exempla plurima occurrunt (ut h. loc.) eas indicativo præfigendi. Conf. Heyn. excurs. pag. 174, ubi fusius res tractatur. Hisce quatuor vss. consilium exponit Agamemnon.—Timebat ne sui caussa tantummodo se bellum gerere existimarint milites, et Achillis ob secessum nimis expavescant. Ad tentandos animos reditum suadet, quem si negaverint, rei invidia tollitur; privatim vero ducibus imperat ut curent, ne milites consilium abeundi sequantur. Sic v. 75, ὑμεῖς δ' ἄλλοθεν ἄλλος ἐρητύειν—Periculosior certe animorum tentatio, et nisi Ulyssis prudentia intervenisset, inf. 185. sqq. de summa rei desperatum foret. (73). ἣ θέμις ἐστί—ἀπόπειραν τοῦ πλήθους λαμβάνει ὁ βασιλεύς, βουλόμενος μαθεῖν πότερον γνώμῃ οἰκείᾳ πολεμοῦσιν ἢ ἀνάγκῃ. Sch. B. L. De modo vertendi dubitatur: Potior videtur, *first, as usage requires, I shall sound their inclinations by addressing them:* Principis enim erat frequenti concilio profiteri quæ ratio iniretur. Sic Hesych. ὡς δεῖ, ὡς πρέπει. et Sch. br. Plenior oratio foret, ἣ (ὁδῷ) θέμις ἐστίν. [Huic affinis est ratio altera in qua subauditur ἀγορῇ, *in concione experiar, in qua usitatum est* &c. et huc facit insigne exemp. ί, 33. ἣ θέμις ἐστίν, ἄναξ, ἀγορῇ—Restat alia, quam Lat. vulg. sequi videtur, *quatenus fas est*—Ang. *as far as may be consistent with prudence;* timendum erat enim ne acrius hortamentum ad fugam consilia sua pessundet.]. (74). πολυκλήϊσι. κλεὶς proprie *ferrum curvatum* quo pessulus tollitur, et analogice κλεῖδες adpellata *tigna transversa, ad quorum fines utrinque sedebant remiges; remorum foramina:* hinc generaliter κληῗδες *transtra; πολυκληῗδες, many-benched,* navium magnitudinem exprimens. Conf. Dam. in voc. Eust. (75). ἐρητύειν—infin. pro imperandi modo, ut sup. 10. Verte, *me refellite dictis,* in concione *meo consilio obviam ite, argumentis contrariis usi.* Errant Lat. vers. et Sch. br. hoc ad milites referentes quasi fuerit, *cohibe, ne fugam capessant.* Rectius Heyne, unde desumsi. (77). Pylus dicitur *arenosa* ob littus cui adjacebat, vel ἠμαθόεις, a fluvio Amatho. Strab. VIII. 489. (81). νοσφιζοίμεθα μᾶλλον—Ang. procedit: *Had any one else amongst the Greeks related a vision of this nature, we would pronounce it a fabrication, and would turn with the greater disgust from the recital &c.* Errat Sch. br. Recte vero Sch. MS. Lips. in edit. Ernest. (85). ποιμένι λαῶν, Agamemnoni. Sermo antiquior. (87—93). ἠΰτε ἔθνεα—Versus nobilissimi sunt: Festinatio, turba, impetus militum concitatus optime depinguntur in voc. ἀδινάων—αἰεὶ νέον ἐρχομενάων—βοτρυδὸν—Pulcherrime imitatus est Virg. Aen. I. 433. *Qualis apes æstate nova* &c. Conf. et VI, 707. et crit. Macrob. II. 5. ἀδινάων—*agmine simul volitantium.* Etymol. Th. ἄδην. Hæc vox continuitatem vel temporis vel numeri exprimit: hinc ἀδινὸν κῆρ—γόος ἀδινός. Vid. porro έ, 203, de formis ex radice ἄω. (88). αἰεὶ νέον—Ang. *always in fresh swarms.*—ἐπ' ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν—ut Virg. *per florea rura: floribus insidunt variis.* (90). ἄλις πεποτήαται—*Turmatim volitant huc et illuc:* Vox prior

antiquior, pro ἀθρόως, et digammata. (93). ὄσσα δεδήει—*Rumor had been kindled.* Scil. Fama per exercitum transierat principes concionem habituros. In vocem divinitus immissam (ὄσσαν) mutatur, quæ, persona induta, fit nuncius Jovis. Sic Odyss. ω', 412. Notissimum est res *vastas, prægrandes, ortu ignotas,* ad Deos referri: ut et hanc personarum confictionem a Græcis valde amatam; Sic Pind. Ol. 14. μελαντειχέα νῦν δόμον Φερσεφόνας ἴθι, Ἀχοῖ, πατρὶ κλυτὰν φέροισ' ἀγγελίαν· Huc conf. Ol. 8. Soph. Œd. Rex, 151.—Notetur porro *temporum* distributio, ἐστιχόωντο—δεδήει—ἀγέροντο. Plusquam perfecta inter imperfecta partes orationis conjungunt, quum series describitur eventuum, qui omnes ad idem tempus non respiciant, quidam vero serius, quidam citius peragantur. Conf. Heyn. Obss. h. l. (96). ἐννέα—i.e. novem præcones regum seniorum. (97). εἴποτ' ἀϋτῆς—*Siquando a clamore desisterent;* melius, *eo fine ut cessarent* &c. (99). σπουδῇ δ' ἕζετο λαός· *vix tandem resedit populus.* Hoc σπουδῇ aliquam difficultatem innuit—μόλις καὶ δυσχερῶς. Sch. L. Minus adcurate Lat. vers. secundum lect. vulg. ἐρήτυθεν δὲ καθέδρας, *tenebantque sedes,* nam vox καθέδρα Homero ignota. Lege cum Wolfio καθ' ἕδρας, et verte, *continebantur in sedibus, per sedes.* Lect. etiam a Heyn. probata. (101). σκῆπτρον. Hac narratione vult Poëta imperium et præstantiam Pelopidarum describere, qui jam tres abhinc ætates subditam habuerunt majorem partem Peloponnesi. In Sch. br. adnotatio longa est de Ἀργειφόντῃ, et de Pelopidarum imperio, ex Apollod. lib. 1. desumta. Conf. et Eustath. h. l. De imperio maritimo Agamemnonis vid. inf. 569. —in v. 103, 105, 107, ἄρα, αὖτε, orationis partes connectunt; *deinceps, rursus.* (103). διακτόρῳ—Ang. *to the messenger Mercury;* ὁ διάγων τὰ πράγματα — διάγων τὰς τῶν θεῶν ἀγγελίας. Sch. br. Ἀργειφόντης pro Ἀργοφόντης, Argicida—ob beneficium Jovi præstitum, Argo occiso. Fabula notissima est. (107). αὐτὰρ ὁ αὖτε—ὁ, ut sæpius, pro ἐκεῖνος. De forma nom. Θυέστα, vid. α', 175. Mavult Heyne hic αὐτὰρ ὅγ' αὖτε, ob hiatum scil. qui tamen hic minus offendit. ὁ αὖτε, Wolf. (110—141). ὦ φίλοι—orationis hujusce structura plurimum laudis apud rhetores adepta est: Conf. Dion. Hal. *in arte,* 8. 15. Quinctil. X, 1, 47.—θεράποντες Ἄρηος—*Famuli martis:* de hac voce θεράπων, vid. inf. ζ', 18.—(111). ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ—Ad verb. *damno me irretivit malo.* Sermone utimur Ang. *in a grievous dilemma.* ἄταν ἐμβαλόντες, Aesch. sept. 316, i.e, *discomfiture, panic.* Personam induit ἄτη, inf. ι', 505. τ', 91.—(112). σχέτλιος! ὅς πρίν μέν—*Cruel! who on a former occasion gave me his promise &c.* Ad Aulidem fortasse, prodigio ostentato, de quo vid. inf. 300 sqq. Manichæi absurde principium duplex in mundo finxerunt, unde mali et boni labes orta. Ethnicis quoque fuerunt sua, etsi ex eodem fonte hoc et alterum sæpius derivatum. Sic summo rectori vitio vertit Agamemnon quod successu careat expeditio ejus. (115). δυσκλέα Ἄργος ἱκέσθαι—Ex antiqua forma δυσκλής, —έος,—έα, unde recentior δυσκλέης. Vid η', 100. Nisi forsan præferenda fuerit lectio δυσκλέ' Ἄργος ἱκ. ad vitandum hiatum scil. (116). οὕτω που] Ang. *So it appears to be agreeable to* &c. Particula που cum amaritudine quadam effertur. (119). αἰσχρὸν γὰρ—in apodosi ad νῦν δὲ κακὴν ἀπάτην—*fraudem perniciosam struxit—Turpe enim hoc inter posteros auditu* &c. (122). οὔπω τι πέφανται. Constructio ab 119

quodammodo abnormis est. Ordo debet esse, αἰσχρὸν ἐστὶ—λαὸν Ἀχαιῶν, μὰψ οὕτω πολεμίζειν—τέλος δ' οὔπω τι φαίνεσθαι, i.e. *necdum rei exitum apparere.* (124). ὅρκια πιστὰ ταμόντες. Hæc verba quæ toties occurrunt, in Lat. vulg. redduntur, "fœderibus fidelibus percussis"—ad sensum recte, vix vero ad verbum: ὅρκια sunt victimæ quæ ad fœdus confirmandum adhibita sunt; πιστὰ, *fidei pignora, fidem facientia:* ταμόντες ὅρκια, *victimis immolatis.* Sic Eustath. ad γ', 245. καὶ τὸ ταμεῖν παρ' Ὁμήρῳ καὶ Ἡροδότῳ τὸ θῦσαι τὰ ἐπὶ ὅρκῳ σφάγια δηλοῖ. Sic *Ernesti*, "ὅρκια τάμνειν, non proprie *fœdus facere*, sed *victimas ferire* fœderis causa, ut θύειν γάμους, *nuptiarum caussa sacra facere.*" Sed notandum est ὅρκια adjectivum significare *omnia quæ ad sacrificium pertinent.* Vid. γ', 260. Quod ad constructionem attinet, procedit—εἴπερ γάρ κ' ἐθέλοιμεν (h. e. ἐάν περ γὰρ ἐθέλωμεν) ἀριθμηθήμεναι ἄμφω (καὶ εἰ ἐθέλοιμεν) λέξασθαι T. κ. τ. λ. Hæc vero enumeratio de industria affertur ad animos confirmandos, et tollendam caussam quare verbis ejus obtemperent Achivi. (125). λέξασθαι, *in unum cogere:* ἐφέστιοι, *oppidani,* ii quibus in urbe lar familiaris fuit: ἐπίκουροι, *auxiliares.* Ex hisce conflatus fuit Trojanorum exercitus. (132.) πλάζουσι, *errare me a proposito faciunt; obstant ne* &c. Notetur vero totius orationis constructio artificiosa. 1. Jovis consilium eos fore spe et successu destitutos aperte profitetur, arguitque Deum promissi immemorem (110—118). 2. Dedecus deinde exponit quod apud posteros sint adepturi, incassum redeuntes—130. 3. Diuturnitatem belli ob auxilium Trojanis allatum, et quæ perpeti necesse est in illo prosequendo—138. 4. Orationem concludit vox φεύγωμεν (140), quasi ignaviam exprobrans, eorumque virtūti ignominiam et contemptum inducens. Sic metus et spes alternis vicibus excitantur. Conf. Dion. Hal. VIII. 15. (134). βεβάασι—*have elapsed.* (135). σπάρτα—"Non rudentes, sed funiculi v. lora, quibus naves consuebantur; τὰ ῥάμματα τῶν νεῶν". Salmas. Ang. The *stitchings of the ship-beams:* De etymo Varronis, viz. vocem derivari a σπείρω, quia *ex sativo genere* sunt, dubitat Heyne. Conf. Obss. in loc. (138). αὔτως. Sup. α', 134.—(142). ὄρινε. Animi militum turbati optime per similitudines, 144 sqq. et 147, sqq. ob oculos ponuntur. Agitatio et tumultus *a prima,* et impetus concitatus ruentium *a secunda.* Conf. Dac. in loc.—(145). [Legendum est vel πόντου τ' Ἰκαρίοιο, vel potius πόντοι' Ἰκαρίοιο, quo conservetur lex metri; nequit enim spondæum claudere diphthongus ου ut in lect. vulg. ni sequatur consonans vel vox digammata. Vid. Dunbar, can. Hom met. p. 24. ut et pag. 27. Quod vero dicit Vir eruditus de distinctione inter θαλάσσης et πόντου, assentiri nequeo: nec ad Ægæum refertur θάλασσα nisi illud proprie designandum ipsa ostendat narratio, ut in α', 34. Eodem jure et haberi possit ἅλς, Ægæum referens, ut in α', 350. Accipio voces in apposito.]. (147—8). Ζέφυρος—ἐπαιγίζων. Vis aliquatenus procellosa hujus venti in similitudine Homerica a Woodio ut argumentum affertur Ionicæ ejus originis (p. 21—27.). Circa littus Ionicum ingruens venti impetus, certis diei temporibus, optime huic descriptioni respondet; ἐπαιγίζων, *superne ingruens,* ut bene vers. Lat. Th. αἰγὶς, *procella.* [Cognata sunt αἶξ, ἀΐξ, ἀΐσσειν, αἰγὶς, unde *ægidis* nomen, clypei Jovis, et qui a recentioribus ad capram (αἶγα) Amaltheæ refer-

tur, sed minus adcurate; conf. Ovid. Fast. 5. 113. Hygin. Fab. 139. Hinc quoque αἰγιαλὸς, *littus*, ob fluctuum impetus (αἶγας).]—Ibid. ἐπί τ' ἠμύει ἀσταχύεσσιν—minus recte Lat. vers. *et incumbens–inclinat spicas*, nam ἠμύω intransitivum est. Verte, "Et *seges* inclinat *se cum* spicis", ut Heyne. Sermo affinis est, ἔφριξεν δὲ μάχη ἐγχείῃσι—vid. inf. 373. Γ', 290. Θ', 308.—Lectio præterea ἐπί τ' ἤμυ' ἀσταχύεσσιν præferenda est, nam penultima in ἠμύω longa est. (153). οὐρούς. Vid. Apoll. Argon. I. 371 seqq.—Sulcos, per quos naves ad mare deducuntur, expurgarunt, ut facilior esset transitus. Sic Schol. Gloss. M.S. Lips. ταφροειδῆ ὀρύγματα, κ. τ. λ. *Ernesti*. (154—5). ἱεμένων (ἰέναι scil.) *reditus cupidorum*. ὑπέρμορα νόστος—*præter destinatum reditus*. "Quidquid *inopinatum*, præter expectationem, quidquid *violentum*, præter naturam, quidquid *ex stultitia natum*, præter rationem, ea omnia ὑπὲρ μοῖραν fieri dicuntur." *Clarke*. Similis est locut. ὑπὲρ αἶσαν—ut in ζ', 333. et contra, κατ' αἶσαν, ibid.—Fati decreto contrarius foret reditus, quippe quod Trojæ excidium statuerat. ὑπὸ δ' ᾕρεον ἕρματα, *subtrahebant phalangas*, quæ navibus ad littus subductis summissa sunt. (156). εἰ μὴ 'Αθηναίην—Prudentia Ulyssis, redituris obviam euntis, Deæ personam induit. (157). ἀτρυτώνη—*invicta*. Th. ἄτρυτος, *indefessus*; Hesych. 606. Phornut. XX.—(158). οὕτω δὴ οἶκόνδε—'Αργεῖοι φεύξονται; Ang. *Are the Greeks resolved to fly home now* (δὴ) *in this disgraceful manner* (οὕτω)? Oratio plena indignationis ob rem inopinatam. Demet. περὶ ἑρμεν· § 55—6. (160). καδδέ κεν· vel potius κὰδ δέ κεν—pro καταλίποιεν δὲ ἄν, optat. pro futuro, quod melius conveniret τῷ φεύξονται. Hinc, ut ex aliis permultis locis discere licet, syntaxin adcurate constitutam in Homero minime esse expectandam: Conf. Wood. pag. 203, de Serm. Hom. (169). ἀτάλαντον, *æquiparandum*; Th. τάλαντα, *lances, pondera imposita:* exponitur per ἰσόσταθμον. Suspicatur Clarke, Ulyssem concilio principum non interfuisse, sed sua sapientia intellexisse quid sibi propositi haberet Agamemnon. Ernestius censet, Poëtam solummodo spectasse Deæ alicujus ministerium, Ulyssem vero ad reditum impediendum deligi ob gratiam quæ ei cum Pallade semper intererat: Recte, nam ratio prior subtilior est, Homero minime conveniens. (170). ἑσταότ'· οὐδ' ὅγε νηὸς—Animo revolvens difficilem rerum statum, et consilium, quo potissimum modo remedium adferre potuerit, cogitans. Hoc dignum sapientia prudentis Ulyssis, et bene res depingitur animique incertitudo in verb. ἄχος κραδίην ἵκανεν. (175). πολυκλήϊσι—"Intellige naves amplas, magno remigio; ut inf. 293, πολύζυγος." *Ernesti*; ut et sup. 170, ἐυσσέλμοιο. De Th. κλεὶς, vid. sup. 74.—(186). δέξατό οἱ σκῆπτρον πατρώϊον—Hoc enim erat auctoritatis Ulyssi delegatæ insigne, per quod concilium indicere ei licitum fuit. (190) δαιμόνι'—"Habet hæc vox apud Homerum semper aliquam increpationis significationem, sed non semper acerbam." *Camerar*. ἡ λέξις ἐκ τῶν μέσων ἐστί· δηλοῖ δὲ ἀμφότερα, ὁτὲ μὲν ἐπ' ἐπαίνῳ λεγομένη, ὁτὲ δὲ ἐπὶ ψόγῳ. Sch. br. Sensus proprius secundum Damm. est, "quem fata, vel bona ducunt inprimis vel adversa agitant insigniter." Sic ά, 561. β', 200. γ', 399, ubi exponitur ut σχετλίη. ζ' 326, et 407. (Ibid.) δειδίσσεσθαι—φοβεῖσθαι, Sch. br. potius, ut Heyne, "turbatis animis discessum parare". Sensu passivo usurpatur, et hoc uno loco sec. Heyne. οὔ σε ἔοικε, κακὸν ὥς—Ang. *Such*

trepidation ill becomes a person of your rank. Voc. κακὸν accipio non ut *timidum*, sed ut *vilem, nullius pretii*, fere ut οὐτιδανὸς sup. ά, 231. Variæ fuere formæ verbi δειδίσσομαι, a radice δίω, unde δειδίω, δειδω, δειδίσσομαι, δειδίσκομαι, δειδίσκομαι, omnes reduplicationem passæ. (192). οὐ γάρ πω σάφα οἶσθα—Ang. *For you have not as yet clearly ascertained the intentions of Agamemnon* &c. loquitur scil. de artificio ejus, sup. 73. Hinc et a lin. 194, constat *omnes* principes concilio seniorum non interfuisse, sup. 53; ut et Ulyssem adfuisse, aliter enim vix pro comperto haberet consilium subtile. vid. sup. 169. (195.) μήτι—Aposiopesis est, ut solet in oratione minaci: supple δέδια μή τι—ὅρα μή τι, χολωσάμενος—κ. τ. λ. (203). Unam et eandem auctoritatem agnoscere debemus, ne, multiplici exorto imperio, ordinem cunctum pessundemus. De hisce orationibus Ulyssis observatur, se ad duces de militum, ad milites de ducum ignavia queri, et hoc, ne offensio nimia alterutri fiat: Vid. Dac. in loc. Dion. Halic. περὶ τεχνῆς, lib. 9. (205). ἀγκυλομήτεω. Ang. *of the wily Saturn.* Epitheton forte a mythis antiquis desumtum qui tractarunt de Croni rebus gestis, ejusque erga patrem Uranum v. Cœlum ausis. Fabula nota est. (206). σκῆπτρον τ' ἠδὲ θέμιστας—Versus sine dubio temere illatus ab ί, 99, ubi habet σφίσι quo referas, hic non item. Notatur ut spurius in edit. Wolfii, ut et asteriscis in Heyniana. Rejiciebant Clarke, Ernesti, Spondanus, Barnes, Didymus et MSS. præstantissimi. Plura confer in Obss. Heyn. h. l. Legit porro Wolfe—ἵνα σφίσι βασιλεύῃ. Quomodo hoc theoriæ suæ de ν ἐφελκ. vel quantitati conveniat, judicet lector. (207). δίεπειν στρατὸν—*copias ordinare, ad tranquillitatem reducere.* "δίεπειν est proprie, *persequi* (διώκειν) adeoque de opere et negotio, *peragere, perficere.*" Heyn. (210). αἰγιαλῷ—vid. sup. 148. (211). ἐρήτυθεν δὲ καθ' ἕδρας—vid. sup. 99. (212—77). Magnopere de hoc episodio Thersitis disputarunt Critici, et recensentur eorum in observat. Heynii sententiæ. Legantur porro quæ in nota sua congessit D^na. Dacier. Quodcunque de talibus fuerit judicium, summa cura a moribus ævi recentioris abstrahendum est, ne novis antiqua admiscentes, judiciis de factis, opinionibus et usu veterum falsi simus. Proculdubio mens Poëtæ fuit, narrationi aliquod varietatis addere, animosque militum commotos, proposita quadam nova et ridenda specie, sedare. Res efficitur; consilium enim Thersitis, cui contrarium volebat Rex, irritum cadit. (213). ὅς ῥ' ἔπεα φρεσὶν ᾖσιν—Ang. *Who was versed in all unseemly modes of expression wherewith to thwart the rulers, &c.* μὰψ, ἀτὰρ οὐ κατὰ κόσμον—*Temere, ac non prout decebat*, i. e. suus erat mos, nulla certa ratione vel caussa, sed omnino. Congruit loc. ἀμετροεπὴς ἐκολῴα, "Sine modo, *graculi* instar, strepebat." *Heyne.* Sic. Aul. Gell. I. 15.—Vid. de ἤδη, ά, 70. (συνοχωκότε). v. συνοκωχότε. Hanc formam Mathiæ ab ἔχω deducit, mutato in præterito ε in ω. Series est, ἔχω, ἕξω, ἔχα, ὄχα, ὤχα, ὄκωχα. Malim vero cum Dammio formam συνοχόω, quæ ipsa tamen a mutationibus istis oriri videtur, quæ solennes sunt. (219). ψεδνὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη—Bene redditur, *rarum vero supra sparsum erat capillamentum*, et hoc inter scriptores Ionicos usitatum fuit: Sic Herodot. ἄλμη ἐπανθέουσα. Inter varias quas excogitarunt hujusce vocis derivationes, præfertur ἐπανθέω a Heyne, Damm. Steph. Significatio est, *superfloreo, in superficie*

effloresco. Sic Aristoph. τοῖς μήλοισιν ἐπήνθει χνοῦς. *Adhæreo* etiam, ut in Hesiod. Scut. Herc. 269. πολλὴ δὲ κόνις κατενήνοθεν ὤμους. Formæ sunt ἀνθέω, ἄνθω, ἀνόθω, ἤνοθον, ἐνήνοθον. (221). τὼ γὰρ νεικείεσκε—Ang. *For his custom was to inveigh against those two in particular*. Recte vers. Lat. *his enim præcipue convitiari solebat*. Semper sunt, qui in præstantiores, invicta qnadam animi acerbitate, invehuntur. Recte Flaccus, *virtutem incolumem odimus*. Sic convitiator ille in Aen. xii. 122. Bene observatur a Plutarcho, "animi ejus (Thersitis) pravitatem concise admodum ab Homero depingi in v. ἔχθιστος δ' Ἀχιλῆϊ μάλιστ' ἦν, ἠδ' Ὀδυσῆϊ; mire etenim corruptos mores arguere erga optimos quoscunque inimicitiam." Tract. de invidia et ira. (228), δίδομεν. "Pulcherrime hic poëta personæ servit, dum virum ignavissimum induxit gloriosius de se jactantem quam Achillem omnium fortissimum". —*Clarke*. Injuria quoque Achilli illata, quæ aliter mentes militum efferaverit, levior fit ac prope diluitur, dum partes ejus defensor tam ridendus tuetur. (235). ὦ πέπονες· *Imbelles, animoso corde destituti*: ang. *spiritless*. "ἀπὸ τῶν πεπαινομένων καρπῶν, i. e. *a maturis fructibus* ductam esse vocem ne dubites, unde πέπων est *mollis, mitis*, in bonam et in malam partem." *Heyn*. Conf. inf. ί, 109. Confirmat Suid. in voce, ex Epigramm. in Anthol. vì. 7. p. 554. ὄφρα τάχιστα λικμήση πεπόνων καρπὸν ἀπ' ἀσταχύων. Hinc exponit, ἔκλυτοι. (237). γέρα πεσσέμεν— contumeliose dictum; *præmiis, (quæ vel fuerit sortitus vel vi abstulerit), frui*. Ad abreptionem Briseidis respicit Thersites.—Jure reprehendit Ernesti vers. vulg. *concoquere*, quæ, etsi propria vocis significatio, huc transferri nequit. Significationes sunt *concoquere, mollescere, consumere, frui, habere, tenere* &c. Conf. Sch. B. L. Apoll. Arg. I. 283. Pind. Olymp. I. 132, collat. cum Py. IV. 331. inf. θ' 513. sup. ά, 81.—(246). ἀκριτόμυθε—*temere et non cohærenter loquens*. Ang. procedit—*Babbling Thersites! voluble though thou art in speech, restrain yourself, nor desire singly to oppose your superiors* &c. λιγὺς exp. Hesych. ἐπιτρόχαλος. (254.) τῷ νῦν Ἀτρείδῃ. *Idcirco nunc sedes, convitia ingerens* &c. Subaudiri τρόπῳ monuit Hoog. ad Vig. 17. Locutio transiit ad Romanos, ut in Hor. Sat. I. 6. 40. *Hoc tibi Paulus et Messala videris?* (251). νόστον τε φυλάσσοις—Ang. *Nor watch for a favorable opportunity to return;* Sch. br. Sic 253. ἢ εὖ ἠὲ κακῶς νοστήσομεν—Ang. *Whether we shall act prudently or not in returning;* h. e. quatenus agitur de *fama* nostra vel *utilitate*. Sic Sch. br. ἤτοι καλῶς ἢ δυστυχῶς. (258). εἴ δ' ἔτι—lect. Heyniana pro vulg. εἴ κ' ἔτι. Præstuli, nam κέ minus convenit. (266). ὁ δ' ἰδνώθη—Ang. *He writhed under the stroke, and the tears gushed forth*—θαλερὸν—*in floods;* Th. θάλλω, et optime hic usurpatur "de lachryma, quæ ex oculis quasi propullulat". *Heyne*. (267). σμῶδιξ—*vibex*. [In nota Clarkii h. l. disputatur de *orthographia* vocis et de *accentu*. Formatio genitivi a nominativis qui in duplicibus consonantibus exeunt, ostendit, orthographiam antiquam fuisse σμῶδιγγς, unde recentius σμῶδιξ, contra quod Clarke censet. Sic a φάλαγγς, λάρυγγς, λύγγς, habemus φάλαγγος, λάρυγγος, λυγγός &c. λύγξ certe habet et λυγγός et λυκός; hæc vero debetur nominativo antiquo λύξ. Conf. Math. § 71, et tabul. terminat. § 72. Barnesii partes, qui contenderat scriptionem fuisse σμῶδιγγς, tuentur quoque Ernest. et Heyne. Si fuerit σμῶδιγς, geni-

tivus foret σμῶδιγος, ut a φλὸξ (φλὸγς) φλογὸς, et similia. Quæstio de accentu, viz. an circumflecti vel acui debet ω, in dubio relinquitur, et est levicula.]. (269). ἀχρεῖον ἰδών. *Vultu fœdo*, ut vers. Lat. recte, et Sch. br. ἀπρεπὲς καταστήσας τὸ πρόσωπον. Ang. *with disfigured countenance*. Th. χρεία, *usus, utilitas*, et ad verbum redditur, *inutiliter aspectans*. Sensum attingit Dacer. *Il jetta un regard hideux*. Exponit Sch. B. L. ὀργιζόμενον καὶ μὴ δυνάμενον ἀμύνασθαι διαγράφει βλέμμα· ἐστὶν οὖν, ἀκαίρως ὑποβλέψας. De locutione ἀχρεῖον ἰδὼν bene observat Clarke "vocem (ἀχρεῖος) apud Græcos (quum de homine malo dicitur) non utique eum exhibere qui simpliciter sit *non utilis*, sed qui sit *maxime nequam*. Similiter apud optimos linguæ Romanæ auctores, Augusti temporibus, *inutile* legitur id, non quod *non utile* modo, sed quicquid maxime est *detrimentosum*". Plura confert exempla: Cic. de offic. 2. 3. Virg. Georg. I. 88. adde Terent. And. A. 1. S. 5. 53. Liv. l. 3. c. 23. E contra *utile*, quod plurimum boni confert; ut Horat. *utilis agris*.—Aliæ rationes sunt vertendi, haud immoror tamen. Consul. Heyne, Obss. in loc. Damm. in voc. ἀχρεῖος, cui tamen haud assentior. (270). ἀχνύμενοί περ—Ang. *Though chagrined*, (spe reditus frustrata scil.). (275). Ὃς τὸν λωβητῆρα ἐπεσβόλον—Ang. *Who hath put an end to the haranguing of this foulmouthed railer*: ἔπεσιν βάλλοντα, Sch. br.—Huc insigniter facit vs. Pind. Ol. VIII, 73. μὴ βαλέτω με λίθῳ τραχεῖ φθόνος, i.e. *dictis contumeliosis*. (276). θυμὸς ἀγήνωρ—hic in malam partem, *animus præferox, effrænis*. (278). πτολιπόρθος. Ulyssi adtribuitur κατ' ἐξοχὴν epitheton hocce; ejus enim consiliis Troja denuo occubuit. Sch. Mosch. et br. in loc. Sic Cic. in ep. 13. ad famil. l. 10. a Clarke citat. Probe nôrat poëta quantum viribus ingenium præstat. (282). ἐπιφρασσαίατο—vel *expenderent*, ut vertit Lat. vulg. a ν', 741. vel *intelligerent*, ut in Odyss. σ', 93. Ambo probanda, sed illud prætulerim. (288). Ἴλιον ἐκπέρσαντ'—Ang. *namely, that you should return after effecting the destruction of the well-built Ilium*. Minime probanda est conjectura Barnesii, usurpari dualem (ἐκπέρσαντε) pro ἐκπέρσαντας, etsi aliquando permutantur; vid. sup. α', 567.—Porro subtilitas orationis hujusce eximia est. Achivorum desiderio obviam itur, proposita spe successus, nec semel eorum ignaviam increpat, nisi leviter in exordio, ubi refellitur falsa Agamemnonis sententia, Jovem esse calamitatis auctorem, viz. νῦν δή σε, ἄναξ, ἐθέλουσιν Ἀχαιοὶ—q. d. "Humana opera, non divina, tuæ res in adversum cedunt". (291). ἦ μὴν καὶ πόνος—Fallitur in vers. Daceria, pendere faciens νέεσθαι ex ἀνιηθέντα; nec est νέεσθαι, *reditum cupere, sed redire*. Nec magis Eustathium intelligo quomodo sensum eruere possit, ἔστι τόσον ἐπίπονος ὁ τοσαύτης πόλεμος, ὥστε εὐλόγως ἄν τινα ἀνιαθέντα ἐφίεσθαι τοῦ νόστου. Verte—*It is certainly a hardship to return grieved*, ob spem frustratam scil. Sic inf. 298, κενεόν τε νέεσθαι. (299.) τλῆτε φίλοι.—Hanc totam descriptionem verterat Cic. in lib. de Divinat. II. 30. (300). De voce ἐτεὸν ex ἔω s. εἰμί, adi Zeun. ad Vig. p. 70. Usus inter Atticos perelegans est. Conf. Aristoph. Nub. 93. 1502. Eustath. ad ὁ, 53. (302.) χθιζά τε καὶ πρωΐζ'. Omnino Heynio assentior de constructione verborum, quæ ita procedit—*Ye all are witnesses whom death has not carried off yesterday and the day before*, &c. Pestem innuit scil. quam inter Græcos exortam

vidimus. [Quod dicit Sch. br. viz. Ulyssem de industria contrahere tempus, ne tædium belli adhuc majus oriretur, argutatio est; nec placet constructio usitata. Sunt aliæ expediendi viæ, sed adnumerare piget, et præstat Heyniana]. In 302, φέρουσαι ἔβαν exp. *abstulerunt, rapuerunt*: "eleganti pleonasmo ἔβαν additur." *Ernest.*—Prodigium explicari posse censet Heyne, si lapis, serpentis instar, in Aulide inventus fuerit. Conf. Odyss. ν′ 162. sqq. Plat. in Phæd. t. 3. p. 229. (309). σμερδαλέον *aspectu terribili.* Th. σμέρδω *oculos præstringo.* (312). πετάλοις ὑποπεπτηῶτες—Ang. *crouching beneath the foliage.* " πέπτα, πεπτὼς,—εὼς,—ηὼς, a rad. πτέω, πτῶ, primitus significante *expando* (unde πετάω πετάννυμι, &c.) deinceps *volo, se prosterno, cado,* &c. hinc verba πτώσσω, πτήσσω)." *Heyne*—Vertit Cic. in loc. sup. citato——" Platani in ramo foliorum tegmine septos." Huc conf. Æschyli pulchram similitudinem, δράκοντά δ᾽ ὥς τις τέκνων ὑπερδέδοικε, λεχέων δυσευνάτειρα, πάντροφος πηλειάς—Sept. ad Theb. 293, &c. Hinc mutuo sumpta videtur. (314). τετριγῶτας. Ponit Clarke regulas quasdam in formandis præteritis med. observatas, ostenditque *cuncta* aoristi 2di. legem *non* respicere. [Plenius Matth. (G. G. § 189), qui sequentes casus enumerat. 1. ε aoristi, et α, ex ε vel vel ει præsentis, fit in præt. med. ο; ut σπείρω, ἔσπαρον, ἔσπορα, στέλλω, ἔσταλον, ἔστολα, τέμνω (ταμῶ) τέτομα. ἔργω, ἔλπω—ἔοργα, ἔολπα. 2. In cæteris verbis, vocalis brevis in penultima aor. 2di. mutatur in longam, quæ inpræ senti erat, vel diversam; sic α in aor. 2. ex αι vel η in præsenti fit η; ut, φαίνομαι, ἐφάνην, πέφηνα. δαίω, ἐδάην, δέδηα. λήθω, ἔλαθον, λέληθα. Idem obtinet ubi penultima præsentis *positione* fuerit longa, ut θάλλω (θαλῶ) τέθηλα. Excipiuntur, κέκρᾱγα, πεπρᾱγα, πέφρᾰδα, ἔᾰδα, ἔᾱγα.——ι aoristi ex ει in præs. mutatur in οι; ut πέποιθα, οἶδα. ι aor. ex ι in præs. fit longa, ut τέτρῑγα, à τρίζω, ἔτρῐγον. πέφρῑκα a φρίσσω. Sic limite certiori constituitur hujusce temporis analogia, quod nunc ad *præsentem*, nunc ad *aoristos* 1. 2. respicere videtur. Vid. de hac mat. Heyne, Obss. έ, 749 in voc μύκον.]. (316). τὴν δ᾽ ἐλελιξάμενος—*quum se celeriter convertisset,* λάβεν (κατὰ τῆς) πτέρυγος. (318). τὸν μὲν ἀρίζηλον—Ang. *The God who brought him to light, rendered him conspicuous*: mirabili potestate exercita scil.—ὅσπερ ἔφηνε—*Qui luci ediderat.* Cic. ubi sup. (321—22). ἡμεῖς δ᾽ ἑσταότες—Triplex interpretandi ratio est, quarum usitatiorem recepi. Ang. *We stood beholding the occurrence with astonishment. Thus then the awful portents of the Gods approached our sacrifices, in pursuance of which* (ἔπειτα) *Calchas immediately addressed us, explaining their import,* &c. in 321, οὖν versum connectit cum præcedente 308. θεοπροπέων, ut sup. α′, 87. (323). τίπτ᾽ ἄνεῳ. "Quidnam *torpentes* subito obstupuistis Achivi"? Cic. ub. sup. ἄνεῳ, ἄφωνοι, κατὰ στέρησιν τῆς ἰωῆς, ὅ ἐστι, τῆς φωνῆς. Sch. br. "Debuit esse ἀνέοοι, unde ἀνεῳ" *Heyne.* (325). ὅου κλέος οὔποτ᾽ ὀλεῖται· Nunquam, nisi ferrea ætas iterum accesserit, Teque, optime vatum, tenebris obruerit!—ὅου pro οὗ. Consent. Knight, prolegom. (328). αὖθι, *hic,* pro αὐτόθι. (330). τὰ δὴ νῦν πάντα τελεῖται. *These are all now accomplishing;* q. d. maneamus, brevi enim incœptum ad exitum perducemus. Vertit Cic. *Quæ jam matura videtis.* (336—7). Γερήνιος—

A Gerena v. Gereno scil. Messeniæ oppido (Strab. VIII.) ubi Nestor juventutem egit.—Ulyssi propositum fuit consilio Agamemnonis ficto, quod prope res penitus turbaverat, obviam ire; At Nestor ulteriora petit, et actionem quam citissimam suadet. (339.) ποῦ δὴ συνθεσίαι—Ang. *What now hath become of your compacts and oaths?* Scil. Pacta procorum Helenæ de ulciscenda Menelai injuria. πῇ in editt. Ern. Heyn. Wolf. vulg. ποῦ. (341). δεξιαί, ᾗς ἐπέπιθμεν. Conf. Eurip. Med. 21, " *manuum conjunctio* πίστις eximie dicitur—Locum citat Sch. ad Aristoph. Acharn. 307. ubi βωμὸς *(ara)* est jusjurandum per victimas, ὅρκος per verba, πίστις per dextras." Porson ad loc. cit. Sic inf. γ, 159. (344). 'Ατρεΐδη, σὺ δ' ἔθ'—Oratio tota ira et indignatione plena. Verba ἕνα καὶ δύο 346, contemptu edita, Achillem fortasse, certe Thersitem perstringunt. Sententia ἄνυσις δ' οὐκ ἔσσεται αὐτῶν, in parenthesi accipienda est. Ang. procedit—*Son of Atreus, continue thou, as before, with steady and determinate counsel, to command the Greeks in their hard fought conflicts—and give those to destruction, one and both, who, separated from the rest of us, are meditating (such measures success will never attend) their return to Greece, ere they ascertain whether the promise of Jupiter be false or not.* κρατερὰς ὑσμίνας, ut sup. πολυάϊκος πολέμοιο, α, 165. (349). ὑπόσχεσις—ad ostentum respicit passerum. (350). ὑπερμενέα Κρονίωνα—ἀστράπτων ἐπιδέξι'—Constructio est quam vocant ἀνακόλουθος, participio nomen sequente in casu diverso. Hæc sæpenumero apud scriptores antiquos recurrit ob syntaxin minus adcurate constitutam. Conf. exemp. ζ', 510. (353). ἐναίσιμα σήματα—Ang. *omens of happy import.* de αἶσα, vid. sup. α, 416. (354—56). τῷ, μή τις—Ang. *Wherefore, let no one be in haste to return homewards* &c. In 356, de sensu in quo accipienda sunt ὁρμήματά τε στοναχάς τε, dubitant Critici. Exponuntur, *solicitudines nostras et ærumnas (propter) Helenam* (περί, ἕνεχ' Ἑλένης). Sic Sch. B. L.—A quibusdam, *solicitudines et ærumnas Helenæ ipsius,* quasi ad misericordiam movendam, et rejiciendam culpam ejus in Trojanos. Ab hisce accipitur ὅρμημα pro *animi impetus, ægritudo ob culpam.*—Prætulerim vero vers. Lat. quæ Schol. br. secuta reddit, *raptum gemitusque Helenæ,* etsi prior habet quo se commendet.—Accipit Eustath. quasi οἰμήματα sit, *itinera, discessus.* Eodem redit, nam οἰμάω sig. *impetum facio, irruo,* ut in χ', 140—311, et hinc οἴμημα, *impetus, vis, injuria.* (362). κρῖν'. *Divide, separa.* κατὰ φῦλα, κατὰ φρήτρας, *secundum populos, secundum civitates.* Hinc apparet φρήτρας in ordine inferiores fuisse, gentesque vel familias (συγγενείας) complexas quæ pagos antiquæ Græciæ tenuerunt. Apoll. Lex. Harum φρητρῶν mentio fit apud Herod. Clio, § 125, de Persis.—Hanc porro copiarum ordinationem invenimus præcise observari: verosimile est voluisse Nestorem hoc modo potissimum animos male affectos patefacere, per *familias* enim latissime malum serpere necesse fuit. Nec ignorabat usum militarem vires disponendi, ut liquet, ὡς φρήτρη φρήτρηφιν ἀρήγῃ—κ. τ. λ.—Antea mos fuit temere et sine ordine procurrentibus pugnare. Conf. de tactica Iliadis Heyne Exc. I. ad γ. p. 660. (363). ὡς φρήτρη—Conf. Luc. revivisc. § 1, ubi jocose versum παρῳδεῖ, ὡς πήρη πήρηφιν ἀρήγῃ, βάκτρα δὲ βάκτροις. (366). κατὰ σφέας—*per seipsos.* Ang. *Since by this means they will fight in sepa-*

rate bodies. Hunc ordinem maxime præferendum censet ad cujusque voluntatem penitius cognoscendam. Conf. not. præc. (367). θεσπεσίῃ, subaud. μοίρᾳ, βουλῇ—Ang. *You will ascertain whether by a decree of Heaven or the dastardly conduct of your troops* &c. (370). ἦ μὰν αὖτ'.—Vis particulis inest—*certe nunc, ut antea, præstas.* Conf. sup. 79. et ά, 254, huc enim spectare Atridem verosimile est. (373). τῷ κε τάχ' ἠμύσειε—Ang. *Were it so, soon would Priam's city totter to the ground* &c. De voc. ἠμύσειε, conf. sup. 148. Translatio pulchra est a flore succiso et languente; ut in θ', 308, quem conf. (376). ὅς με μετ'—dicta pro ὅς ἐμβάλλει με εἰς ἀπρήκτους ἔριδας—scil. *rixas, unde nil redditur effecti, vanas.* Sic Pind. ἀπρήκτων κακῶν. Isthm. 8. 17. (379). εἰ δέ ποτ'—*Sin aliquando in unum consilia retulerimus,* iræ scil. immemores, quæ nunc intervenit. ἐς μίαν (βουλήν subaud.)—οὐκ ἔτ' ἔπειτα ἔσσεται ἀνάβλησις (pro ἀναβολή, *a respite*). (384—5). ἀμφὶς ἰδὼν, i.e. περιϊδὼν, *circumspiciens et probe explorans.* στυγερῷ κρινώμεθ' —*Ut marte horrendo decernamus:* κρίνω, *judico, dijudico,* et hinc facili translatione, *certo, decerno ferro,* ut Pind. Nem. 9. 83. Melius hoc quam secundum Eustath. κρίνονται—ἤγουν συγχέονται, συγκέκρανται ἀναμεμιγμένοι, etsi ad *sensum* bene se habet. (386). οὐ γὰρ παυσωλή γε—partic. γε minime redundat: verte, *There shall be no intermission, no, not the slightest.* Sic sup. 380, οὐδ' ἠβαιόν. (388). τευ—pro τέο, του, τινός, *cujusque sudabit lorum.* τελαμὼν, balteus, quo clypeus a dorso suspendebatur. vid. inf. λ', 38. (389). ἀμφιβρότης, *circumtegentis hominem:* exponitur ab Eustathio per ἀνδρομήκης. Cætera constructio est, περικαμεῖ (τις κατὰ τὴν) χεῖρα ἔγχεϊ. (392). κορωνίσι—*recurvis, recurvatis puppibus.* Sic Apoll. καμπυλόπρυμνοι. Pars sic curvata adpellabatur κορώνη. Conf. inf. δ', 111, ubi arcus *apicem* designat. Plerumque usurpatur ut *terminus, apex,* rei cujuslibet. (393). οὔ οἱ ἄρκιον ἐσσεῖται—*Non erit ei possibile.* ἄρκιος, lit. *qui prohibet quo minus* inferatur aliquid mali, ut a th. ἀρκεῖν, *sufficere.* Conf. Damm. in voc. inf. κ', 304. (394). Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον—Accipit Heyne quasi ἀκτῇ et προβλῆτι σκοπέλῳ in apposito fuerint, et sic quoque accepisse videtur Wolfius: rationem communem præfero quæ exp. ἐλθὼν—ἐπελθὼν προβλῆτι σκοπέλῳ. Ang. procedit—*As a wave resounds on the precipitous shore, when the south wind urges it, coming against the projecting cliff: It the waves never abandon by reason of the winds blowing from every quarter* &c. ὅταν ἔνθ' ἢ ἔνθα γένωνται—*quando hinc vel illinc orti fuerint,* i.e. κύματα—huc enim γένωνται referre malo. Regula pro *neutris pluralibus* vix adhuc adcurate constituta fuit. (400). ἄλλος ἔρεζε—Cuique enim civitati sui erant Dii præsides. Huic phrasi convenit Lat. *facere sacra,* ut Virg. Bucol. III. 77. *cum faciam vitula.*— De temporibus diversis quæ occurrunt 398—404, viz. ὀρέοντο, κάπνισσαν, &c. observat Heyne eandem esse vim et potestatem, nec quæri debere illius diversitatem nisi distinctionis subtilioris caussa. Adversus quem hæc proferuntur, liquet. Huc conf. adnotationem Porsoni ad Eur. Hecub. 21. (408). βοὴν ἀγαθὸς—*acie præstans—pugnandi peritus,* epitheton bellatorum quod sæpius recurrit. βοὴ ad lit. *prælii strepitus;* hinc ἀγαθὸς (κατὰ) βοὴν, *ad imperandum et hortandum acris.* (409). ὡς ἐπονεῖτο. Hoc a Heynio refertur ad curam convivii, cujus levandæ caussa advenerat Menelaus. Attamen animi quoque

ægritudo, ob Myrmidonum secessum et militum ignaviam bene designatur: Verte Ang. *For He (Menelaus) was aware how oppressed his brother was with business and anxiety.* (410). οὐλεχύτας. vid. sup. ά, 458. (413). Procedit sententia; δὸς—κέλευε μὴ ἐπιδῦναι (τὸν) ἠέλιον καὶ κνέφας ἐπιλθεῖν πρίν, πρὶν (ἢ) ἐμὲ καταβαλεῖν πρηνὲς, κ. τ. λ. Ang. *Until I spread in ruin the residence of Priam* &c. In 417, mutatur constructio; procedere debuit——καὶ πρὶν πολέας ἑταίρους πρηνέας λάζεσθαι γαῖαν.—χαλκῷ ῥωγαλέον, i.e. ῥηχθέντα *pierced.* (420). ἀμέγαρτον—*immensum.* ἄφθονον, πολύν, Sch. br. proprie, ut ἄφθονος, *invidiæ expers,* et exinde *largus, amplus.* Conf. Steph. Thes. IV. 148, c.—ὄφελλεν. Ang. *He increased, meditated.* Ὀφέλλειν in usu Homer. est αὔξειν, et plus ἐμφάσεως habet quam διδοῦναι. Conf. Plat. in Cratyl. p. 417. Vid. sup. ά, 458, &c. (426). ὑπείρεχον ἡφαίστοιο, *tenebant super ignem.* (430). δαιτὸς ἐΐσης—vid. sup. ά, 468. (435.) μηκέτι νῦν δήθ' αὖθι λεγώμεθα—verte, *ne nunc diutius hic tempus teramus.* Plures significationes habet λέγεσθαι—*cubare, accumbere mensæ, otiari, numerari, colligi, disserere.* Sensu posteriore, i.e. pro διαλέγεσθαι, minus sæpe ab Homero adhibetur.—Pergit, μηδέ τι δηρὸν ἀμβαλλώμεθα —Ang. *Nor let us defer the work long which Heaven now* (δὴ) *delivers to us to execute.* De excidio Trojæ loquitur, quod jam instare et quasi in manu esse ex auguriis profitetur. (446—52). Præsens inter Achivos describitur Minerva: Hinc consilium prudens et sollers: animosa eorum virtus; species, quam præfert exercitus, bellicosa; coruscatio armorum; in persona Deæ pulcherrime cuncta designantur. (447). ἀγήρων ἀθανάτην τε—*senii expertem immortalemque;* ut sceptrum Agamemnonis sup. 46. ἄφθιτον. Epitheta armis tribuuntur quæ personæ ipsi adcuratius conveniunt. (448). θύσανοι—Fimbriæ, aureæ et ab ægide pendentes, sæpius et a thorace, quibus motu violento concitatis, pavor hostibus incuteretur. Sic infra, έ, 738, αἰγίδα θυσσανόεσσαν. ό, 229. (449). ἑκατόμβοιος—Accipit Sch. br. *centum-boum-nummorum,* et secuta est vers. Lat. ἑκατὸν βοῶν τιμῆς ἄξιος, ὅ ἐστιν, ἑκατὸν χρυσῶν νομισμάτων. οἱ γὰρ ἀρχαῖοι, τιμῶντες τὸ ζῶον τὸν βοῦν—ἐνεχάραττον, τῷ μὲν ἑνὶ μέρει τοῦ νομίσματος, τὸν βοῦν, τῷ δὲ ἑτέρῳ, τὸ τοῦ βασιλέως πρόσωπον. Sch. in loc. Hoc quoque secuta D. Dac. paulo vero subtilior ratio est. Accipio magis ad literam, *Et quisque centum boves valet,* cunctis rebus in ætate rudiori secundum pecudes, præsertim boves, æstimatis. Favet Heyne. (450). παιφάσσουσα—exponitur ἐνθουσιῶσα, ὁρμῶσα, Sch. br. *rushing on with violence.* In Apoll. Argon. III, 1265, motum lucis velocissimum exprimit, quæ forsan propria significatio est. Th. rad. est φάω, unde φάσσω, anadipl. παιφάσσω, et φάος, *lux.* Tota dehinc oratio grandiloqua et sublimis est: animi conturbati quiescunt, excitatur virtus, militum ordines fortitudo divinitus immissa permeat. (455). ἀΐδηλον· ignis epitheton; ad verb. *qui evanescere facit, ignis edax.* Th. ἀΐδης, ex εἴδω et α, priv. ob effectum ejus scil.—Huc confer imitationem pulcherrimam similitudinis in Georgic. II, 304. Nec scio an in poësi Homerica extet descriptio magniloquentior; "Recte hic adnotat D. Dacier, Poëtam hoc in loco, interea dum tantus exercitus in ordinem collocatur, satis sibi spatii habere, ut quinque continuis similitudinibus neque lectorem obruat, neque ullam ei molestiam creet. Pulchre armorum depingit *fulgorem,* v. 455.

militum undique convenientium *incessum*, v, 459. militum *numerum*, 468. *ardorem* et *aviditatem* pugnandi, v. 469. *exercitationem, ordinem, disciplinam*, 474"—*Clarke*. (459). Inter diversos modos constructionis, hunc prætulerim quo refertur ἔθνεα πολλ᾽ ὀρνίθων ad v. ποτῶνται et absolute sumitur προκαθιζόντων. Ang. procedit. *As the numerous flocks of winged fowls* &c. *disporting with their wings, fly on this side and on that of the plain of Asias, round the Cayster's banks, and as they take their successive stations with much clamour, the meadow resounds; thus the numerous tribes of those* (τῶν, *ut sup.* 459, i.e. *Achivorum*) *poured themselves forth into the plain of the Scamander*. Sic bene vertit Dacer. (461). Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι· Ἀσίας, Ἀσίαο, Ἀσίῳ, ut Αἰνείας,—αο,—ῳ. In Herod. IV, 45. Strab. XIII, XIV, mentio fit herois antiqui Asiæ, a quo continentem Asiæ nominari affirmarunt Lydi. In Schol. Apoll. Arg. II, 779. invenimus partem Lydiæ per quam fluit Cayster vocari "Asiam Lydiæ", et verosimile est nomen Asiæ hinc a Græcis derivari. De quantitate nil moror, in vocibus enim cognatis leges sæpe observantur contrariæ. Conf. quæ ex Popio adnotat Clarke h. l. Leg. Georg. I. 383. Aen. VII. 699. Strab. p. 899. Ed. Ox. (463). προκαθιζόντων· i. e. ὀρνίθων—κύκνων προκαθιζόντων· Recte in v. superiore habet Heyne ἀγαλλόμενα, i. e. ἔθνεα, quanquam et ἀγαλλόμεναι in edd. vulg. et Wolf. ferri potest; In scriptis enim Homericis genera vocum secundum placita ævi recentioris vix constituuntur. Ad species, vel subauditas, vel in ordine ἀνακολούθῳ constitutas, sæpe fit relatio. Sic inf. 469, 470, ἔθνεα μυιάων—αἵτε, κ. τ. λ. Conf. de hac mat. Heyne, Obss. ad v. 481. (466). σμερδαλέον κονάβιζε. Vix adsequitur in versione sua Cel. Cowper dictionem gravem et magnificam. Arridet Dacer. *La terre gemissoit horriblement sous les pieds des hommes et des chevaux*. Bene prior in 468, *Myriads, as leaves or as the flowers of spring*, et venustas conservatur verbi ἀνθεμόεντι quæ a vers. gallica prorsus abest. (469—70). Ordo est, ἠΰτε (veluti) μυιάων ἔθνεα πολλὰ (πέτονται scil.) αἵτε ἠλάσκουσιν—τόσσοι Ἀχαιοὶ ἐφίσταντο Τρώεσσι—κ. τ. λ. Nec exacte procedit sententia. "ἠλάσκειν ab ἀλᾷν, ἀλᾶσθαι *(circumvagari)* ductum esse vix dubites". *Heyne*. (473). διαῤῥαῖσαι μεμαῶτες· *perdere cupientes*. Aperit hæc pars sensum similitudinis; Sicuti muscæ dapes rusticas avide insectantur, sic Achivi impetu feruntur concitato in Trojanos invictoque animi ardore. Huc confer inf. ε΄, 570 &c. Menelao a Pallade immittitur muscæ audacia, ἥ τε καὶ ἐργομένη—ἰσχανάα δακέειν—κ. τ. λ. ubi vid. Sch. br. (476—77). τοὺς, pro ἐκείνους, ut sæpius: μετὰ δὲ (τοῖς ἡγεμόσι διεκοσμεῖ) κρείων—officio perfunctus imperatoris. (479). ζώνην· non *balteo*, ut Lat. vulg. Pars est corporis ilia cum lumbis ac femoribus carnosis complectens, et quam zona ambit. Hoc Heyn. a Lex. Apoll. ζώνη, ὁ περὶ τὴν γαστέρα τόπος. Cæterum jocose citatur locus a Luc. de conscrib. hist. § 8. (480). ἠΰτε βοῦς· "Priori similitudine virum ipsum depingit, *consilio* et *virtute* eximium; posteriori, *actionem* solummodo atque *eminentiam* præeuntis exercitui ductoris". *Clarke*. Hoc optime efficitur per similitudinem tauri, speciem *majestatis regiæ* præ se ferentis. (484). Huc conf. Aen. VII. 641. VI. 625.—Musas invocat, Mnemosynes filias, ad auxilium ei ferendum in narratione ævi antiquioris. Musæ sunt historici ætatis, ubi omnia versu complexa, nec ulla ex-

titit, quæ dicitur, oratio prosaica. Conf. Wood pag. 262. Wolf. Prolegom. passim. Cæterum ordo totius orationis 484—93 complicatior est, et censet Heyne interpolatos esse vss. 488—89—90—91—92. Conf. Obss. Junctura optima est, 484, ἔσπετε—487, οἵτινες—485, 486 in parenthesi; 493, ἀρχοὺς αὖ—488, πληθὺν, κ. τ. λ.—In v. 488, ponitur μυθήσομαι in fut. pro μυθησαίμην ἄν. (491—92). εἰ μὴ Ὀλυμπιάδες—μνησαίαθ'—*nisi mihi in mentem revocarint*, ut recte Sch. br. ὑπομνήσειαν. (493). ἀρχοὺς αὖ—In recensu facit Poeta initium a Bœotis, forte quia ex Aulide classis evecta fuerat. Inde Phocenses—526. Locri—535. Eubœenses—545. Athenienses et Salaminii—558. Argivi—568. Mycenæi—580. Lacedæmonii—590. Pylii—603. Arcades—614. Elidenses—624. Dulichienses—630. Cephallenes—637. Aetoli—644. Cretes—652. Rhodii—670. Symæi—675. Coi et alii ex insulis vicinis—680. Pergit ad Thessaliam: ex hac memorantur Myrmidones—694. Phylacenses—710. Pheræi—715. Methonæi—728. Oechalienses—733. Ormenii—737. Argissenses et Gyrtonii—747. Perrhæbi—755. Magnetes—759. Copiæ ita instructæ versus Ilium procedunt. At Trojanis ante Priami ædes concionem habentibus per Politen affertur nuntius de Achivorum adventu; statim armis illi captis, Hectore duce, egressi Achivis occurrunt—815. Inde fit brevis recensus Trojanorum et sociorum, una cum eorum ducibus; primo loco Trojani ipsi—818. Dardanii—823. Troes ex Zelea—827. ex Adrastea, Apæso, Pityea et Terea—834. ex Percote, Practio, Sesto, Abydo et Arisbe—839. Pelasgi Larissæi—843. Thraces—845. Cicones—847. Pæones—850. Paphlagones—855. Halizones—857. Mysi—861. Phryges ex Ascania—863. Mæones—866. Cares—875. Lycii—877. Recensui, qui sequitur, copiarum, pauca præmittenda sunt de antiquitate ejus, ratione instituta, ordine, expressione, locorum designatione, finibus geographicis, et fontibus unde haurienda sit *illustratio critica*. Magnopere se commendat hic notitiarum vestustarum fasciculus, unde Græciæ antiquæ forma et constitutio quadantenus innotescunt, omnisque fere cognitio nostra de corpore Hellenico derivatur, quod postea in tot civitates diversas sese extenderit. Est quoque in fabulosa Græcorum mythorum compage, veterum factorum exactissima quæ habetur narratio. Fieri nequit quin cum animi aviditate quam maxima huic recensui incumberint, rebus ob oculos positis, quas summo ingenii nitore ornavit poetica ars, quæ tot gentes, stirpes et familias, temporibus remotis adeo fideliter enumerarit. Hinc sæpenumero litium dijudicatio ad Homerum relata, et catalogus ipse a legum latore Megalopolitensi pueris reipublicæ suæ discendi caussa traditus. Etsi vero fidei multum sit historicæ, neglexisse Homerum *poetæ* officium, mihimet ipse persuadere nequeo. *Rerum gestarum* ordines præcipue complectitur narratio, attamen in traditione ornanda, rebusque minutioribus pulchritudine quadam vestiendis, ingenii vigorem eminuisse ac sese exercuisse constat. Hinc rerum ornatus, et in locorum designatione quædam fortasse vix percipienda licentia. Et hoc rationi consentaneum; literarum quippe usu tunc temporis minus invalente, (Wolfe Proleg.) et historica narratione intra limites minus arctos constituta. Ordinis, quem observat Poëta, caussæ adferuntur variæ.

Est verisimillimum se commodo suo consuluisse, *ordinem*, quo classis disposita erat, secutum. Hinc Achillis et Myrmidonum ultima fit mentio pro ipsorum collocatione in ordine generali (vid. Θ', 225). Eadem est caussa fortasse cur cum Bœotis inceperit, nisi quod classe ab Aulide, Bœotiæ portu, navigante, hinc occasionem arripuit illos ob oculos primum ponendi. Certe ob situm in centro classis, facillime hinc ad cæteros facta est transitio. In *expressione* summa quoque ars invenitur: Sermonis adaptatio, in locorum populorumque enumeratione, et mirabile artificium in epithetis concinnandis, et jucundioribus quibusdam fabulis intertexendis, tædium auferunt, quod recentioribus, quorum nosse vel legisse vix intersit, ex narratione tali prodiret. Hinc invenitur oratio simplex ac simul perpolita, res optime depingens, varietate delectans, haud nimia quidem illa, sed naturæ ingeniique prole.—Quod vero maximi momenti est, in finibus et designationibus geographicis reperitur. Meminisse debemus, in vicos, pagos, familias, hisce temporibus partiri Græciam, quæ a se invicem separatæ, agros sparsim habitabant. Nusquam grandiores illas civitates invenimus, quas ævo recentiori condiderunt cultioris vitæ auctores, illius tamen semina magnitudinis, quæ postea per tot tantasque terrarum orbis regiones ingruebat. Πόλεις eorum nil nisi vici grandiores fuerunt. Vis et rapiendi cupido, homines feros incultosque semper comitatæ, necessitatem se continendi intra limites arctiores, viresque amicas colligendi præbebant: Hinc munimenta exstructa, et cuncta quæ injuriæ arcendæ vel inferendæ fuerint utilia. In descriptione Homerica, magnitudinis Græcæ origines fortesque aperiuntur. Cæteroquin, in finibus geographicis designandis, doctrinæ et mentis poëtæ illustratio solummodo expectanda est, quo partes narrationis luce nitescant clariori, animique intentiores reddantur, dum seriem atque ordinem rerum, quæ postea enarrantur, pertractat. Collegerat jamdudum Strabo grammaticorum de hisce studia, et Stephanus Byzantius notitias plurimas confert. Inter recentiores Wood, Dalzel, Clarke &c. illustrationes quasdam præbent.——In re Critica vero maxime eluxerunt veterum labores. Nil operis antiqui, nil recentis, mentes eorum magis exercuit, magis cruciavit. "Singulorum quoque grammaticorum operam sibi ea vindicavit, et ſuere, qui carmen paucorum versuum spissis voluminibus illustrarent", ait Heyne, ævique antiquioris auctor bene Scholiastarum labores per similitudinem expressit, ὡς ἐκ βραχείας τινὸς κρόκης πολύμιτον ὑποδεῖξασθαι πέπλον φιλοτιμησάμενοι Eustath. pag. 369. Sic Menogenes, qui de catalogo solo libros viginti tres conscripserat, et Apollodorus, qui duodecim.——Hæc de recensu, antiquitate venerando, et imprimis adcuratæ cognitioni poëmatis ipsius utili, præmittenda censui. Eum attentioribus commendo animis, quam unquam adhuc, vereor ut occurrerit; præceptoribus, quatenus illustrandi laborem minuit, plena eorum expositio quæ ad chorographiam spectant, rem haud parvi momenti ad facta intelligenda, ad locorum designationes sæpe respicientia—discentibus etiam, quos sine fructu laboris aliquid suscepisse vel impendisse studia noluerim, ni spem adtulisset exquisitior rei tractatio. Hæc non sunt ἀκάρπιστα πεδία, sed ad elementa reconditiora societatis Græcæ, et primordia politicæ ejus constitutionis perdiscenda ad-

prime faciunt. (494). Βοιωτῶν μέν· Leitus et Peneleus, quorum hic meminit, Helenæ proci fuerunt, et jurejurando ad auxilium Atridis ferendum obstricti: Bœoto orti, ex Aeolidarum numero, qui postea in unum corpus cum Pelasgis, primis Bœotiæ incolis, redacti sunt. (496). Ὑρίην· Sic a conditore Hyrieo nuncupata; haud longe a Tanagra distabat. Conf. Strab. IX. 587. (497). πολύκνημόν τ' Ἐτεωνόν· *The hilly Eteonus.* ὀρεινήν, κνημοὶ γὰρ τὰ κάτω τοῦ ὄρους—Eust. Sic Sch. br. qui de etymo disserit. Conf. in loc. (498). Θέσπειαν· ad radices montis Heliconis. Paus. Bœot. *Græa* a quibusdam cum *Tanagræa* confunditur, vel saltem non longe distare; Pausan. IX. 20. Sec. Thucyd. 2. 23. antiqua fuit sedes Oropiorum, juxta quam exstructum fuit templum Amphiarai; Conf. Plin. 4. 7. εὐρύχορον Μυκαλησσόν· Sita fuit Mycalessus in partibus Bœotiæ interioribus. Strab. IX. *Mycalessus' ample plain*, Pope. " χορὸς pro loco in quo haberi possunt chori"—et exinde ortum epitheton εὐρύχορον censet Heyne, contra quod Ernestius habet de conjectura Hemsterhusii, viz. poni pro εὐρύχωρον " ne abstinere a vocabulo sonantiori cogeretur Poeta". Licentia vix probanda, adeo ut priori magis adsentior. Pind. habet εὐρυχόρου σπάρτας, Nem. X. 97. (499). Ἅρμ'—urbs fuit in agro Tanagræorum. Nomen inditum fuit a curru (ἅρμα) Amphiarai, terræ motu ibi absorpto.—Hilesion situm fuit in paludibus prope Eleonem et Hylam, Tanagram juxta. A paludibus (ἕλη) vicinis hæ nomina acceperunt. Strab. IX.—Erythræ, in confiniis Atticæ prope Platæam. Hinc nomen accipiebant Erythræ Ioniæ. Meminit Thucyd. lib. III. (500). Ἐλεῶν, κώμη Ταναγρική. Strab. ibid. (501). Ὠκαλέην. Ocalea sita inter Haliartum et Alalcomenas. Mentio ejus fit una cum Amarto in Hymn. ad Apoll. 242.—ἐϋ κτίμενον—*bene situm;* sic insulæ vocantur ἐϋ κτιμέναι, H. ad Apoll. 102. (502). Copæ in parte septentrionali, prope lacum Copaida. Eutresis fuit pagus Thespianorum; ibi templum Apollini Eutresio sacratum fuit. Thisbe sita fuit sub radicibus Heliconis, haud longe a Thespiis. πολυτρήρωνα, *columbis abundantem.* Sic Æsch. in Persis 307, νῆσον τὴν πελειοθρέμμονα, de Salamine locutus. Vid. de omn. Strab. lib. IX. (503). Notissimæ sunt Coronea et Haliartus. In priore concilium habebatur Pambœoticum. Juxta Cephissum, qua parte in lacum Copaida effluit, sita erat. Haliartus nomen accepit a conditore Haliarto, Thersandri filio: Copaidi lac. adjacebat prope Platæam et Coronæam; ποιήενθ', ex natura soli. (504). Platææ inter Citheronem et Thebas locatæ. Hic Persæ cladem a Græcis acceperunt.—Glissas in agro Thebano fuit; famæ notus propter cultum vitium et prælium Epigonorum contra Thebanos—Pausan. IX. 19. 2. (505). Ὑποθήβας---oppidum in agro qui Thebis adjacebat, exstructum a Thebanis qui e pugna cum Epigonis sospites evaserunt, et hinc adpellatum ὑπὸ Θήβας. Strab. IX. (506). Ὀγχηστόν θ' ἱερόν· Interpunxi ut in Edd. Heyn. Wolf. Ang. *and the sacred Onchestus, the fair grove of Neptune.* Conf. Hymn. Apoll. Situs fuit Onchestus in agro Haliartico, templum ubi et lucus Neptuno sacrata; Strab. ub. sup. Pausan. IX, 26, unde a Pindaro " Deus Onchestius" adpellatur. Hic certamina curulia habita quæ in hymn. cit. describuntur. (507). Arne fuit prope Chæroneam locata; Deleta est una cum urbe vicina, Midea, inundante lacu Copaide.

Strab. lib. VIII. Urbs ipsa ædificata est ab Aeolis qui a Thessalia migraverunt, post bellum Trojanum; ager vero vicinus ita nuncupabatur. Errat Pausanias de situ hujusce urbis, IX, 40, eandem esse ac Chæroneam existimans. (508). Νίσσαν τε ζαθέην· Urbs fuit prope Anthedonem. Varie legunt, *νίσσαν, νῖσαν, νῦσαν*—hanc prætulerim. Juxta Heliconem fuit, ejusque meminit Steph. Byzant.—Euripo adjacebat Anthedon, e regione Eubœæ, et ἐσχατόωσα, littore extremo, Locridem versus. Strab. ut sup. Stat. Theb. VII. Fabulosa fuit ob Glaucum, qui Deus marinus factus est; Athen. VII, 296. (511). Ἀσπληδόνα· prope Locridem sita, in confiniis Bœotiæ, et triginta fere stadia ab Orchomeno distabat. Ὀρχομενὸν μινύειον—*The Minyean Orchomenus.* Bœotiæ ditissima fuit urbs, templumque habuit Gratiis sacratum. Divitiarum meminit Achilles, inf. ι, 381. Per epith. μινύειον distinguitur ab Orchomeno Arcadiæ, ὀρχομ. πολύμηλον, inf. 605, et ita adpellatur a Minya, Sisyphi filio, nepote Aeoli, qui ibi sedem fixit. Strab. IX. Paus. IX. 36, sq. Notandum est Orchomenum et Aspledonem a reliqua Bœotia disjunctos, proprios habere duces ex gente Minyarum. (512). Ἀσκάλαφος καὶ Ἰάλμενος· Argonautæ sec. Apollod. et procos inter Helenæ. Ascalaphi mentio fit a Deiphobo occisi, inf. ν', 518. (517). Σχεδίος καὶ Επίστροφος· Ex gente Aeolidarum fuerunt. Ordo stemmatis fuit, Aeolus, Sisyphus, Ornytus, Phocus (a quo Phocenses nominati) Ornytion, Naubolus, Iphitus. (519). Κυπάρισσον. Cyparissus, sec. Pausan. X, 36, idem est ac Anticyra ad sinum Corinthiacum. Nulla, post Homeri tempora, extitere vestigia.—*Pytho* antiquitus adpellati sunt Delphi. Strab. IX. Pausan. in Phocic. X. Sic inf. ι, 405, πυθοῖ ἔνι πετρηέσσῃ. (520). Κρίσσαν· Sedes maritima ad sinum Corinthi, qui hinc Crissæus adpellatus; prope Cirrham fuit sec. Strab. sed unam eandemque esse dicit Pausan. X. *Daulis* ad Cephissum sita, ad radices Parnassi. Thraces ibi consederant. In Daulide regnavit Tereus in fabulosa compage notissimus. Vid. Paus. X, 4. Hygin. fab. 45. Hinc luscinia adpellata, *Daulias avis*, Ovid. ep. XV. 154. Conf. Lemp. in Daul. *Panopeus*, ad Cephissum lac. et Orchomeniæ vicina. Tityus vim Latonæ inferens hic ab Apolline interfectus est. Paus. ub. sup. (521). *Anemoria* v. *Anemolia*, a th. ἀνεμὸς, a situ excelsiori scil. in confiniis Phocidis et Delphorum erat; Strab. *Hyampolis*, in finibus Locridem versus, et ab Hyantibus, Bœotiæ transfugis, condita; Pausan. (522). Cephisus ortum ducit prope Lilæam, per Phocidem fluit in Bœotiam, lacum versus Copaida. Conf. fragm. Hesiodeum in Eustath. ὅς τε Λιλαίηθεν προχέει καλλίῤῥοον ὕδωρ, &c. Incolæ nominati Parapotamii et Epicephisii. Agri qui adjacebant pulchritudine et fertilitate insignes ferebantur. *Lilæa* in finibus fuit, et prope fontem Cephissi; hinc verb. ἐπὶ πηγῆς. conf. Stat. Theb. VII. (525). οἱ μὲν Φωκήων. Schedius et Epistrophus scil. ἵστασαν, *instruxerunt.* (526). Βοιωτῶν δ' ἔμπλην· Verte, *Bæotos prope, ac versus sinistrum cornu, instructi sunt.* ἐπ' ἀριστερὰ, ad ordinem *aciei*, haud *navium* respicit, qui diversi erant. Caussas plenius adfert Heyne Obss. p. 308. Verosimilius videtur neutrum ab Homero in *recensu* ipso observari. (527). Λοκρῶν δ'—Distinctio Locrorum in *Epicnemidios, Opuntios*, et *Ozolas* Homero ignoratur. A situ geographico in v. 535, certum est *priores* Ajaci subditos fuisse, qui postea fuerunt in Concilium Amphictyonicum ad-

missi. Conf. Strab. VI, Melam, Pausan. Ach. et Phoc. (528—29—30). μείων, οὔτι τόσος γε. Hos vss. supposititios esse censuit Aristarchus, et duos priores, Sch. et Eustath. Nec satis validas adtulisse rationes, cur retineantur, Clarkium Heynio videtur. Ordinem certe rumpunt sententiæ, nec modo pugnandi, in quo Ajax præsertim præcelluisse fertur, convenit, quæ datur, armatura. "Thorax lineus" *sagittariorum* fuit. Clarkio adsentior judicanti rationes tres a Sch. br. allatas admodum esse futiles. Vid. in loc. et imprimis Heyn. Obss. (531). Vid. Steph. Byzant. in Κῦνος. Strab. IX. 616. Portus fuit Opuntiorum e regione Eubœæ. *Opus* Panopææ in Phocide adjacebat, XV circiter stadia a mari. Laudes ejus cecinit Pind. Ol. IX, 63 sqq. Ibi natus est Patroclus, inf. σ', 326. (532). Βῆσσάν τε· A Strabone ut obsita arbusculis describitur, unde βῆσσαι, *saltus*, a grammaticis. Conf. l. VIII. 618. *Thronium* supra portum Cnemidis, ad sinum Maliacum fuit. Meminit Liv. 36. 20. Strab. IX. Alterum fuit, urbs Epiri, a Locris conditum, qui a Troja reduces fuere. (535). Designantur Locri Epicnemidii. Verba πέρην ἱερῆς Εὐβοίης Poëtæ Ionico conveniunt, vel in insulis orientem versus degenti: Conf. Wood. comp. v. 626. (536). Ἄβαντες· Origine fuerunt Thraces, et ex Abis, oppido Phocensi, nomen acceperunt, unde in Eubœam transierant. Strab. X. 648. Insulam Eubœam tres gentes tenuerunt, Dryopes Pelasgici, Advenæ Cadmi, et Hellenes, quorum duplex fuit origo, Ionicus et Aeolicus. Cum Ionibus postea in unum corpus redacti sunt Abantes. Conf. Herod. 1. 146. (537). Urbes Eubœæ. *Chalcis* ad mare sita, continenti proxima, et e regione Aulidis in Bœotia, unde classis evecta est. *Eretria*, inter Chalcidem et Gerestum; *Histiæa* postea Oreum v. Oreus dicta est; Insulæ septentrionem versus maxime vergebat. Strab. X, &c.—[Porro de metro v. 537, bene disserit Clarke. Plane constat vocalem corripi posse ante duas vel plures consonantes, præsertim inter Atticos, nec haberi rationem regulæ *positionis*, nisi vocalis ipsa sit longa. Hoc obtinet præcipue si a muta et liquida syllaba insequens inchoarit, vel si ore simul efferri possunt, adeo ut vocalis ipsa syllabæ unius loco habeatur. Sic inter exempla a Clarke adducta, τέ—κνον, ὑ—κνοῦμαι Ἠλέ—κτρύωνος, λέ—κτρον &c. Sic in voc. ἱστίαιαν, quæ divisim legi potest Ἱ—στιαιαν, ut inf. ί, 382, αἰ—γῦ—πτίας. Hanc, si fuerit, licentiam *divisioni* syllabarum recte adtribuit Dawes, pag. 73, Misc. Crit. et propterea ante *mutam* et *liquidam* usitatior est. Hinc minime necessarium est vocem pro *trissyllaba*, ut quibusdam placet, haberi, vel cum Barnes legere ἱτίαιαν, eliso σ ob sonum rapidius emissum; vocabula sunt inter Romanos in quibus *illa* se commendat ratio: Sic Virg. *ariete crebro*, Aen. II, 492. *genua labant*, V, 432.]. (538). αἰπὺ πτολίεθρον· ob situm excelsum scil. (542). ὄπιθεν κομόωντες· Observat Sch. br. hanc tonsuram Eubœis fuisse propriam. Caussæ meminerunt Strab. X. Eustath. Inter Curetas et Abantas bello exorto, Illi, dum in acie certatum est, comis Abantum prehensis, quas densiores nutriebant, multos trucidarunt. (543). ὀρεκτῇσι μελίῃσι· *porrectis hastis-fraxineis*, i.e. cominus pugnabant cum hasta. Conf. δ', 307. Hinc Strab. X, οἱ δ' Εὐβοεῖς ἀγαθοὶ ὑπῆρξαν πρὸς μάχην τὴν σταδίαν. (547—8—9). δῆμον Ἐρεχθῆος· *Sextus* fuit Athenarum rex Erectheus, *quartus* Erichthonius, quem Attici scriptores male cum altero

confundunt. In 548, τέκε δὲ ζείδωρος ἄρουρα, epitheti habetur origo quo valde delectabantur Athenienses, viz. αὐτόχθονες, *ex agro ipso nati, indigenæ.* Ex advenis (ἀλλοφύλοις) conflati, magna pars, incolæ Græciæ. In 549, Poëta ad divinos honores respicit, quos ab Atheniensibus sortitus est Erectheus. Est σύνναος Minervæ. Templi ejus in Acropoli, et sacrorum solennium meminerunt Herod. et Pausan. (550). ἐνθάδε μιν ἱλάονται. Hæc de honoribus ad Erectheum delatis accipio, et μιν verto, *illum*; sic Sch. br. reclamante Clarke. Ang. *There with bulls and lambs the children of the Athenians offer propitiatory sacrifices to him at the completion of each revolving year.* Sic Heyn. "quem pro heroe indigete in æde Athenes colunt Athenienses solenni festo annuo." Exponit vero Eustath. per festa Panathenæorum quæ ab Orpheo instituta erant et a Theseo instaurata. De quantitate ἵλαος vid. sup. ά, 583. Proponit Heyn. h. l. lectionem ἱλόωνται, vel pronuntiari ἱλῶνται. (552). Πετεῶο. gen. a Πετεὸς,—ου,—οῖο,—ῶο, secund. Aristarchum. Aliter Herodianus qui a nom. Πετεὼς deducit. Math. § 70. Menestheus fuit pronepos Erecthei; cum patre Peteo ex Athenis, insidiante Ægeo, ejectus erat: postea vero redux Theseum in regno excepit. Pausan. I. 62. 272. (553). Locus classicus est de tactica Atheniensium. Quanta fuit Nestoris peritia vidimus sup. 363; conf. inf. δ', 294. κοσμῆσαι ἵππους, i. e. ἱππῆας, *agmen eqnestre.* (555). οἶος ἔριζεν. *solus certabat de palma*, viz. scientiæ militaris. (558). ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο—Versus a Solone adlatus ad lites componendas inter Athenienses Megarensesque de insula Salamine, quem ipse interpolâsse fertur. Megarenses legebant, Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν νέας, ἔκ τε Πολίχνης, ἔκ τ' Αἰγειρούσης, Νισαίης τε Τριπόδων τε. Vid. Strab. IX. Causa ceciderunt. Quinctil. V, 11. (559). οἳ δ' Ἄργος. Opibus inter civitates Peloponnesi quondam præstabat; hoc vero tempore, ob Mycenas regno Atrei additas, secundas partes tenuit. Imperio Diomedes potitus, quippe Ægialei nepos. Oppidum cujus hic meminit Poëta, a mari circiter XL stadia distabat. *Tyrins*, inter Argos et Epidaurum sita; epith. τειχιόεσσα adjungitur ob mœnia a Cyclopibus exstructa. Strab. VIII. Pausan. II. *Asine, Hermione, Trœzen*, ad sinum Hermiones (βαθὺν κόλπον) sitæ fuerunt. Paus. Corinth. *Eiones*, urbs maritima, quæ Mycenæis fuit pro navium statione; Th. ἠϊὼν, *litus. Mases* litori Argolico pertinebat. *Epidaurus* oppidum fuit cui insula parva adjacebat in parte interiore sinus Saronici: Strab. ubi sup. Insula Æginæ partes adversas tenuit. (564—5—6). *Diomedes, Sthenelus* et *Euryalus* consanguinei fuerunt, quippe Adrasti, regis Argivorum, nepotes. De Talaidis v. Talaonidis, qui summas partes in Argolide tenuerant, Conf. Pind. Nem. IX, 32, sqq. Talaus, pater Adrasti, ex Argonautis fuit. Apollod. I. 9. Forma patronymica Ταλαϊονίδαο oritur ex recto Ταλαίων. Est pro ταλαΐδαο a ταλαός. vid. Math. § 100. (570). *Cleonæ* fuit urbs inter Argos et Corinthum; ἐῢ κτιμένας, ob muros bene exstructos scil. meminerunt Strab. Pausan. *Ornia* ad fines Sicyonios jacebat. In temporibus Strab. deserta est. *Aræthyrea* sita fuit ad fontes Achaici Asopi, in agro Phliasio. Incolæ haud paulo post in Phliunte, urbe vicina, consederunt. Paus. Corinth. (572). *Sicyon*, inclyta urbs, inter

Corinthum et Achaiam. Situs amœnissimus perhibetur. πρῶτ' ἐμβασίλευεν. Seditione ab Oïclidis (auctore Amphiarao) contra Talaum excitata, Sicyonem ex Argis fugit Adrastus, ubi in regno avum maternum Polybum excepit. Rebus compositis postea in Argis imperavit. (573—4—5). Urbes quæ hic memorantur Achaiæ sunt, quæ olim *Ægialea* adpellata ; Vid. Strab. VIII. Pausan. VII, 1, sqq. Hinc Iones qui in Peloponneso remanserunt post reditum Heraclidarum fuerunt *Ægialenses* designati. Conf. Burges ad Dawes, p. 336. *Hyperesia* eadem fuit ac Ægira, inter Pellenen et Helicen sita, e regione Parnassi. *Gonoëssa* v. *Gonussa*, sec. Sch. et Eust. erat Pellenes promontorium, supra Sicyonem. *Pellene* ipsa a mari LX. fere stadia distabat, Sicyoni et Pheneo confinis. *Ægium* fuit ubi concilium Achæorum habitum est. Narrat Pausan. ub. sup. templum ibi exstructum Jovi Homogyrio, quo Græcos ductores coëgerat Agamemnon antequam naves conscendissent. In litore posita est *Helice* XL circiter stadia ab Ægis, quæ biennio ante pugnam Leuctræ, mari inundante, deleta est. (575). αἰγιαλόν τ' ἀνὰ πάντα. Poëta hic Straboni videtur omnes reliquas Achaiæ urbes designare; vid. inf. ι, 149—154. Pars Ionicæ migrationis in hisce regionibus consederat, et in unum postea corpus cum Pelasgis Ægialensibus redacti fuerant : Agrum tenebant, donec, invadentibus Heraclidis, ejecti sunt. Conf. H. Obss. p. 526.—(578). ἐν δ' αὐτὸς ἐδύσατο. ἐνεδύσατο, Sch. ἐν αὐτοῖς ἐδύσατο, *Heyne*. νώροπα *splendidum*, "a νῶ, i. e. στερέω, *privo*, quia præstringit oculos." Heyn. ex Porphyr. quæst. (579). κυδιόων, *superbia elatus*. κυδιᾶν, *superbire*. Conf, inter plurim. inf. ζ', 509. Virg. Æn. XI. 725, X. 3, 4. (581). κοίλην Λακεδαίμονα, κητώεσσαν, Ang. *The extensive Lacedæmon embowered in hills*. Hic et urbs et ager qui adjacebat, uno nomine designantur. κοίλην, ob vallem quæ inter Taygetum et Parthenium jacebat : sic Œdip. Colon. 378, κοῖλον Ἄργος. κητώεσσαν· μεγάλην—παρὰ τὸ κῆτος—μεῖζον τῶν ἐνύδρων ζώων, ut recte Sch. br. Reliqua quæ congesssit ex Strab. VIII. ineptiæ sunt. Conf. Od. δ', 1, et Sch. br. ubi explicatur epith. κοίλην diverse paullulum. Porro in partes quatuor divisa est pars Peloponnesi memorata in 581. 591. 603. 615. viz. Laconiam, Messeniam, Arcadiam, Elidem. (582). *Phare*, vel. sec. Ernest. Wolf. *Pharis*, haud longe ab Amyclis posita est ad sinum Messeniacum. *Sparta*, urbs notissima ad flum. Eurotam. *Messa*, oppidum et portus supra promontorium Tænarum, quæ in temp. Strabonis evanuerat. Quidam pro *Messene* accipiunt, partem cujus Laconiæ vicinam sub ditione forsan Menelaus tenebat. *Brysea* sub monte Taygeto sita est. *Augeæ* v. Ægiæ, haud longe a Gythio positæ, circiter triginta stadia. *Amyclæ* sub Taygeto sitæ viginti fere stadia a Sparta, mare versus. *Helos* supra Gythium jacebat intra sinum Laconicum. Oppidum a Dorensibus captum fuit, et, civibus in servitutem redactis, nomen postea (Helotes) servos omnes publicos designavit. *Oetylus* prope Tænarum situs fuit. Conf. omn. in Paus. Lacon. Strab. ubi sup. (587.) ἀπάτερθε δὲ θωρήσσοντο. Ex hisce constat copias Menelai a fraternis fuisse diversas, et ab Argivis, etsi Achaicæ genti omnes pertinebant. θωρήσσοντο, *instructi sunt*. (588). ᾗσι προθυμίῃσι. *sua animosa virtute fretus*, quam in Menelao, tantum injuriæ passo, maximam fuisse abunde constat. De

verbis ὁρμήματά τε στοναχάς τε, diversimode acceptis, vid. sup. 356. (591).) Nestoris memoratur ditio, Messenia. In usu Homerico a *Pylo* designantur et urbs et terra quæ circumjacebat, *Triphylia* vocata, et quæ postea Elidis pars erat. Tres fuere Pyli, Elidis, Messeniæ, Triphyliæ; tertiam Nestoris extitisse Straboni videtur, secundam, Stephano et Pausaniæ. Hanc confusionem ex mutatis nominibus ortam verosimile est; nam Messenia, sub tempus belli Trojani, inter Agam. Menel. Nest. partita est, postea vero *Triphyliæ*, partis Nestoreæ, amissum nomen, urbesque ejus inter *Messeniacas* ac *Elidenses* relatæ. *Arene* fuit urbs Triphyliæ prope ostium Anigri. Strab. 9. Paus. 5. *Thryon*, ad flum. Alpheum, quod postea *Thryoessa* vocatur. (592). ἐΰκτιτον Αἶπυ. *Æpy* urbs maritima fuit. At mira est sententia Pherecydis Athen. qui verterat, *Euctitum excelsum* quasi αἶπυ fuerit epith. Poterat sane, at *nomen* postea fieri urbis in loco editiori constitutæ. Rem attingit Sch. br. *Cyparisseis* in confiniis Triphyliæ sita fuit, ad sinum inde vocatum Cyparissæum. Paus. in Messeniac.—Proxima fuit *Amphigenia*, ut et *Pteleon*, ab advenis Thessalis conditum. *Helos*, prope Alpheum. *Dorium*, Pausan. IV. (595). Θάμυριν τὸν Θρήϊκα. Thamyridis fabulam habemus in Apollod. 3. Pausan. IV. 33. Thrax fuit, filius Philammonis et Argiopes, quam Orpheo nuptam fuisse conjectant quidam. Cum musis certasse fertur, ac pœnam, qualis hic memoratur, persolvisse. Antiquissimus est mythus, nec satis certo constat de Œchalia v. de Euryto qui hic affertur. Eurytus fuit Thessalus, 730 inf. et Œchalia fuit urbs Thessaliæ; certamen vero in Messenia constituitur, quod vix constat. *Heyn.* Obss. Sed poterat Thamyris Thessaliam visisse a Thracia iter faciens, et Musis apud Dorium, via confecta, occurrisse. Certum est Græcos a Thracibus advenis musicam et carmen accepisse; Testes sunt *Orpheus, Musæus, Eumolpus,* &c. Vid. Dunbar. tract. de Vers. Hom. p. 5. Porro de urbe Messeniæ, Œchalia, et heroe Euryto indigete scripsit Pausan. IV, 2. 27. (597). στεῦτο γάρ· *profitebatur enim se palmam laturum.* A rad. στέω, unde στῶ, στεFω, στεύω &c. Conf. præf. Harles. ad Dawes. § IV, V, de υ interposito. εἴπερ ἂν αὐταὶ—Ang. *even though the Muses themselves were to sing.* Luebat vero, cantandi peritia, dono divino, (θεσπεσίη ἀοιδή) amissa. (599). πηρὸν, *cæcum.* (600). ἐκλέλαθον, *oblivisci-fecerunt; And doom'd him to oblivion of his art.* Cowp. Sic καθίζω, *sedeo, sedere-facio,* quæ vis in verbis Græc. usitata est. Vid. Zeun. ad Viger. pag. 148. (601). Γερήνιος· Vid. sup. 336. (603). Memorantur Arcades sub Agapenore. Bella diuturna cladesque acceptæ Arcadiam adeo vastaverant, ut harum urbium vestigia ad tempora Strabonis vix pervenerunt. *Cyllene,* mons altissimus ad confinia Achaiæ et Arcadiæ, cui adjacebat Pheneus. Hinc Mercurii epith. *Cyllenius. Pheneus* prope Pellenen et Stymphalum posita est. *Orchomenus,* prope Pheneum et Mantinæam. Una ex urbibus fuit quæ Megalopolin, ab Epaminonda conditam, conficiebant. De epith. πολύμηλον, vid. sup. 511. *Rhipe, Stratie, Enispe,* geographis ignotæ. *Tegea* et *Mantinea* inclytæ erant; illa inter Argos et Spartam posita est, hæc Tegeæ, Argiæ et Orchomeno adjacebat. *Stymphalus* fuit Phlyasiæ vicina, prope lacum et rivum

ejusdem nominis. *Parrhasia*, Laconiæ confinis, nomen a filio Lycaonis accepit. (612). αὐτὸς γάρ σφιν δῶκεν· propter situm Mediterraneum res maritimas Arcades non curabant, erant vero bellicosi; Sic de Philopœmene Livius, "Prætor Achæorum sicut terrestrium certaminum arte quemvis clarorum imperatorum vel usu vel ingenio æquabat, ita rudis in re navali erat". 35. 26. Agamemnoni classis prægrandis fuit, tot insulas et tantam oram maritimam ditione ejus complexa. Vid. sup. 109. (615—19). Epeorum copiæ memorantur. Quatuor duces totidemque oppida sunt quæ intra fines Elidis et Buprasii continentur, ut constat ex h. l. inf. ψ', 630, Odyss. ν', 275. Notandum est urbes Elidis nondum sub eodem imperio coaluisse; Pylios quoque Triphyliacos supra vidimus sub ditione Nestoris. *Epei* a stirpe Pelasgica orti, postea *Elei* nuncupati, a ducibus diversis. Vid. Paus V. Illis jampridem res male cesserant ob clades a Hercule et Pyliis acceptas. Conf. inf. λ', 670 &c. 688 &c. *Buprasium* fuit regio inter pagos diversos partita; fuit oppidum et flum. ejusdem nominis prope Elida. Steph. Byzant. *Elis* quoque agri tractus fuit, Buprasium ipsum, ut Straboni videtur, complexus; ἡ χώρα κωμηδὸν ᾠκεῖτο—VIII. 489. (616). Ordo sententiæ est: οἳ ἔναιον Βουπράσιον—(ἐπὶ) τόσον)—ἐφ' ὅσον Ὑρμίνη—ἐέργει ἐντὸς, κ. τ. λ. Ang. *Who inhabited as far as the tract extended which Hyrmine &c. comprehend. Hyrmine*, cujus nulla in tempore Strabonis vestigia exstiterunt, a filia Epei adpellata est. *Myrsinus* v. *Myrtuntium* ad mare jacebat. Strab. ut sup. *Petra Olenia* in confiniis Achaiæ et Elidis jacebat prope ostium Piri fluv. *Alisium* in agro Pisæo fuit, inter Elidem et Olympia. Strab. VIII. conf. inf. λ', 755—6. (620). Duces *Epei*, Amphimachus, Thalpius, Diores, Polyxenus. Hercules, ut notum est, Augeam debellaverat, atque imperium tradiderat filio ejus Phyleo. Frater ejus, Agasthenes, illum excepit, cujus filius hic memoratur Polyxenus. Cteatus et Eurytus, quorum meminit, auxilio Augeæ lato, ab Hercule occisi: partem Elidis una cum Diore eorum filii sortiti sunt. Amaryncеus, pater Dioris, opem quoque contra Herculem tulerat. (621). Patronymicum ἀκτορίωνος respicit et ad Κτεάτου et Εὐρύτου, ambo enim Actore nati. Proponit Heyne ἀκτορίωνων. possit quoque defendi ἀκτορίωνε in apposito cum υἷες, et verti, *nepotes Actoris;* illud vero prætulerim. (625). Ἐχινάων θ' ἱεράων· Echinades insulæ ad oram Elidis sitæ sunt ante ostium Acheloi. Plures earum continenti amnis alluvies adjunxit; Wood pag. 8.—Phyleus Augeæ iratus ob Herculem injuria adfectum, Echinadas cum quibusdam Epeis occupavit ac Megeti imperium reliquit. Apollod. 2. (626). Ang. procedit sententia—*Those who came from Dulichium and the sacred isles of the Echinades, which are situated beyond the sea which lies opposite to Elis.* Sic Dac. Locus classicus pro origine Ionica Homeri, sec. Wood ubi sup. et ob verba πέρην ἁλὸς, ut sup. 535. At conf. Heyne Obss. h. l. αἳ ναίουσι, *quæ sitæ sunt.* Sic Soph. Ajax, 602. σὺ μέν που ναίεις ἁλίπλαγκτος—(631). *Cephallenes* qui hic memorantur oram quoque maritimam Acarnaniæ tenuerant. *Neritus* fuit mons Ithacensis; Odyss. I, 22. Insula est, Aen. 3. 271. *Crocylea* et *Aegilips* in Ithaca quoque erant. (635). ἤπειρον· vel *terram continentem*, vel *Epirum.* Si hæc intelligitur, de ora solummodo maritima loquitur poëta, viz.

Acarnania et Leucade, quæ e regione Echinadarum sita est. ἀντιπέραια, *objacentia*, i.e. *tractus insulis objectos*. (637). μιλτοπάρηοι, *red-prowed*. μίλτος—πηλὸς ῥουσιώδης. Sch. Od. ί, 125. Hinc inter cæteras Ulyssis naves erant conspicuæ, et locus in centro classis extitit quo citissime convenire poterant ad consilia agitanda principes. Conf. inf. λ', 805, sqq. (638). Aetolis imperat Thoas. Fuit Andræmonis et Gorges filius, Œnei nepos, sec. Apollod. Aetoliam primo Curetes coluere, sed, pulsi ab Epeis, in Acarnania demum consederant. Strab. X. memorat porro Eustath. lite inter Aetolos et Aeolas orta de urbe Calydone, cessisse eam Aetolis " quia Homerus hoc in loco mentionem ejus fecerat in Aetolorum catalogo". *Clarke*. Conf. sup. 558. Hi Aetoli stirpe Aeolica fuerunt. Urbes eorum—*Pleuron*, a Curetibus primo condita, prope Chalcidem, versus oram maritimam jacebat. *Calydon*, ad flum. Evenum sita est. Conf. inf. ί, 526 sq. *Olenus* supra Calydonem fuit, prope Evenum flum. occidentem versus. *Pylene* haud longe a Pleurone distabat; *Chalcis*, urbs maritima, ad latus occidentale Eveni. Vid. omn. in Strab. l. X. (642). οὐδ' ἄρ' ἔτ' αὐτὸς ἔην· De Oeneo vid. Hygin. fab. 129. Apollod. 1. 8. inf. ί, 526 &c. de Meleagro quoque. Œneus fuit Porthaonis filius, ex stirpe Aetoli. Ex illo nati Meleager et Tydeus, quorum hic in bello Thebano, ille, insidiante matre Althæa, periit. Decessit Œneus, senio et ægritudine confectus. (643). τῷ (i.e. τούτῳ, Thoanti) ἐπετέταλτο ἀνασσέμεν (κατὰ) πάντα, verte, *huic igitur summa rerum erat commissa*. (646). Cretensibus imperant Idomeneus et Meriones. *Gnossus* in loco campestri, inter Lyctum et Gortynam situs est, a Lycto circiter CXX stadia. Strab. X. *Gortyn* fuit olim florentissima; distabat a mari Lybico circiter XC stadia, et Lyctus circiter LXXX. A *Mileto*, qui hic memoratur, urbs Asiæ notissima orta est, colonis ibi a Sarpedone deductis. Strab. XIV. *Lycastus* et *Miletus* fuerant ante temp. Strab. deleti, eorum agro a Lyctiis et Gnossiis occupato. Epith. ἀργινόεντα, datur, ob cautes niveas scil. ut Virgilianum, *niveam Paron*. De Phæsto vid. Odyss. γ', 296. (651). ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ· Elidenda α quod Aeolicis usitatum (Conf. Sapph. in Heyne) adeo ut distinguatur, ἐνυαλίῳ 'νδρειφόντῃ. Probant Ernesti, Barnes. Durior Clarkii ratio, ἐν—υα—λί—ῳ, quadrisyllaba facta coalescentibus υ et α. (653). Tlepolemus, Rhodiorum dux, filius fuit Herculis et Astyochiæ. Rhodum variæ tenuerunt gentes: indigenæ fuerunt Heliadæ et Telchines. Aeoles et Achæi sub Tlepolemo; Dorienses post mortem Codri Atheniensis. (655). διὰ τρίχα κοσμηθέντες· sic Heyn. Wolf. vulg. διάτριχα. τρίχα ab τριχὸς, neut. plur. et ordo, διακοσμηθέντες (κατὰ) τριχὰ, *trifariam instructi*. (656). Conf. Strab. XIV. (659). *Ephyra*, quæ hic memoratur, fuit urbs Thesprotiæ in Epiro cujus rex Phylas a Hercule occisus est ob sacrilegium ad Delphos. Apoll. II, 7. altera in Elide fuit: Strab. VIII. 491. (661). Τληπόλεμος δ', ἐπεὶ οὖν τράφη—αὐτίκα κατέκτα—Ang. *Had no sooner grown up—than he slew Licymnius*. τράφη a verb. τράφημι, *adolesco*. Reus cædis fugit Tlepolemus, et Rhodum occupat. Rem narrat Pind. Ol. 7. 49 &c. (666). υἱέες, υἱωνοί τε—Heraclidæ hic primo memorantur. ἀπείλησαν, minaci sermone usi, Tlepolemo fraudem struunt. βίης ἡρακληείης· *of the mighty Hercules*. Formula loquendi usitatissima est quum de personis exi-

miæ dignitatis sermo fit. Amant valde Tragici: Sic Aesch. Sept. 571, 573, 579. Conf. Eurip. Hecub. 297, et not. Porsoni. Occurrit sim. inf. 851. γ', 105. Modo non absimili usurpatur μένος, Odyss. θ', 2. ἲς, π', 476. Usus ad Romanos transierat; Sic Virg. Aen. IV. 132, *Odora canum vis*. Phæd. I. Fab. 13. (667). ἷξεν a forma ἵξω; conf. Odyss. δ', 1. Erat quoque ἵκω, ut ἥκω, ἥξω. inficete a quibusdam ponitur Bœotice pro ἷκεν. (668). τριχθὰ δὲ vertitur, "trifariam autem *distincti*, habitant tributim". Sic sup. διὰ τρίχα κοσμηθέντες, secundum κώμας v. κατοικίας, *tractus*, in quos Rhodus, nondum urbibus distincta, divisa erat. Hinc Lindus, Jalyssus et Camirus regiones fuere quas advenarum φυλαί tenebant. (670). καί σφιν θεσπέσιον —Ang. *and poured upon them abundant wealth* &c. Hunc locum Pindaro ante oculos versatum fuisse constat in Ol. 7, 62. 91. ἔνθα ποτὲ βρέχε θεῶν βασιλεὺς ὁ μέγας χρυσαῖς νιφάδεσσι πόλιν. et, ξανθὰν ἀγαγὼν νεφέλαν, πολὺν ὗσε χρυσόν. Adnotat Eustath. Rhodios Minervæ e Jovis cerebro natæ primos omnium sacra fecisse, unde Claudianus, "Auratos Rhodiis imbres, nascente Minerva, induxisse Jovem perhibent". *Benedict.* in loc. cit. Sermo poëticus est unde constat Rhodios jamdudum res maritimas aggressos atque opibus abundasse. θεσπέσιον, ut θεῖον, ἱερὸν, *immensum*; vel forte, *divinitus immissum*, ob mythum scil. (671). Syme inter Rhodum et Dorida jacebat. (676). Inter Sporadas hæ insulæ recensentur, quæ inter Rhodum et Cretam sitæ sunt meridiem Asiæ versus. Ductores erant Heraclidæ, 679. Celebratur Cos ob statuam Veneris, Aesculapii templum, et medicum Hippocratem. (681). Recensentur copiæ Achillis. Regionis hujusce primi incolæ fuerunt Pelasgi, hinc Ἄργος πελασγικὸν dicitur, ne cum ditione Agamemnonis confundatur quæ ἀχαϊκὸν adpellata, et partem majorem Peloponnesi complexa est. De hoc Thessalarum copiarum recensu observat Strabo, IX. regionem ab Homero dividi in decem imperia, quorum novem hic memorantur, et *decimum* in ι', 480, viz. *Dolopes* sub Phœnice. Ditio Achillea a Trachine prope Oetam ad flum. Enipeum prolata est, et fines habuit orientem versus flum. Peneum atque Eumeli, Protesilai et Philoctetis imperia. Sperchium flum. complexa est sec Strab. p. 661.—*Alos*, urbs Phthiotidis prope Ambryssum, ab Athamante, Aeoli filio, condita. *Alope* quoque Phthiotidis erat, quæ nomen et ortum duxit ex oppido in Locride Epicnemidiorum. Strab. IX. *Trachin* ad sinum Maliacum, prope Thermopylas locata, unde haud longe distabant Trachiniæ, quo se recepit Hercules post Eunomum occisum. (683). Helladem et Phthiam distinctas fuisse regiones in ditione Achillea constat, at de limitibus et situ non item. Dicebant Pharsalici haud procul ab eorum urbe fuisse. Verisimilius est Phthiam inter Helladem et Alum positam; at nomen quoque Phthiorum sortiti qui Protesilao et Philocteti parebant. Conf. ν', 686 —93—99, una cum β', 704, 727. Tractus fuere v. κατοικίαι, ut sup. 668. (684). μυρμιδόνες δὲ καλεῦντο—Myrmidones ita adpellantur a Myrmidone, Actoris filio. Peleum ab Aegina ad Eurytionem profectum secuti. Ex stirpe *Aeolica* fuerunt et *Hellenes* etiam nuncupati ab Hellene qui in Phthiotide olim regnaverat. Nomen hocce ad partem tantummodo Thessaliæ primo respexisse videtur (Apollod. Strab.) sed postea se latius extendisse, ob admistionem gentium Pe-

lasgicarum et concilium Amphictyonicum. Paulatim hinc nomen amissum atque illa gentium consociatarum adsciverunt Hellenes. Retinuerunt vero Græci, quod hic memoratur, nomen πανέλληνες—et magno cum studio, quippe antiquitatem innuens. Poëta quoque hic Achæorum meminit qui Hellada et Phthiam tenebant; conf. inf. ί, 395. Mortuo Hellene, filius ejus Xuthus, a fratribus expulsus, ad Erectheum Atheniensem se recepit, ubi filiam ejus nupsit, habuitque natos Achæum Ionemque. Prior ad Thessaliam postea, a Peloponneso, reversus, et imperium ibi quoque fundavit, unde gens Achæa latissime diffusa: Græcia adpellata Ἀχαιίς, ut sup. ά, 254. Græci παναχαιοί, ut πανέλληνες. De Achæis Phthiotidis memorat quoque Liv. 33, 32, qui a Romanis, victo Philippo, vindicati fuerunt in libertatem. A stirpe *Achæa* oriundi, Argivi—559. Mycenæi—569. Lacedæmonii—581. Phthii—683. 695. 716. Ab *Aeolica*, Bœoti—494. Phocenses—517. Locrenses—527. Pylii—591. Elei—615. Dulichienses—625. Ithacenses—632. Eubœenses—536. Arcades—603. Rhodii—654, erant partim Achæi, partim Aeolici. A *Dorica* Cretenses orti—645. Ab *Ionica*, Athenienses, duce Menestheo—546. Hæ stirpes fuere celebres antiquæ Græciæ, a Xutho et fratribus ejus oriundæ. Conf. doctiss. Heyne, Obss. h. l. (686). ἀλλ' οἵγ' οὐ—ἐμνώοντο· *verum hi non belli horrisoni recordati*, i.e. *pugnis non intererant.* Sic phras. μνήσασθε θούριδος ἀλκῆς, pass. (689). Sita est Lyrnessus haud procul a Thebe in agro Adramytteo, ά, 366. Cilices tenuerunt sub Myne. (692). ἐγχεσιμώρους· a μοῖρα, *sors, fatum;* q. d. *quorum sors in armis est, bellicosos.* conf, inf. δ', 242, in voc. ἰόμωροι. (695). Protesilai copiæ. *Phylace* ad oram Phthiotidis jacebat, sinum versus Maliacum. *Pyrrhasus,* ultra M. Othryn. *Iton* quoque ultra Othryn, sed situ interiore. *Antron,* ad mare, Eubœam versus. *Pteleon* ad fines Phthiotidis sita et flum. Sperchium, Bœotiam spectabat. Cunctæ ad partes orientales Othryos m. Conf. Strab. VIII. IX. Liv. 33. (696). δήμητρος τέμενος. Ang. *And Pyrrhasus, the consecrated ground of Ceres.* δήμητρος ἄλσος καὶ ἱερόν—Strab. IX, 631. ut sup. 506. Erant quoque τεμένη, quibus ob facta præclara insigniter donati heroes. conf. inf. ζ', 194. ί, 574. (697). λεχεποίην, *herbosam.* (699). ἔχε κάτα, pro κατεῖχε. (700). ἀμφιδρυφὴς, *ambas-genas-lacerata;* ærumnis confecta scil. viro occiso. vid. λ', 393. De Laodamia narratio notissima est. Conf. Hygin. fab. 103—4. (701). δόμος ἡμιτελής· *domus vidua,* i.e. uno ex dominis privata, locutio inter Romanos usitata. Defendit Ernesti a Hemsterh. Sch. Etymol. At Apollon. τέλειος ὁ οἶκος ὁ γένεσιν τέκνων ὑποδεξάμενος. hinc *semi-perfecta,* quia, antequam liberos procreasset, decessit dominus. Potior sententia Heynio videtur *domum ipsam* respici; consueverunt enim mariti ædes exstruere, et domus Protesilai nondum erat perfecta. hanc expos. innuit Schol. br. et certe simplicior est.—Ibid. δάρδανος ἀνήρ, *Hector,* sec. Quint. Smyrn. Hygin. ubi sup. Alii *Euphorbum, Æneam.* satis incerte. (703). πόθεόν γε μὲν ἀρχόν· forma antiquior, pro καίπερ ποθέοντες, *etsi desiderantes* &c. Sic iterum 709. Ang. *Nor were the forces destitute of a leader, though they regretted the loss of the valiant Protesilaus.* (704). Aeolidæ fuerunt Protesilaus et Podarces; filii erant Iphicli qui ipse Aeoli pronepos fuit. Vid. Apollod. I. 9. (711). *Pheræ,* civitas

prope fines Magnesiæ et Pelasgiotidis, monti Pelio adjacebat. *Bæbe* vicina fuit, unde lacus Bæbeis. *Iaolcos* s. *Iolcos*, urbs maritima apud sinum Pagasæum. Jason, dux Argonautarum, ibi natus est, cujus imperium Pelias, postea morte absumptus, occupaverat. Vid. Lemp. in nom. Pelias. Apoll. I. 9. (716). Copiæ Philoctetis. quæ Pthhii quoque adpellati. sup. 683 not. *Methone* fuit oppidum Magnesiæ, ad oram maritimam. *Melibœa* prope Methonem sita est, propter purpuram celebris. Aen. V. 251. *Olyzon*, Bæben prope et Iolcon. Strab. IX. (721). κεῖτο· vulnus acceperat, a serpente morsus. Ab Achivis Lemnum transvectus erat, ibique Phimacho, ut curaretur, commissus. (724). ἔνθ' ὅγε κεῖτ' ἀχέων· *mærens, dolore confectus*. Sic Soph. νοσεῖ μὲν νόσον ἀγρίαν, ἀλύει δ' ἐπὶ παντὶ τῷ χρείας ἱσταμένῳ—Philoct. 173—5. τάχα δὲ—Oraculo monente, Græci brevi erant Philoctetem accituri. Vid. Lemp. a Dict. Cretens. Soph. (725). Sup. 703. (727). *Medon* erat frater nothus Ajacis, Oïlei fil. Memoratur inf. ν', 695. ό, 333. (729). Ditio Machaonis et Podalirii. Versus partem interiorem Thessaliæ jacebat. *Tricca* prope Pindum locata, a sinistris Penei flum. *Ithome* Triccæ adjacebat. κλώμακες, loci in campo editiores, quibus *frangitur* quasi planities—κατακλωμένη. Hinc κλωμακόεσσαν, *the hilly Ithome*. γεωλόφους ἔχουσαν. S. br. Eustath. (730). Vid. sup. 596. Conjectat Heyne eundem Eurytum bis memorari; quod teneo, nisi forsan alteruter horum a seriore manu fuerit illatus. Judicet lector erud. (731). ἀσκληπιοῦ δύο παῖδε· Penultima in priore producitur, nec possunt vel *ictus* vel *accentus* huic mederi. vid. sup. ά, 51. 205. Herm. de met. p. 81. Proponebat Bentl. ἀσκληπιόφι, genit. antiquum, ut κ', 347, στρατόφι. Rectius ἀσκληπιοϜι. Heyne, ἀσκηλπιάδα, i.e. *filios duos Aesculapii*. (734). "Redit ad plagam littoralem et quidem ad partem Magnesiæ ad sinum Pelasgicum sitam: unde copiæ ductæ erant sub Eurypylo." *Heyne*. *Ormenium* sub Pelio jacebat ad sinum Pagasæum. Magnesiæ fuit. *Fons Hypereus* fuit in medio Pherarum. *Asterium*, prope Pheras et montem Titanum. Strab. IX. (736). Eurypylus ex Aeolidis fuit et Phænicis consanguineus. Hic ad Peleum fugerat (inf. ι, 447 &c.) et imperium Eurypylo cessit. (738). "Progreditur enarratio copiarum versus septentrionem, ad loca ad littus et circa Peneum sita." *Heyn*. *Argissa* ad Peneum sita. *Gyrtone* quoque ad Peneum fuit, urbs Perrhæborum; incolæ quoque Phlegyæ dicti a patre Ixionis. *Orthe* fuit arx Phalanæ, ad Peneum, prope Tempe sita. *Elone* et *Oloosson* sub Olympo, prope flum. Titaresium jacebant. (740). Polypœtes, quasi πολυποινίτης, a pœna Centaurorum scil. Pirithous, Lapitharum dux, Centauros, qui regionem Thessaliæ montanam coluerunt, occidentem versus pepulerat. Rem attingit poëta sup. ά, 262 sq. (743). φῆρας. *Centauros*. Sic sup. ά, 268. Designantur λαχνήεντας, *hispidos, incomptos*, feri quippe et cultu asperi. Gravis cædes eorum a Pirithoo facta, et nomen prope deletum. De construct. κλυτὸς Ἱπποδάμεια, quæ in Atticis sæpius occurrit, vid. Eurip. Hec. 300. Herodot. 8. 23. Isoc. ed. Steph. p. 218. (744). *Aethices* partem occidentalem Thessaliæ habitabant. Ad hos se receperunt Centauri. (745). De Cæneo, Corono, Leonteo, vid. Apoll. Diodor. (748). Guneum secuti Ænianes et Perrhæbi. Hi ex Pelasgis orti qui a Lapithis ejecti sunt, et

sedes varias postea occuparunt, partim ad Illyricos, partim ad montes Athamanum se recipientes. Perrhæbi, quorum hic mentio fit, plagam septentrionalem Thessaliæ, juxta Titaresium flum. habitabant. Hac regione *Cyphus* erat locatus. Remotior erat *Dodona*, inter montes, septentrionem versus, posita. (751). Flum. *Titaresius*, qui et *Eurotas* dicitur, Strab. IX. in monte Titaro oritur, prope Olympum. ἱμερτὸν· "Homerus...Titaresium...non ad aquarum salubritatem, sed ad amœnitatem loci respiciens, dicit ἱμερτόν". *Clarke.* Recte; quæ de antiphrasi disserit Daceria, argutiæ sunt. ἔργ' ἐνέμοντο, *arva colebant.* Sic Od. ζ', 259, ἔργ' ἀνθρώπων. (753). οὐδ' ὅγε πηνειῷ συμμίσγεται. *Nor does it incorporate itself with the silver-winding Peneus.* Ratio probabilior est aquam Titaresii crassam fuisse et bituminosam, adeoque laticibus Penei admistam. qui valde limpidi erant, supernatare. Conf. Plin. IV. 8. Luc. VI. 375. Sic Dacer. (755). στυγὸς—ἀποῤῥώξ, *juramenti enim gravis, Stygis aquæ, est rivus;* Ang. *a branch, an offset from the Styx.* Conceptus est poëticus rivum ab inferis originem ducere qui per terram transit crebris motibus concussam et campos fere ignitos. Amnis ipsa Heynio videtur "e terræ voragine prorupisse". Obss. (756). *Magnetes* plagam borealem Thessaliæ tenebant, qui erant a Pelasgis oriundi et postea in unum corpus cum Aeoliis redacti. Magnesia, Asiæ regio, hinc incolas nomenque accepit. Nulla hic urbium est mentio, tractus enim vicos solummodo continebat. (763.) Palmam ferunt equi Eumeli. Hic fuit Admeti filius et ex ortu Æolico. Vid. inf. ψ', 288 sqq. ubi se offert certamini curuli. (765). ὄτριχας, οἰέτεας, Ang. *matched in color and in years, by measurement equal in stature.* ο in ὄτριχας pars est voc. ὁμοῦ, quæ cum οἶος, ὅμος, ὅμοιος, a rad. ὄος provenit. Censet Dawes primo scriptam fuisse ὁϜέτεας. Lectio certe ὀέτεας priori ὄτριχας melius convenit. Misc. crit. p. 144.—σταφύλη, ὁ τεκτονικὸς διαβήτης, Sch. br. *amussis, norma.* (766). τὰς ἐν πιερίῃ· quum pecudes Admeti pasceret juxta Amphrysum, flum. Phthiotidis. *Pieria* regio Thessaliæ. (767). φόβον Ἄρηος φορεούσας. *belli terrorem inferentes.* (774). δίσκοισι τέρποντο.—*Se discis et hastilibus delectabant, jaculantes, arcubusque:* Inter ludos militares versati milites. Mos idem hodie obtinet cum parvis hastilibus ligneis, quæ mira celeritate torquent equitantes. Vid. Stewart, Antiq. Athen. (776). σέλινον· "haud sine ratione, sed ne inter otiandum equorum pedes sint male affectæ, cujus optimum remedium est apium." Plut. sympos. citante *Clarke.* (777). ἅρματα πεπυκασμένα. *currus velati,* "ne pulvere et fumo deformentur." *Heyn.* (778—79) οἱ, *ductores.* Bene hic observat Dacer. "une bienseance qui me charme ici, c'est la difference que le Poëte met entre les soldats d'Achille et leurs capitaines. Les Soldats se divertissent, et les capitaines, plus touchés de la gloire, se promènent dans le camp tout tristes et inconsolables de ce que leur général ne les mene plus au combat." (780). αἱ δ' ἄρ' ἴσαν, ὡσεί τι—Ang. *Thereupon* (instructis copiis scil.) *they advanced, as though the entire plain were consuming with fire;* tali specie oblata. νέμοιτο, ad lit. *depasceretur.* In hisce versibus magnifica est descriptio progredientium copiarum. "Ignis similitudine simul armorum splendor militumque ingruentium terror, vis et rapiditas, pulcherrime ob oculos po-

nitur." *Clarke.* (782—83). ὅτι—ἱμάσσῃ. Ang. *when he lashes the ground about Typhæus in Arima,* &c. Mythus de Typhœo, terræ filio, narratur in Hes. Theogon. 820 sq. Conceptibus ætatis rudioris de montibus ignitis, &c. hæc bene congruunt. Sic de gigantibus fabulæ; de Encelado quoque, Ætnam commovente, Æn. 3. 578, &c. De *Arimis* vero, quinam fuerit situs, multum dubitant scriptores. A diversis locatur in Phrygia, Syria, Mysia, Cilicia, Syria, pro aspectu regionis fortasse mytho conveniente. Certe Syri *Aramœi* adpellati, et conjectatur a Wood (p. 43). mythum originem duxisse a pœna Gomorrhæorum in sac. script. Sed Hyda erat urbs Lydiæ ύ, 385, et mutatio quam Wood inducit metrum perimit; conf. loc. cum Strab. XIII. 898. Legit M.S. Venet. εἰναρίμοις, et convenit Virgilianum, *Inarime,* Æn. IX, 715, ubi mons ignivomus fuit, et nominum similitudo facilem errorem præbebat. Vid. Heyn. Exc. ad Æn. 9, 716. (785). διέπρησσον (κέλευθον διὰ) πεδίοιο, Ellipsis usitata. (788—89) ἀγορὰς ἀγόρευον—*concionem habebant, congregati sunt.* ἀγορά significat et *concionem* et conveniendi *locum,* et *rem* de qua agitur. Apoll. et hinc verba accipi possunt, *consilia agitabant.* Commoventur Trojani, fama de mutato Achivorum consilio perlata, nec non animos sumunt prorumpuntque ex oppido ob defectionem Myrmidonum. Hoc nunquam antea audebant. Conf. inf. ί, 352 sq. ἀγγελίη ἀλεγεινή, *nuncius tristis, mala ominatus.* (791) εἴσατο δὲ φθογγὴν· κατὰ subaud. *Se vero adsimilavit voce.* sic inf. 725, τῷ εἰσαμένη. (793.) τύμβῳ ἐπ'—" Tumulus Æsyetæ, in collis morem eductus, prospectum dabat per planitiem inter Simoim et Scamandrum et per littoralem plagam." *Heyn.* tumulos super mortuos erigendos curare veteres notum est, qui et speculatoribus, ut hic Politi, inserviebant. Æsyetæ cujusdam meminit, inf. ν' 427. (794). ἀφορμηθεῖεν—*a navibus urbi incurrunt.* Omnino cum Heyne prætulerim ἐφορμηθεῖεν quod in Schol. occurrit; et sic verte, *dum naves festinanter conscenderent.* Trojani enim minime expectabant fore ut Achivi urbem invaderent, ex tumultu in castris et festinatione militum illos jamjam redituros conjectantes. (796). ὦ γέρον, αἰεί τοι μῦθοι. ang. *Old man! endless prating is always your delight, as formerly, in time of peace.* Sch. br. exponit ἄκριτοι per, ἀδιάκριτοι, πολλοί. hanc sequitur vers. lat. quod bene defendit Ernestius, " πολλοὶ λόγοι (loquacitas) sunt semper ἀδιάκριτοι, sine judicio, insciti sermones." Sim. supra habetur in ἀκριτόμυθος, 246. (797). ἀλίαστος, *inevitabile bellum.* πολύς, Sch. br. (802). Vel sumendi in ordine vss. 805, 806, 803, 804, vel γὰρ in 803 vertenda est, *quoniam.* Consilium dat Hectori copias ordinandi per gentes, ob diversitatem sermonis. Hoc non obtinebat inter Græcos, qui per *stirpes* et *familias* ordinantur. (805). τοῖσιν ἕκαστος ἀνὴρ σημαινέτω· " quibus quisque præest copiis, his signum pugnæ proponito." *Heyne.* τῶν δ' ἐξηγείσθω—vertitur, *eorumque dux sit, ordinans (suos) cives.* Malim cum Heyn. et Mathiæ, ἐξηγεῖσθαι· Sic de Hectore ipso loquitur et πολιήτας ad Trojanos ipsos respicit. Ordinat Mathiæ 802, σοὶ ἐπιτέλλομαι, et dehinc 806. Sed modi infiniti sæpius pro imperativis ponuntur. huic lect. melius convenit κοσμησάμενον v. κοσμησαμένῳ. (809). πᾶσαι δ' ὤϊγνυντο πύλαι· " porta urbis quam late

patebat, aperta est." Heyn. a Sch. br. qui exponit, πᾶσαι, ἀντὶ τοῦ ὅλαι. μία γὰρ ἦν ἐπτήλατος, viz. Scæa, inf. ζ', 393. (811). κολώνη. "Collis erat manu hominum factus, *tumulus* proprie dicendus, terra aggesta, ut mos priscus ferebat". *Heyn.* cont. Sch. br. γεώλοφος ἐξοχή. (813). τὴν ἤτοι, *illam nempe*. vid. Hoog. IV. 223. ἄνδρες, *plebes*. ἀθάνατοι, *optimates*. Conf. sup α', 403. inf. ζ', 402. De *Batiea* disputatur; Sch. br deducit a βάτος, *sentis*. quorum plures ibi innascebantur. Ingeniosa est conjectura, in dialecto communi quasdam voces originis Hebrææ mansisse, et tumulum ita adpellatum a בית (Beth), *domus*. Vid. Encyc. Rees. art. *Greek language*. De *Myrinna* quoque dubitatur an una ex Amazonibus fuerit quæ partem Asiæ borealem tenebant,—an filia Trois, et Dardani uxor quæ hic sepeliebatur. Conf. Strab. XII. Epith. πολύσκαρθμος, *agillima*, bellicosæ convenit. conf. inf. ή, 240 sq. σῆμα, *sepulchrum* hic; proprie *cippus in sepulchro*. (815) Τρῶες. Exercitus Trojanus constabat, 1. Ex Troibus, qui partes diversas ditionis Priami tenebant. 2. ex auxiliaribus (ἐπικούροις). Troadis incolæ in quinque dominationes partiti: 1. cives Ilii, qui ἐφέστιοι adpellantur, κατ' ἐξοχὴν, sup. 125. sub Hectore—816. 2. Dardani, sub Aenea et Antenore—819. 3. Pandari ditio—824. 4. Imperium Adrasti et Amphii, Meropidarum—828. Asii Hyrtacidis—835—9. Præter hos Leleges, Cilices et Cetæi fuerunt: Partem Troadis colebant, imperio Priami fortasse subditi. Non vero memorantur in recensu. Vid. Not. ad fin. lib. ἐπίκουροι enumerantur; Pelasgi—840. Thraces—844. Cicones—846. Pæones—848. Hi ex Europa erant. Ex Asia convenere qui inter urbes Sinopen et Issum inclusi, Paphlagones—851. Halizones—856. Mysi—858. Phryges—862. Mæones—864. Cares—867. Lycii—876. (816). Τρωσί. Summas partes inter ductores Troum tenebat Hector, Ilio autem præcipue imperabat. Hæc Troadis ditio a flum. Aesepo ad Caicum extendebat. Vid. Strab. XIII. Sed fines multum turbati post Trojam captam migrationemque Aeolicam. Aliquando communiter Troes designati et qui Troadem tenuerunt et auxiliares, ut plurimum vero separatim memorantur, Τρῶες ἠδ' ἐπίκουροι. De epith. κορυθαίολος, Hectori potissimum tributo, vid. Porphyr. quæst. 3. exponitur a Sch. br. optime, εὐκίνητος, διὰ τὰς ἐν πολέμῳ συνεχεῖς καὶ σφοδρὰς ἐνεργείας. *The helmet-waving Hector*. (818). μεμαότες (μάχεσθαι subaud.) ἐγχείῃσιν. (819). *Dardania* Idæ subjacebat, Abydum prope. Strab. XIII. A Dardano, qui ex Etruria fugerat, nomen accepit; Conf. Aen. 3. 167. Heyn. Excurs. ibid. (823). μάχης εὖ εἰδότε πάσης· *well versed in every mode of fight*. Sic inf. habetur, παντοίη ἀρετή, χ', 268. Præcipuas enumerat Hector, ή, 237. (824). *Zeleæ*, Pandari urbis, situs describitur, ὑπὸ πόδα νείατον Ἴδης, ad radices montis. Aesepi meminit, qui terminus erat Troadis ad septentrionem. Copiæ Pandari adpellantur Troes, hic, inf. ί, 200. Conf. ί, 105. 172. unde constare videtur Lycios colonos in Troade consedisse et nomen regioni dedisse. Aliter Heynio videtur. Vid. Obss. ad 877. (828—29). Urbes in agro Cyzici et Parii, prope Aesepum positæ. Strab. XII. Inter Lampsacum et Parium fuit *Apæsus*. Strab. XIII. *Pityea*, inter Parium et Priapum. *Terea* fuit mons et tractus agri. (830). λινοθώρηξ· armaturæ species mem. sup. 529. (832). οὐδὲ

ὐς παῖδας—Ang. *Nor was it with his permission that they went to the destructive war, but they obeyed him not.* De exitu vid. ζ', 37—65. (835). *Percote, Practium, Sestus, Abydus, Arisba,* erant sitæ prope Hellespontum, quem attingebat imperium Priami. Strab. XIII. Arisba prope Lampsacum fuit, urbs præcipua. Memorat porro Eustath. p. 199. vs. 836. litem diremisse inter Abydenos et Athenienses de Sesto. Prioribus cessit. (839). αἴθωνες· *splendidi,* vers. Lat. *fer-ventes,* Schrev. prætulerim, *generosi.* Ad omnes respicit th. αἴθω. *Selleis* in Hellespontum defluit. Alter ejusdem nominis memoratur, sup. 659. (840). πελασγῶν· Gens quæ temporibus diversis ad varias partes Europæ et Asiæ migrabat, et in unum corpus redacta cum Thracibus et Hellenibus; sup. 684. Plurimi insulas Aegæi petebant, et oram maritimam Asiæ. De ἐγχεσιμώρων, vid. sup. 692. (841). De situ Larissæ dubitatur. Quidam in Troade locant; quidam in Thracia Europæa, quo se receperunt Pelasgi, e Thessalia ab Aeolidis expulsi. Huic sententiæ favet Heyne, et verosimile est plures urbes ejusdem nominis ab exulibus postea fuisse exstructas. (844). Thraces quos ducunt Acamas et Piros latus Europæum Hellesponti tenebant. Erant Maronitæ, Ismarii, Aenienses. Illos Ἑλλήσποντος ἐντὸς ἐέργει, unde a Thracibus Rhesi distinguuntur qui juxta Strymonem habitabant ἐκτὸς τοῦ Ἑλλησπόντου. De Acamante vid. ε', 462. ζ', 8. De Piro, δ', 528. (845). ἀγάῤῥοος *æstuosus.* Proprie epitheton tribuitur, æstus enim maximi perhibentur, confluentibus ex plagis contrariis Aegæo et Euxino. Vid. Wood descript. Troad. pp. 274—5—6. (846, 847). Cicones, quorum hic mentio fit, Thracico quoque sunt genere, et regionem supra Maroneam et Ismarum habitabant. Meridiem versus paulo fuerunt Pæones, quorum ductores sunt Pyræchmes et Asteropæus. Adpellantur ἀγκυλοτόξοι, a sagittandi peritia. Th. ἀγκύλος, *curvus,* ut recte Sch. br. ἐπικαμπῆ τόξα ἔχοντας, fere ut θ', 266, παλίντονα τόξα. Sic per metaph. usurpatur ἀγκύλος in ἀγκυλόμητις, *qui tortuosa agit consilia, vafer.* Subtilior est Eustath. in voce, quem secuta est Daceria, nam *jaculi amentati* usus haud reperitur. Vid. in loc. et *Damm.* (850). οὗ κάλλιστον ὕδωρ—vert. *cujus limpidissima aqua super terram diffunditur.* vid. Clarke. (851). λάσιον κῆρ· *animosum cor,* ut sup. ά, 188, στήθεσσι λασίοισι. Notetur phras. πυλαιμένεος λ. κ. Sæpius ad designandum usurpatur virtus eminentior cum genitivo personæ. Adjectivi quoque usus est, ut βίη Ἡρακληείη, ut inf. ε', 638. In nostram vernaculam transiit. conf. sup. 666. (852). Dicitur, *ex Enetis,* nam præcipui fuerunt inter Paphlagonas, et ex iis desumta agminis pars maxima. Post Trojam captam in intima Adriatici penetrasse feruntur, et nomen Venetiæ dedisse. Con. Liv. C. 1. (853—4—5). Oppida recenset Strab. XII. *Cytorus* mons fuit et oppidum. Pro navali utebantur Sinopenses. *Parthenius* flum. in Euxinum, juxta Sesamum, influit. Adjacebant *Cromna, Erythia, Aegialus.* Colles *Erythini* adpellantur a soli colore *subrubro.* Meminit Sch. Apoll. II, 943. (856). *Halizonum* meminit Strab. XII. XIV. eosdem fuisse ac *Chalybas* censet, qui postea *Chaldæi* adpellati. Satis vero incertus dux nominum similitudo. Intra Halyn flum. limites erant. De iis sententiæ diversimodæ sunt; cons. Eust. ex Arriano, et Obss. Heyn. (857). Optime Ernesti, " ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη, non: *unde argenti*

est origo. γενέθλη est idem quod alias φορά, *proventus. Unde magnus est argenti proventus.* Vult dicere ibi esse divites argenti venas. Callim. H. in Dian. 130. εὖ δὲ γενέθλη τετραπόδων ἀέξεται". At in errorem ceciderat Vers. Lat. Hinc postea habitum ferrum optimum. Xen. Anab. V. (858). *Mysi* agrum tenebant ab Aesepo usque ad lacum Ascanium septentrionem versus. Redit poëta ad Troadem. De Ennomo loquitur *augure,* ἀλλ' οὐκ οἰωνοῖσιν ἐρύσατο. Ad lit. fere Virg. Aen. IX. 328. *Sed non augurio potuit depellere pestem.* In flumine periit ubi cæteros quoque Trojanos trucidavit Achilles: κεράϊζε, *strage facta, dissipavit.* Vid. inf. φ'. Th. sec. Heyn. κείρειν, *tondere* et *vastare.* Potius κέρας, *cornu,* inde *robur, vis;* ut recte Sch. br. (863). *Phryges,* quorum hic mentio, partem Bithyniæ una cum Mysis habitabant. Lacui Ascanio adjacebat urbs quam meminit, 863. Alias ejusdem nominis recenset Strab. XIV. De *Phorcye,* vid. ρ', 312. (864—5—6). μήοσιν· Iidem cum Lydis *Mæones. Antiphi* tres fuere. Qui hic Mæonibus imperat; Qui insularibus Græcis præfuit, sup. 678. Filius Priami, λ', 489. τὼ Γυγαίη τέκε λίμνη· Sermo antiquus; Talæmenes agros lacui vicinos possidebat, ubi educti fuerunt liberi. In agro Sardiaco, a Sardibus circiter XL stad. situs est lacus Gygæus. Postea Coloë adpellatus est, templumque Veneri Coloenæ habuit sacratum. Strab. XIII. Lacum meminit et Lydorum regum, quæ adjacebant, sepulchra, Chandler, C, 78. (867). καρῶν. Minoi primitus erant subditi, postea vero ad oram Asiæ adversam transibant. Trojani belli tempore Cares Miletum tenuerunt et regionem propinquam, sed postea ab Ionibus ejecti sunt. Strab. XIV. βαρβαρόφωνοι adpellantur, ut Sinties, Od. θ', 294, ἀγριόφωνοι. scil. linguam aspere et incompte enuntiabant et *solæcismis* corrumpebant. S. br. hinc, καρικῇ μούσῃ— τῇ βαρβάρῳ καὶ ἀσαφεῖ· ἐπειδὴ οἱ Κᾶρες βαρβαρόφωνοι, καὶ παροιμία, Καρικὸς αἶνος. Suid. p. 244. (868). Φθειρῶν τ' ὄρος· *Phthira*; mons in Caria, juxta Miletum, a pinis (φθίρες) ibi innascentibus dictus. S. br. ἀκριτόφυλλον, vid. sup. 796. (869). *Mycale* fuit mons et ora prominens, e regione Sami. Litem rursus inter Milesios et Prienenses dirimebat hic vers. de Mycale. Prioribus cessit. Eust. 199. (872, 873). ἠΰτε κούρη· Mos erat apud veteres virginibus plurimum auri gestare. Conf. Eurip. Hec. 154. Aristoph. av. 670. Athen. 13. p. 564. Apud barbaricos solennis fuit hic corporum et armorum ornatus. Sic inf. ρ', 52, *Euphorbus;* aurea armatura Glauci ζ', 236. οὐδέ τί οἱ τόγ' ἐπήρκεσε—*Nor did this prove of any avail in preserving him from &c.* (876). De prosapia Sarpedonis, vid. inf. ζ', 198, 9. ε, 635. (877). Solymi primitus Lyciam tenuerunt, sed magnam partem amiserunt, advenis a Creta sub Sarpedone, Minois filio, invadentibus. Herod. I. 173. Aeolidæ postea sub Bellerophonte illos cladibus afficiebant, a quo Sarpedon, qui hic memoratur, originem duxit. Vid. inf. ζ', 152 sqq. Nomen accipi a *Lyco,* Pandionis filio, Atheniensi, tradunt Herod. ub. sup. Strab. XII. 828. contra vero, XIV. 952.—Pars vero copiarum in hoc recensu omissa, *Leleges* qui agrum habitabant ad sinum Adramytticum, e regione Lesbi, et *Cilices,* qui adjacebant, meridiem versus. Caussam adfert Heyne, opes accisas dum Achilli fortiter restiterint; relliquiæ sub imperio Hectoris inter cæteros Troas constitutæ; Conf. Strab. XII. Pars certe quæ *Theben,* Eetionis civitatem, tenebat, qui

Hectoris ipse socer erat. Vid. ζ', 413, 424. Prætermittuntur quoque *Caucones*, Paphlagoniæ gens, et *Cetei*, sub Eurypylo, filio Telephi. Hi prope Caicum habitabant, et memorantur Odyss. λ', 520. Priores, Iliad. κ', 429, ubi et *Leleges*. υ, 329.

NOTÆ IN LIB. TERT. ILIADIS.

[Ἐπιγραφὴ]. Exercitus instructi congrediuntur. 1—14. Antequam tamen pugna committeretur, Paris provocat fortissimos Achivorum ad certamen singulare. Prodit Menelaus, cujus conspectu ille territus recedit—37. Mox tamen, objurgatus ab Hectore, pugnam recipit—75. Pugnæ conditiones pronuntiat Hector—95. Menelaus pactionem solennem, victima cæsa, præsente Priamo, scisci vult—115. Discedunt ad sacram parandam, Hector Trojam, Talthybius ad naves —120. Nuntio de pugna inter Alexandrum et Menelaum accepto, Helena ad portam Scæam procedit, unde prospectus in campum erat —145. Ex turri Priamo et senioribus Trojanis demonstrat duces Achivorum in campo subjacente—233. Dioscuros desiderat—244. Priamus excitatus a nuntio cum Antenore ad exercitum proficiscitur —263. Sacro facto sancitur pactio de pugna—313. Paris, inferior pugna, e manibus Menelai eripitur per Venerem et domum abducitur incolumis—382. Venus hinc Helenam quamvis invitam ad eum adducit ejusque iram in Paridem placat—448. Menelaus victor, ut pugnæ conditioni satisfaciant Trojani, postulat—461. *Heyn. Wolf.* Deorum interventus in hoc libro nullus est, præterquam Iridis et Veneris. Iris, Laodices forma assumta, Helenæ nuntiat pugnam inter Menelaum et Paridem ineundam—121—139. Venus autem Paridem victum e pugna abducit incolumem domum—373—383. Helenam placat—448. (2) Τρῶες μὲν—ὄρνιθες ὥς. Vid. sup. β', 803, 804, ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα. inf. δ', 437. In ὄρνιθες finalis syll. producitur sec. legem sup. expositam ά, 51; nam ὡς non digammum recipit. (3). ἠΰτε περ—*velut.* vertit Heyne, *quando ;*—ὡς ὄρνιθες, γέρανοι, ὅτε αὐτῶν κλαγγὴ πέλει—οὐρανόθι, forma antiqua, pro ἐξ οὐρανοῦ. πρὸ, i.e. εἰς τὰ πόῤῥω; sonum in progressu exhibet, q. d. *issues from the heaven and spreads onwards.* (4, 5, 6). αἵτ' ἐπεὶ οὖν· De hoc gruum volatu et cum Pygmæis certamine loquitur Aristot. Hist. Anim. VIII. 12. cf. Aelian. Prænest. II. 1. III. 13. et al. De regione Pygmæorum disputatur. *Ctesias* Indicos esse affirmat. In Aegypto, apud Nilum constituit *Arist.* quem secutus Schol. br. illos agricolas fuisse ponens, qui grues, aves rapacissimas, a messibus propulsarent. ἐπ' ὠκεανοῖο ῥοάων, *supra oceani fluenta.* Regiones petunt australes, quæ sic in

geographia vetusta designantur. (7). ἠέριαι, optime redditur, *aëriæ.* ἠερίη, sup. ά, 557, *matutina.* (8). οἱ δ' ἄρ' ἴσαν· *contra vero Achivi silentio procedebant.* Correlatum est Τρῶες μὲν sup. 2. Tactica Græcorum constituitur, sup. β', 362 sqq. pergit descriptio—ἐν θυμῷ μεμαῶτες ἀλεξέμεν—mutuum sibi præbuere auxilium, ordinibus condensatis; Φρήτρη Φρήτρηφιν ἀρήγει. Hæc phalangis origo videtur. (10—13). εὖτε, *velut.* correlata sunt εὖτε, ὡς, vss. 10, 13. Desideratur apodosis sup. 3, unde pro ἠΰτε prætuli, *quando.* (11). νυκτὸς ἀμείνω· Ang. *more serviceable to the robber than night itself;* ὠφελιμωτέραν, Sch. br. νὺξ aliquando cum ὁμίχλη eadem est; ut sup. ά, 47. Sic ἀὴρ, έ, 864. (13). κονίσαλος ἀελλὴς, *pulvis turbidus.* Bene exponitur ἀελλὴς, ἀελλώδης, quasi *a tempestate ingruente excitatus,* ut et aciei instructæ celeritas ac impetus. (14). διέπρησσον· vid. sup. β', 785. (15). δὴ, *jam.* (16). προμάχιζεν· *in prima acie versabatur.* Præstantissimi bellatorum erant πρόμαχοι v. ob dignitatem v. virtutem. Nec adhuc distributio militaris in ordines usitata erat, optimus vero quisque sæpe excurrebat et provocationem dabat. Sic in έ, Diomedis virtus insignis est: et in ή, Hector πρόμαχος, fortissimos Achivorum provocat. (23). μεγάλῳ ἐπὶ σώματι· *qui magnum in corpus inciderit·* σῶμα dicitur pro ζῶον, *animans ipsum;* S. br. De versiculi compage artificiosa adnotat Eustath. quasi impetum leonis depingente. Vid. imitat. pulcherrimam Aen. X. 723. (25). μάλα, *with eagerness.* εἴπερ ἂν, pro καίπερ, *etsi ipsum insequantur.* (28). φάτο γὰρ τίσεσθαι ἀλείτην· Ang. *For he thought the time was come for vengeance on the adulterer:* ἀλείτην, prop. *sceleratum.* Lectionem τίσεσθαι ex H. Steph. recepi. Wolf. et vulg. τίσασθαι, quasi ultio jamdudum perfecta fuerit. (31). κατεπλήγη· Forma Attica ἐπλάγη, Dorica ἐπλάγη, et a longa penultima fit mutatio Ionica in η, ἐπλήγη· Præfert Heyne Th. πλήγημι.—Pulchra porro imago est animi perturbati. Culpæ conscientia ignaviam et mollitiem inducit; corde perculsus refugit. (33). ὡς δ' ὅτε—nequit esse aptior similitudo ad designandum et Alexandri subitum terrorem et adspectum Menelai minacem. παλίνορσος ἀπέστη, *subito impetu resiluit.* Conf. Aen. II, 379. (39). Δύσπαρι· *unhappy Paris! source of all our woes!* Particula δὺς in subjecto vel vim perniciosam, ut hic, vel qualitatis privationem, vel significationem intensam innuit. Eodem modo Eurip. Hecub. 939, βούταν αἰνόπαριν, κατάρᾳ διδοῦσ'—optime exhibetur nexus inter *nomen* et *miserias* quas civibus suis inferebat. Rationes subtiliores sunt—Vid. Sch. A. Apoll. Lex. Hesych. γυναιμανὲς, *woman-mad.* Cowp. (40). αἴθ' ὄφελες ἄγονος— Ang. *Would God you had never been born!* Alii, ἄγονος, ὁ μὴ γεννῶν, prior vero potior. Conf. Eurip. Phœniss. 1613—14, edit. Porson. De phras. αἴθ' ὄφελες, vid. sup. ά, 415. (41). τὸ, *hoc,* viz. vel te nunquam fuisse natum, vel nuptiarum expertem periisse. (42, 43). ἢ οὕτω λώβην· Ang. *than thus to be an object of reproach and hatred.* ἐπόψιον, Th. ἐπόπτομαι, *adspicio—oculo lævo,* Eustath. Al. ὑπόψιον. ἦ που, *Sane, mirum ni*—Hoog. 232, I. amarius dicitur. (44). πρόμον, *antesignanum;* pro πρόμαχον. cf. sup. 16. (45). ἔπ'—ἔπεστι, *adest.* (46). Loquitur κορυθαιόλος Ἕκτωρ, ira permotus et indignatione; personæ maxime convenit hæc oratio *asyndeta,* 46, ἰὼν, 47, ἐπιπλώσας, ἀγείρας—48, μιχθεὶς—θυμῷ καὶ ἀγωνίᾳ πρέπον, καὶ πάνυ σφοδρόν. Eustath. (47). ἐρίηρας, et inf. ἐρίηρες, 378, per Metaplasmum pro ἐριήρους et ἐρίηροι sec. Math. Conf. inf.

ί, 120. (49). ἀπίης· vid. ά, 270. (50). πῆμα, *detrimentum*, "ob flagitium raptus scil. quo Helena Trojam adducta erat". Heyn. (52). οὐκ ἂν δὴ μείνειας—Ang. *Shouldest thou not have abided the attack of Menelaus? Then shouldest thou have known what sort of man he is whose wife you possess;* &c. (56). δειδήμονες· *pusillo animo præditi.* "Verecundia et reverentia tacti"—Heyne. Viz. ob dignitatem Paridis; ἦ τέ κεν ἤδη, *ni ita foret, jamdudum certe lapideam induisses tunicam*, i. e. *lapidibus obrutus fuisses.* Notanda locutio antiqua, quam illustrat Pind. Nem. 20, 21. θνατὰ μεμνάσθω περιστέλλων μέλη, καὶ τελευτὰν ἁπάντων γᾶν ἐπιεσσόμενος, de sepulchro memorans. (59). Ἕκτορ· ἐπεί με—Deficit aliquantulum sententia; procedit—*Hector! nil pro me dictum volo, quoniam me jure increpasti; de aliis vero, pro tua virtute, judicium ferre non debes, quippe cor indefessum, animosam vim nactus* &c. De phras. κατ' αἶσαν, ὑπὲρ αἶσαν, vid. sup. ά, 416. (62). ὀφέλλει, *adauget*: ang. *lends additional force to.* (66). ἑκὼν δ' οὐκ ἄν τις—*suo arbitrio autem quivis non ceperit*, i. e. proprio labore, studio. Sic Sch. A. οἰκείᾳ σπουδῇ. Talia munera adpellat Pind. θεῖα, θεόσδοτα, ex. Py. 5. 16. (70). συμβάλετ'—Ang. *engage—match me and the warlike Menelaus* &c. Frequentius dicuntur bellantes ipsi συμβάλλειν, *arma conferre*, ut δ', 447, συνέβαλον ῥινούς—ἔγχεα. (72). εὖ πάντα, *all without reserve. omnia omnino*, Ern. hinc et ex ί, 626. χ', 114, constat, multa alia cum Helena fuisse a Paride abrepta; expeditio ipsa contra Spartam fortasse ad paria referenda inita est a Trojanis qui parti Paridis studebant. (73). ὅρκια πιστὰ ταμόντες· vid. sup. β', 124. συνθέντες, *pacti.* (75). Ἄργος καὶ Ἀχαιΐδα· ambo forsan in apposito, nisi prior ad *Peloponnesum*, ad *Thessaliam* posterior respiciat. Vid. geog. β'. (78). μέσσου δουρὸς ἑλών· ἑλὼν (τὸ ἔγχος κατὰ) μέσσου δουρός· Ordines, ne prorumpant, reprimit, initio pacis indicato. (80). τιτυσκόμενοι—ἔβαλλον· *aimed at him with their weapons* &c. *in order to hit him.* Verba ἐπιτοξάζοντο, ἔβαλλον, de *conatu* feriendi accipio. τιτύσκω est forma a τιτύω, reduplicata a τύω; hæc a rad. τάω, τῶ, unde quoque τέω, τείω, τείνω. (83). στεῦται γάρ τι ἔπος ἐρέειν, *profitetur enim se aliquid dicturum.* Sic sup. β', 597. (85). μετὰ hic usurpatur in sensu ἐν, ut in sim. passim. Notandum est Hectorem mulctæ non meminisse quæ a Trojanis erat persolvenda, Paride devicto; Agamemnon vero disertis verbis deposcit, 286. 302. 457. (97). ἄλγος, *concern.* φρονέω δὲ—*apud me constitutum habeo.* Notantur hæc aptissima personæ Menelai qui ἐπιτροχάδην ἀγόρευε, παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως—inf. 213, 214. Omnia diserte et in ordine, quæ ad fœdus pertinebant, enumerat, præmissa, quod ad animos conciliandos maxime facit, malorum commiseratione, quæ sui caussa sunt perpessi. (99). πέποσθε· *multos labores exantlavistis.* Vulgo ponitur quasi pro πεπόνησθε, syncopen passa. Censet Heyne antiquam fuisse formam πόω, unde πονος, πονέω et form. πένομαι. (100). ἕνεκ' ἀρχῆς· "præfinito id hic significat vox ἀρχή, quod Latine dicitur *cœptum, incœptum*" &c. Clarke. et ita redditur in vers. Lat. Ex Sch. br. inducit Heyne τῆς ἔριδος· ἕνεκ' ἀρχῆς τῆς ἔριδος, scil. *ob belli initia e Paridis injuria exorta.* Acute Zenodotus, ἕνεκ' ἄτης, *propter culpam.* (101). ἡμέων δ' ὁπποτέρῳ· Dicebat Hector, sup. 92, *quisquis victoriam reportaverit* &c. verbis melius ominatis usus; At Menelaus, furore actus, *mortem solam* pugnantes

dirimere posse profitetur. Cæteroquin animo mansuetiori est; nunc prodigii oblitus, quo fretus excidium Trojæ jamdudum prædixerat Calchas, memor tantummodo miseriarum belli, se, ad caussas ejus recidendas, certamini singulari offert. Sic Adrasti vitæ parcit, inf. ζ', 87. (103). οἴσετε. Dubitatur an sit imperat. a Th. οἴσω, ut 105, ἄξετε, an futurum ab οἴω. Illud tenet Heyne. Infra 120, habetur οἰσέμεναι, *adferre;* sec. eandem normam sæpius occurrit ἐπιβήσομαι, *conscendo,* ὄρσεο, inf. 250, aliaque similia. (107). ὅρκια δηλήσηται, *fœdera violet.* Sic inf. 299, ὑπὲρ ὅρκια πημήνειαν. (108, 110). αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων—*Instabiles semper juniorum animi sunt, quibus vero senex interfuerit, futura simul ac prætérita prospicit, adeo ut res utrisque quam felicissime cedant.* ἀείρω, ἀερέθω, ἠερέθω, unde in eod. sensu μετήορος, *suspensus.* (114). τεύχεα, clypeos et hastas, scil. vid. inf 135. in 115, ἄρουρα est inter acies adversas *intervallum;* non ad τεύχεα refertur, ut bene Sch. br. διεῖργον αὐτοὺς χωρίον. ἀμφὶς in sensu χωρὶς *seorsum.* (121, 244). Ἶρις δ' αὖθ' Ἑλένῃ—Optime inducitur episodium quæ varietatis aliquod narrationi adfert, resque et personas ob oculos ponit quas nosse maxime intererat, et vitæ heroicæ morum et cultus explicationi inservit. "De Helena ipsa nihil memoratur, de sensu animi vel de miseratione, amore, pudore; omnino ejus, de qua pugnatur, nulla ratio habetur. Videmus hic mores istius ætatis; facit etiam ad dignitatem et austeritatem antiquam epicam". *Heyn.* (125, 126). ἱστὸν—δίπλακα, πορφυρέην. Secundum mores antiquæ ætatis. δίπλακα, scil. χλαῖναν, Sch. br. διπλοΐδα, vestimentum amplius, circa corpus duplicatum et ad pedes profluens, ἐκταδίη, ut alias dicitur. hoc nobiliores soli induebantur. Ex gemmis antiquis constat. ἁπλοΐδες fuere amplitudinis minoris, de quibus. vid Toup. ad Suid. in voc. et Sch. ad ω', 230. Od. ω', 275. Putant alii δίπλακα confici cum villis interioribus vel duplici filo, repugnat vero Sch. Ven. A, ad χ', 441. Od. ν', 108. τ', 242. (126). ἐνέπασσεν· *intexebat.* ἐνεποίκιλλεν, S. br. qui addit aulæa v. vela hoc modo fabricata appellari παστοὺς et παστάδας. (130). νύμφα, nomen honoris, ut δέσποινα. θέσκελα ἔργα exponuntur, θεῖα, θαυμαστά, *ut mirabilia opera adspicias.* S. br. (135). κεκλιμένοι ἐπ' ἀσπίσι. *Stant longis adnixi hastis.* Virg. (141). αὐτίκα δ' ἀργεννῇσι καλυψαμένη ὀθόνῃσιν, *protinus autem, quum seipsam candidis cooperuisset velis;* "notandus hic primigenius usus vocis mediæ". *Clarke.* Conf. Mathiæ § 491, 493. de hoc usu fusius disserentem. (144). βοῶπις, vid. sup. α', 551. Supposititius vero censetur hic versus ob Aethram. Hæc Thesei mater fuit et ex Aphidnis cum Helena abducta fuit a Dioscuris, nunc vero certe provectior ætate quam ut Helenæ sit ἀμφίπολος. Vid. S. A. Ven. Plut. in Thes. sub. fin. Fama erat, sed ex hoc loco Poëtæ fortasse desumta. cf. Tzez. ad Lycoph. Cassand. 503. (150). γήραϊ δὴ—*præ senectute jamdudum a bello cessantes,* sed ἀγορηταὶ—τεττίγεσσιν ἐοικότες· bene a Sch. br. exponitur σύμβουλοι, quippe *prudentia* magis quam *eloquio* præstantes. Porro huc facit Hes. Scut. Herc. 393. ἔργ. 582. κυανόπτερος ἠχέτα τέττιξ, ὄζῳ ἐφεζόμενος—λιγυρὴν κατεχεύετ' ἀοιδὴν, quæ nunc vocatur ὄπα εὐανθῆ, quasi *floream vocem, dulcem* et *amœnam* scil. Eodem redit ὄπα ἀνθηρὸν, Damm. Adnotat Heyne, "Si vox ἀπὸ τοῦ λειρίου ducta est, a suavitate unius generis, quam lilii odor præbet, ad aliam omnem suavitatem, tra-

ducta esse debet". (155). ἦκα, *submisse* hæc ad se invicem dicebant, ne vox ad aures perlata ætati parum congruens videretur. (156). οὐ νέμεσις, *haud indigne ferendum est.* De hoc genere amplificationis fuse tractat Quinctil. VIII, 4, 21, 22. Vis tota perditur, interrogatione posita post πάσχειν, ut in quibusd. editt. video. Forma Helenæ melius depingi nequit quam per hanc seniorum orationem, " nec succensendum est tot labores subiisse Trojanos et Achivos hanc propter mulierem, talis quum sit, et omnino adspectum Dearum referens". Sed cito recurrit prudentia senilis—159. ἀλλὰ καὶ ὧς—*Yet even so—fair as she is,* &c. (158). αἰνῶς. " Ionismus est in αἰνῶς pro σφόδρα, qui etiam apud Herodotum obvius est, ut IV. 61. αἰνῶς ἄξυλος χώρα". Ernesti. εἰς ὦπα—" non modo facie et vultu, sed toto corpore." Heyn. (163). πηούς τε, *affinesque.* recte S. br. " qui matrimonio conjuncti sunt". (164). θεοί νύ μοι αἴτιοι—*Verum inclementia Divum has evertit opes sternitque a culmine Trojam.* Aen. 2. 601. Pro sensu rudiorum hominum Deos ponit malorum auctores. (166). καὶ τόνδ' ἄνδρα—Achivi proxime ad mœnia accedebant adeo ut ductorum species et forma dignosci possent. Huc respexit Euripid. in recensu ducum Argivorum, Phœniss. 105 sqq. monente Valcken. (170). οὐδ' οὕτω γεραρόν—*nor of so noble an aspect.* (171). αἰδοῖός τέ μοί ἐσσι—δεινός τε. *Thou art the object of my reverence and awe.* [Ictus vero in *cæsura* bis in hoc versu obvius est, in φίλε et ἑκυρέ. Vox ἑκυρὸς digammata est, cf. ώ, 770. et digamma, quod postea in adspirationem transiit, brevem vocalem in φίλε sustinet secund. legem expositam sup. ά, 51. Sic statuit Dawes, Misc. crit. 135. Heyn. Obss. h. l. In voce δεινὸς inserit prior post (δ) Vau ejus, quam adpellat, *adspiratam:* nil opus, " *nam ipsa pronuntiatione* (δ) *geminatur*". Heyn. Attingit quoque Clarke, not. ad ά, 51.]. (173). ὡς ὄφελέ μοι ἁδεῖν· *Quam debuisset mihi placuisse mors.* vid. sup. ά, 415. (175). παῖδα. *Hermionen.* τηλυγέτην, *unicam natam,* ut inf. ν', 470. Sæpe vero *ætate parentis provectiori natum* significat τηλύγετος, ut inf. έ, 153. (176). τό καὶ κλαίουσα τέτηκα—ang. *therefore am I wasted away with weeping.* τὸ —διὰ το. Bene Clarke, ἀλλὰ τά γ' οὐκ ἐγένοντο, *quod optaverim, quodque factum oportebat, non evenit.* (180). εἴ ποτ' ἔην γε· *Siquidem id meminisse fas est; si unquam digna eram quæ isto nomine memorarer.* Clarke. " Forte εἴποτε pro ὁπότε dictum. *quando ille erat socer meus*". Heyne sequut. Damm. Hoc fieri posse negat Schütz App. ad Hoog. de Part. qui interpungit,—εἴ·—πότ' ἔην γε, et vertit, *Levir autem erat meus, impudentis mulieris—utinam adhuc esset! aliquando certe fuit.* Nempe εἰ dicitur pro *utinam* cum ellipsi verbi εἴηκε. ratio certe præferenda et quæ affectum melius exprimit. Vid. Hoog. 155 § 19. et cf. λ'. 751. ώ. 426, &c. (184). ἤδη καὶ Φρυγίην εἰσήλυθον. *Jamdudum Phrygiam vitiferam intrabam.* De bello cum Amazonibus gesto hic loquitur Priamus; Hæ Phrygiam invaserant subditam cupientes propter soli pinguedinem, et usque ad Sangarium penetraverant. Ductores Phrygum, quorum hic meminit, Otreus et Mygdon erant filii Dymantis, Hecubæ fratres; auxilio iis accesserunt Trojani sub Priamo. 187. ἐστρατόωντο, *tendebant castra.* (188). ἐπίκουροι· " proprie dicitur ἐπίκουρος, qui parti bello petitæ opem fert, σύμμαχος, qui invadentibus". S. br. nescio an non nimis subtiliter. (189). ἀμαζόνες

ἀντιάνειραι ut inf. ζ', 186, *viragines, viris æquiparandæ.* Sic Callim. H. 3. ἀμαζόνιδες, πολέμου ἐπιθυμήτειραι. Hoc de Amazonibus testimonium antiquissimum est, de quibus variæ extiterunt sententiæ; a plurimis collocantur prope Mæotim, paludem Scythicam, unde Mæotidæ et Tanaïdæ adpellantur. conf. Senec. Hippol. Claudian. 2. de rapt. Proserp. Earum originem, reginas, res gestas et demum interitum copiose describit Justin. lib. 2. Diod. 3. 11. Ex hoc loco duxerunt Cyclici suas de Amazonibus narrationes, et Virg. *ducit Amazonidum lunatis agmina peltis, Penthesilea furens.* Aen. I. 490, &c. Fabulosa esse omnia putat Strab. XI. et hinc Eustath. at contra Hippocrat. in lib. de aëribus, &c. diserte memorat. Quæ de etymo disseruntur satis sunt incerta. De ἑλίκωπες, 190, vid. sup. ά 389. (193). μείων μὲν κεφαλὴν—ang. *a head less in stature.* Lect. Aristarcheam sequutus sum; vulg. κεφαλῇ. In 195, τεύχεα, ut sup. sunt *scutum* et *hasta.* (197). ἀρνειῷ μιν ἔγωγε ἐΐσκω—vertitur, *arieti ego ipsum adsimilo, densi velleris,* &c. et bene depingitur studium Ulyssis in copiis ordinandis, et dignitas quæ personæ aderat. πηγεσιμάλλῳ, explicatur ut in Apoll. Lexic. Th. πηγός, *compactus* et μαλλός, *vellus.* (205). ἤδη, *jamdudum, olim,* ut sup. 184. (206). σεῦ ἕνεκ' ἀγγελίης. De usu genitivi σεῦ hic adnotant Ernesti, Heyne. Citat ille ex Thucydide, I. 100, ψήφισμα μεγαρέων, *decretum de Megarensibus, contra Megarenses;* recte igitur Eustath. ordinat, ἕνεκ' ἀγγελίης περί σου, *propter legationem tui causa susceptam.* Conf. Od. κ', 245. π', 334. Habetur tamen ἀγγελίην cas. quart. ex ἀγγελίης in λ', 140. adeoque versio recepta quæ Sch. br. secuta reddit *legatum,* etsi inconcinnior, defendi potest. *Bentl.* (207). ἐξείνισσα—φίλησα, *hospitio accepi—humaniter tractavi;* Antenorem inter et principes Achivos hinc intererat amicitia; Helenam postea reddendam suadet, ή, 348, et patriæ fuit denique superstes, Aen. I. 242. (208). φυήν, *indolem.* Sup. ά, 115, *speciem, formam corporis.* (211). ἄμφω δ' ἑζομένω. ἑζομένων, *Bent.* ob στάντων in præc. scil. et sic Zenodot. in S. Ven. Nil opus, quoniam casus cæteri in *statu absoluto* ponuntur sæpius, ut sup. nominat. ά, 171. De hac re fusius disserit Math. §. 562. γεραρώτερος, ut sup. 170. (212). πᾶσιν· i.e. ἐν πᾶσιν, *in concione,* ἐν πληθεῖ. ὕφαινον., ad lit. *texebant,* i.e. *excogitabant* consilia. Locutio ad Romanos transiit; Conf. Cic. Acad. quæst. 4. 48. sic *struere, nectere, fraudes, moras, consilia;* Virg. (213, 215). ἐπιτροχάδην ἀγόρευε—exp. συντόμως, ἐσπευσμένως Sch. br. λιγέως, *diserte, facunde,* ut sup. β', 246, λιγὺς ἀγορητής. Al. *suaviter.* ἀφαμαρτοεπής, ut sup. ibid. ἀκριτόμυθος, *a sensu præ copia verborum aberrans, a babbler.* "Oratores suos bene descripsit Homerus. *Nestorem* ob oculos ponit, *suavem mitemque; Menelaum, concisum, argutum,* nec a scopo *aberrantem; Ulyssem* oratione usum *vehementi* et *condensata*". Dion. Halic. de poësi Hom. §. 20. (215). εἰ καί, ang. *For all that he was the younger of the two.* (217). ὑπὸ δὲ ἴδεσκε—*adstitit atque oculos paullum tellure moratus, sustulit ad proceres;* Ovid, Metam. XIII. 125. cf. Tryphiod. 113. sq. ex hoc loco Homeri descriptionem eloquii Ulyssis mutuatos constat. (219, 220). ἀστεμφὲς *immotum, firmum:* Th. στέμβω, Apoll. Lex. ἄφρονά θ' αὔτως, *as well as a fool:* virum meditabundum depingit nec vocem emissurum nisi quæ cogitationem sapiat. In 221. bene

vis eloquii exprimitur et gestus vehemens; ἐκ στήθεος ἵει, quasi *ex intimo pectore*, procedunt omnia. (222). Gestus depingitur. nunc vero *torrens dicendi copia;* νιφάδεσσιν ἐοικότα, verba concitato motu, sine intermissione edita: copiosa. cf. Aul. Gell. I. 15. VII. 14. (224). οὐ τότε γ' ὧδ' Ὀδυσῆος—*Tunc non tam speciem Ulyssis mirabamur, quam verba;* εἶδος, *adspectum* quem præ se ferebat, *The air*. Loquitur fortasse de modo expediendi qualis in Ulysse narratus est, 217, 220. (231). ἠγερέθονται, eadem analogia ex ἀγερέθομαι ut ἠερέθονται ex ἀερέθομαι, sup. 108. (235). Censet Hermannus male legi τοὔνομα, et præfert, secund. usum Homericum, τ' οὔνομα. (236, 238). δοιὼ δ' οὐ δύναμαι ἰδέειν—αὐτοκασιγνήτω. Sic Antigone, in Eurip. Phœniss. 157, Pors. ποῦ ποῦ, δ' ὃς ἐμοὶ μιᾶς ἐγένετ' ἐκ ματέρος—ποῦ 'στι πολυνεικης;—αὐτοκασιγνήτω redditur *germanos fratres*, ὁμομητρίω· nam a *Tyndaro* prognata fuit Helena, *Dioscuri* vero Castor et Pollux. Decesserant ex vita, forte in pugna cum Paride, dum Helena raperetur, cæsi. Tradit Pind. Nem. X. 412. Castorem obiisse in pugna cum Ida, Apharei filio. (239, &c.). η οὐκ ἑσπέσθην—Malim accepisse sine interrogatione, " Aut non sequuti sunt ex Lacedæmone amœna, aut huc quidem in navibus pontigradis advenerunt, nunc vero in aciem progredi nolunt, dedecora et probra veriti, quæ mihi adsunt". Semper ad flagitium recurrit animus. (245). κήρυκες δ' ἀνὰ ἄστυ—vid. sup 116. ὅρκια πιστά, *victimas fidem facientes;* cf. sup. β', 124. (246). εὔφρονα, *lætum*, i.e. *adficientem lætitia*. Sic Psalm. 104, 15, καὶ οἶνος εὐφραίνει καρδίαν ἀνθρώπου...LXX. (252). τάμηαι, *ut victimas cædas*. Sic ex Cod. Cantab. monente Heyne, restitui; vulg. ταμῆται non convenit, quæ male redditur *feriantur* in vers. Lat. Habet Wolfius τάμητε; quod ferri potest, etsi potior emend. Heynii. (259). ῥίγησε· " *Cohorruit*, præ metu et de filio dimicaturo et de rerum summa". *Clarke*. ὀτραλέως, *studiose obsequuti sunt;* Syn. σπουδαίως, S. br. (262). πὰρ δὲ οἱ Ἀντήνωρ· utpote prudentissimus βουληφόρος et Achivis notior. sup. 203. βήσετο. vid. sup. 103. (268). ἀτὰρ κήρυκες...σύναγον· Sacrificii ordo instituitur; vini mixtio et aquæ in manus infusio—270. pilorum ex victimarum capitibus abscissio, et distributio inter principes viros—273, 274. Fœderis conditiones, diris obnuntiatis, proponuntur—276, 291. Victimæ ab Agamemnone immolantur, postea a Priamo abducta—293, 310. Libationes utrinque factæ—295, 296. Vid. inf. τ', 250 sq. (270). μίσγον. Notatur distinctio inter μίσγειν et κεράσαι. Prior est vinorum admixtio quæ partium ambarum erant in eodem cratere, ad designandas, quæ aderant, pacem et amicitiam. Exprimit posterior *aquæ* in vinum infusionem. (272). ἄορτο, *suspendebatur*. Secund. Heyne ex antiqua forma ἄορμι, unde ἄορμαι, ἤορμην, ἀόρμην, ἄορτο. Hanc extitisse censet ex form. ἀόρω, unde ἀορτήρ, *ensis*, παρήορος, μετήορος et sim. Scripserunt quidam ἄωρτο (inter quos Wolf. Ernest. a MS. Fl.) et sic est pro ἠώρητο ab αἰωρέω. (273). ἐκ κεφαλέων· ad designandum crimen perjurii capite persolvendum a fœdifrago, quisquis fuerit, et a cæteris avertendum. (276). Ζεῦ—Ἴδηθεν μεδέων· Jovem præcipuis honoribus colebant Trojani; hinc ei ab Achivis sacrificium instituitur, sup. 104, quippe Deo præsidi regionis. Invocat quoque Solem et Terram, quibus a Trojanis sacra fiunt. Ibid. Meminit inf. θ', 48, aræ Jovis in Gargaro existentis. (278). οἱ ὑπένερθε· Dii inferi; λέγει πλούτωνα καὶ

πτερσεφόνην S. br. et eos solummodo, ut ex duali τίνυσθον adparet. καμόντας, *vita defunctos:* ad lit. qui vitæ *labores* jamdudum *exegerint*. τίνυσθον, *pœna adficitis*. Conf. τ', 252, 260, ubi sermo est de Erinnyibus, αἵ θ' ὑπὸ γαῖαν ἀνθρώπους τίνυνται. Hinc Virg. *quisque suos patimur Manes*, Aen. VI. 743, ad scelus expurgandum scil. (279). ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ· *quisquis perjurium juraverit*. Verba occurrunt inf. κ', 332. sensu paullum diverso; crimen perjurii non semper innuitur. ὅτις pro ὅστις quæ pro οἵτινες, " nota figura". *Heyne.* (285, 286). τρῶας ἀποδοῦναι—τιμὴν ἀποτινέμεν· ut pass. infinitus mod. pro imperante, τρῶες ἀποδότωσαν—ἀποτινέτωσαν. Ven. A. *Let the Trojans make restitution of* &c. Ellips. suppletur, δικαίον νομίζω—ἀξιόω τρῶας ἀποδοῦναι κ. τ. λ. τιμῆς, *mulctæ*, quam hic memorat, nulla mentio facta est ab Hectore, sup. 86 &c. Achivis solvendam vult propter labores quos sunt perpessi, et forsan belli impensas. ἥντιν' ἔοικεν (subaud., ἀποτίνεσθαι), *qualem irrogari æquum fuerit*. (287). ἥτε καὶ ἐσσομένοισι· Ang. *and the remembrance of which may descend to posterity*. Male a quibusdam accipiuntur quasi tributum perpetuum a Trojanis erat persolvendum; vid. Clarke. Subauditur ἀξιόλογος. ἢ μενεῖ καθάπερ νόμος, ut Sch. br. exponit, in errorem forte Daceriam duxit. (290). ποινῆς, ut sup. τιμὴν· ποινή, *compensatio* (ob injuriam illatam scil. proprie *mulcta ob cædem soluta;* hinc Th. φόνος). Reddit Dac. ut antea, *tributum*, conf. sup. ad α', 13. (299). ὑπὲρ ὅρκια. vid. sup. 107. de voc. ὅρκια, sup. β'. 124. Diras imprecatur symbolo usus vini libatione. (306). οὔπω τλήσομαι, *nullo pacto perferre possum*. Epith. Ilii, ἠνεμόεσσαν, ob situm excelsum tribuitur. (310). ἄρνας θέτο· " Car comme c' étoient des victimes de *malediction*, il n' étoit pas permis de les manger, et celui qui les avoit fournies les emportoit pour les enterrer dans une fosse, ou pour les jetter dans la mer". Dac. (315). χῶρον διεμέτρεον· Sic inf. 344. διαμετρητῷ ἐνὶ χώρῳ. Spatium dimetiri mos erat extra quod transire non licuit. Idem obtinuit in *palæstra*, ut notat Sch. br. Rationem adfert, ne forte alterutri pugnantium auxilium a suis præbeatur. (325). ἂψ ὁρόων· Oculos retorquet Hector, ut plane constet, omnia ex æquo et probe peragi. (327). ἀερσίποδες, *sonipedes*. Virg. (328). ἐδύσατο· lect. recept. ἐδύσετο, a 2. Ald. secundum form. sup. 103. Melius vero convenit aoristus; et sic Heyn. Wolf. (331). ἐπισφυρίοι erant fibulæ quæ ocreas (κνημῖδας) supra talos (σφυρά) firmiter adstrinxerunt: hinc nomen. (333). οἷο pro ἑαυτοῦ· est a forma ὅς pro ἑός. (334). Scutum et ensis a balteis transversis ex humeris suspendebantur qui τελαμῶνες adpellati. (340). ἑκάτερθεν ὁμίλου. *ex utraque acie*. (347). καὶ βάλεν· vulgo notatur distinctio inter usum verborum βάλλειν et οὐτάσαι, priore ubi *eminus*, posteriore ubi *cominus* pugnatur, usurpata: recte in sermone Homer. Sed postea vix obtinuit. Vid. Sch. Eurip. Hippol. 687. cf. inf. ε, 336. (347). πάντοσ' ἐΐσην· designatur clypeus adcurate rotundus—κυκλοτερής. Sch. br. (350). ἐπευξάμενος· " Homere met une priere dans la bouche de Menelas, mais il n' en met point dans celle de Paris. Menelas qui est innocent et outragé, peut s' addresser a Dieu et lui demander justice; mais Paris qui est coupable, n' a rien a demander, c' est pourquoi il demeure dans le silence". Dac. (357). διὰ μὲν ἀσπίδος—" rapidissimum hastæ transitum pulcherrime et ζωγραφικῶς depingit versus, a brevibus statim

exorsus syllabis tribus". *Clarke.* *Ictus* est in prima syllaba voc. διά. vid. sup. ό, 51. Herm. cap. 10. (357). ὄβριμον, *impetu concitato volans—emissum.* ὄβριμον ὕδωρ, δ', 453. ὀβρίμου τυφῶνος, i.e. ἰσχυροῦ, Damm. ad Pind. Ol. 4. 12. vox ἐναργεστάτη. Th. est part. epitatica βρί, *valde, fortiter*, unde βριαρός, βριμάω &c. Notandum vero optime comparari vss. 357, 363, ad exprimendum celerem motum hastæ et partium gladii hinc illinc diffugientium. In not. ad 363, plura exempla collegit Clarke hujusce numerorum adaptationis. Odyss. λ', 594. 596. Georg. 3. 584. Aen. 8. 596. 679. 452 &c. (359). ἀντικρὺ δὲ παραὶ λαπάρην· redditur, *e regione, juxta ile discidit tunicam hasta:* ἀντικρύ, melius, *penitus;* Ang. *quite through.* Est a nom. antiquo ἄντικρυς. χιτῶνα, *subuculam*, tunicam militarem quibus arma superinducuntur. Steph. Thes. 4. 576. (362). ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐτῇ, scil. κόρυθι. vulg. αὐτῷ, quasi ad φάλον spectaret. (365). οὔτις ὀλοώτερος, *nemo te malevolentior Deorum: putavi equidem me ulturum* &c. Sic sup. β', 111, dicit Agamemnon, Ζεύς με μέγα Κρονίδης ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ, σχέτλιος! De τίσεσθαι, conf. sup. locut. similem v. 28. Constructio hic est ἕνεκα τῆς κακότητος. (367). ἐάγη· hoc, si vera lectio sit, ostendit formas ἔαγα, ἐαγώς, ἐαγῆναι, ἕαδα, ἑάλω et sim. ex ὁράω, ὠθέω, quæ inter Atticas vulgo recensentur, ab Ionicis fuisse receptas. Verosimilius est hoc verbum digammum adhibuisse (vid. Hesiod ἔργ. 664 in voc. καυάξαις) et legi debere ἐν χείρεσσι ἄγη. Quidam certe veterum Grammatt. scripserunt ἄγη, ut et ἑάγη, digammo forte in adspirationem mutato.—Legitur ἰάγη inf. λ', 559, ἀαγές, Od. λ', 574. ναυαγίαις, Pind. Isth. Od. 1. 52. cum α longa; sed hoc forsan *ictui metrico* debetur. (368). παλάμηφιν, pro παλάμηςφιν idque pro ἐκ παλάμης. De hac paragoge φι, φιν, vid. Heyn. Obss. ad τ', pag. 522. (371, 372). ἱμὰς πολύκεστος—τρυφαλείης· In 372 declaratur quid erat ἱμάς. πολύκεστος, *acu pictus*, fuit, quo fortasse depingit Poëta mollitiem hominis. Galeæ partes fuerunt, φάλος, λόφος, αὐλός, στεφάνη, φάλαρα. φάλος erat conus in vertice prominentior, cavus ad accipiendam cristam; hæc crista adpellabatur λόφος. Cavitas ipsa fuit αὐλός. στεφάνη fuit lamina in parte anteriore *extrema* ad faciem defendendam posita; φάλαρα erant clavi in hac lamina infixi. Voc. τρυφάλεια accipit S. br. et gramm. vett. quasi τρίφαλεια, galea tribus conis (φάλοις) instructa. Præfert Heyn. th. τρύω *perforo*, ob cavitatem in vertice scil. et primo *epitheton* fuisse videtur, postea *nomen* galeæ. (375). ἱμάντα βοὸς ἶφι κταμένοιο, i.e. *mactati, non mortui ex morbo vel senectute.* Opinio erat lora ex corio bovis ita absumti, infirma et nullius pretii esse. Sic Sch. A. B. et br. θνησιμαίων ζώων δέρματα ἀσθενῆ. (376). Corrigit Heyne τρυφάλει' ἅμα ἕσπετο, ad evitandum hiatum; recurrit vero in ἕσπετο nisi digammata accipiatur. Porro haud improbatur hiatus in medio versus ubi vox in *thesi* sit, adeo ut lectio alterutra ferri potest. (378). ἐρίηρες. sup. 47. (379). αὐτὰρ ὁ—scil. Menelaus. (380). τὸν δ'—Alexandrum. ῥεῖα μάλ', ὥστε θεός, *facillime eripuit, quippe Dea, densamque ei caliginem circumdedit;* ἄρα, *deinceps.* Sic Aen. I. 411, 412. "At Venus obscuro gradientis *aere sæpsit*, et multo *nebulæ* circum Dea fudit amictu". (382). κηώεντι· *fragrante suffimentis*, ut prim. expos. S. br. τεθυμιασμένῳ. Th. καίω, ab odoribus comburendis scil. (385). ἑανοῦ. Duplex est vox ἑανός, adj. *subtilis, tenuis;* subst. *peplum.*

Posterior, ut hic, mediam corripit, et digammum adhibet. Errores metricorum de voce attingit Clarke. huc conf. Dunbar prosod. Græc. § 14. Diverse porro pro signiff. etymon adhibetur, ἕω, ἕννυμι, *induo*, et ἴω in sensu verbi ἐλάω, *produco*, *attenuo*. Constructio versus est, σὺν χειρὶ κατὰ τοῦ ἑανοῦ λαβοῦσα, ἐτίναξε, κ. τ. λ. (387). ναιετάωσῃ· dupliciter refertur ναιετάω, vel ad personam quæ habitat vel ad locum ipsum. In priore sensu significat *habito*, ut hic, β', 539, 841. Od. ι, 21. ζ', 245. In posteriore, *situs sum*, ut sup. β', 648. δ', 45. (389). τῇ μιν ἐεισαμένη προσέφωνεε μιν, i.e. Helenam, ut sup. γ', 141. Sic sup. γρηῒ δέ μιν εἰκυῖα—. Vult Clarke, τῇ μὲν ἐεισαμένη. (391). δινωτοῖσι λέχεσσι, *tornatis lectis*. στρογγύλοις, i.e. *teretibus*. Hesych. Emphatice κεῖνος ὅγ'—*Ille ipse in thalamo* &c. Vocem insequentem κάλλεϊ interpretantur quidam μύροις, i.e. *unguentis odoratis;* huc fortasse respicit locut. Aen. IV. 216, *crinem madentem*. Sic Hesych. κάλλει, τῷ μύρῳ τῷ τῆς ἀφροδίτης. Eadem Eustath. Simplicius vero et melius, *forma, pulchritudine*. (396). ἐνόησε· Se ex aliorum conspectu eripuit Diva; sic inf. ν', 45, 72, Neptunus. Venus ipsa Aen. I. 314. Huc conf. ibid, 402 sqq. *Dixit et avertens rosea cervice refulsit* &c. (398). θάμβησε· *stetit attonita*. (399). δαιμονίη· Verte—*Unkind! why desirest thou to practise on me such arts of deception? Is it your intention again to conduct me to some other town of Phrygia &c.* (*and*) *if you have there any favourite amongst articulating men (to indulge him at my expense)? Is it, prithee, because Menelaus, having vanquished &c.* partic. δὴ repetitur in 403, 405, cum quadam amaritudine. (406). ἀπόειπε κελεύθους· Recte Sch. br. ἐπιλάθου δι' αὐτὸν τὴν σὴν διαγωγὴν μετὰ τῶν θεῶν. Et huic consentit vers. Lat. *deorum abrenuncia vias*. Ad verbum accipit Heyne quasi *profectionem ad Deos;* potior vero h. l. significatio *cætus, mores*. Huc facit κελεύθοις ζωᾶς, Pind. Nem. 8 60. θεοδότων ἔργων κέλευθον, *divinam virtutem*, Isth. 5. 29. Similiter apud Romanos usurpatur *via*, ut *vitæ ratio, vivendi modus*. Conf. Cic. in Rull. 1, 9. de legib. 1, 6. (409). εἰσόκε σ' ἢ ἄλοχον—*donec te vel conjugem vel ille ancillam faxit:* indignabunda loquitur. ἢ ὅγε—" vox ὅγε elegantissimam tum in Græco tum in Latino sermone emphasin habet quam linguæ recentiores prorsus ignorant. Sic Odyss. β', 326. Hesiod. ἔργ. I. 224. Virg. V. 456. Hor. Od. I. 9. Senec. Herc. fur. 1248". Hæc Clarke ex not. Bent. in Hor. Od. I. 9. sup. cit. Videsis Ernest. ad Callim. H. ad Dian. 115. δούλην, quæ alias δμωάν, in serm. Homeric. Hinc suboluerunt quidam manum seriorem; De toto episodio quidem inique judicatur. cf. Heyne, Obss. 383, 448. (412). μωμήσονται· *probris me onerabunt*, Menelao posthabito scil. ἕχω, pro ἕξω, *sustinebo*; Ang. *griefs without measure will be my portion*. De voc. ἄκριτος, vid. sup. β', 796. (416). μέσσῳ δ' ἀμφοτέρων· vertitur, *in medio autem utrorumque struam odia perniciosa, Trojanorum et Danaorum:* Vidimus jam Deæ benevolentiam Helenæ comparatam, (vid. sup. 155 sq.); minatur nunc se hanc in odia conversuram, favore ejus ei adempto. σὺ δέ κεν κακὸν—Tu vero *male pereas*. (419). κατασχομένη· *Se postquam velasset*, ut sup. καλυψαμένη, 141. ἑανῷ, sup. 385. (424). φιλομμειδής. *sweetly smiling;* " ob blanditias oris", Heyn. (426). ὄσσε πάλιν κλίνασα· præ odio et aversatione. Ignave se gesserat Paris, quo nullum

crimen tetrius, Helena judice, admitti poterat. (428.) ὡς ὤφελες, *quam debuisses! Utinam ibi periisses!* conf. sup. α, 415. (436). ἀφραδέως· *inadvisedly; ne temere manus conseras, moneo.* (438). μή με—ἔνιπτε· Ang. *do not exasperate my mind by your reproachful taunts.* Th. ἴπτω, in sensu voc. ἐρεθίζω, ut sup. α, 32. (441). τραπείομεν. reddit Lat. vulg. *redeamus*, quasi a τρέπω, et sic quoque Sch. br. Melius vero pro ταρπείομεν idque pro ταρπῶμεν a τέρπω. Hinc verte, *oblectemur.* (445). κρανάῃ. Insula juxta Gythium, oppidum Laconicæ maritimum. Vid. Paus. 3. 22. Lac. (446). ὥς σεο νῦν ἔραμαι—ad præcedentia, 442, respiciunt, οὐ γάρ πώποτέ μ' ὧδε—*nunquam enim alias amorem tui concepi, qualem nunc* &c. (453). οὐ μὲν γάρ—ἐκεύθανον· Ang. *For they would not have concealed him, had any one seen him.* Omnino hic anteponenda est lectio quam adfert Heyne, ἔκευθον ἄν, et verisimilius est transpositas fuisse syllabas. In 454, est locutio ἶσον κηρὶ μελαίνῃ, cui similem conf. inf. ι, 312, ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν. Summam detestationem exprimunt verba. (456, 457). Observat hic Apollod. 3. 12. separatim designari Dardanos et Trojanos secundum β', 816—819. Priores sub *Aenea* et *Antenoridis*, posteriores sub *Hectore* erant. Asserit Agamemnon victoriam *manifesto esse* Menelai, φαίνεσθαι, et *compensationem*, τιμὴν, exigit, 459. De verbis, ἥ τε καὶ ἐσσομένοισι—vid. sup. 287.

NOTÆ IN LIB. QUART. ILIADIS.

[ἐπιγραφὴ]. Confecto certamine singulari, in dubio relictum vidimus an Helena reddenda fuerit necne, quum Paris non occidebatur. Sed Juno indignabunda, ita non expleri odium suum in Trojanos, Jovi extorquet, ut ipsi concedat Ilii excidium; Hoc eo facilius efficitur, quod nulla alia relinquebatur via ad ulciscendum Achillem, nisi bello redintegrato—1—72. Minerva, ipsa quoque Trojanis inimica, Junonis hortatu ad terram missa, persuadet Pandaro, ut jacta in Menelaum sagitta, pactionem conturbet, ac novam bellandi caussam serat—104. At non lethali vulnere percussum Menelaum arcessitus medicus curat Machaon—212. Interea rursus armati ad pugnandum accedunt Trojani, dum Agamemnon catervas Achivorum obit; nonnullorum, ut Idomenei, Ajacum, Nestoris, qui jam in procinctu stabant, alacritatem laudans; aliorum, ut Menesthei, Ulyssis, Diomedis, qui recentem impetum non senserant, cunctationem reprehendens—421. Quo facto, prælium instauratur, in quo Trojanis Mars et Apollo, Achivis præter alia numina Minerva animos addit; cædes fiunt mutuæ, et memoratur virtus singulorum—544. Hæc pugna continuatur

usque ad lib. VII. Deorum ministerium adhibetur, Minervæ, quæ sub forma Laodoci, Pandarum ad inducias violandas hortatur, Apollinis quoque et Martis, qui partibus Trojanorum student, et ad prælium excitant. Conf. arg. Wolfe, Heyn. (1). ἠγορόωντο· ὡμίλουν, διελέγοντο ἐς τὸ κοινόν· Sch. br. Sic sup. β', 788, οἱ δ' ἀγορὰς ἀγόρευον. Conf. hic Aen. X. 1. (2, 3). πότνια ἥβη νέκταρ ἐῳνοχόει· "Poëta—Hebes opera utitur, fabula non inepta, ad vitam Deorum per perpetuam juventam declarandam". Heyn. Sic immortalium felicitas designatur, Ganymede ad cœlum translato, "cum γάνος sit gaudium et μήδεσθαι γάνος dici possit auctor et dator lætitiæ". Ibid. ἐῳνοχόει est forma antiqua pro ᾠνοχόει quæ postea inter Atticos invaluit. (4). δειδέχατ' ἀλλήλους· *pledged one another.* De hoc more conf. Athen. 1, 11. 5, 4. Aen. 1, 741. Exponitur a Sch. br. ἐδεξιοῦντο· quisque ab eo qui proxime sedebat poculum accepit, et sic deinceps. conf. inf. ί, 224. (6). παραβλήδην· vertitur, *subdole et per comparationem,* secund. Porphyr. quæst. 16. quod amplector, quoniam παραβάλλειν πρός τι significat *quidlibet alteri conferre,* et pergit Jupiter comparationem instituere, 7—12. Sic Damm. Sch. B. "ἐκ παραβολῆς καὶ συγκριτικῶς. Comparat *duas* deas *uni* et quidem infirmiori, dicitque hanc unam esse duabus potentioribus diligentiorem". Lex Hom. Exponit Sch. br. ἀπατητικῶς. Al. ἐρεθιστικῶς. Clarke, *limis oculis intuens;* et optime forsan Dacer. "avec une raillerie amere et en faisant une comparaison odieuse et pleine de mepris". (8). ἀλαλκομενηίς· Alalcomenæ fuit urbs Bœotica ubi exstructum fuit templum et honores Minervæ deferebantur. Ingeniose conjicitur nomen ex Hebræo אלה אלקום exortum, i.e. *numen invictum,* et a Phœnicibus originem duxisse. Conf. Parkhurst Lex. Heb. pag. 41. et Strab. IX. 413. Certe huc facit insigniter Epith. ἀτρυτώνη, Minervæ toties tributum, *invicta, indefessa;* β', 157. (9, 10). ἀλλ' ἤτοι· Ang. *Yet for all that they are the special protectors of Menelaus, they content themselves with merely viewing the contest, whereas, on the contrary, Venus is ever in attendance on him (Paris)* &c. notes vim part. ἀλλ' ἤτοι, αὖτε. De vi præter. παρμέμβλωκε, vid. ά, 37. Hinc constat extitisse formas μέμβλω, μεμβλόω, a μέλω, quarum prior habetur τ', 343, Conf. φ', 516. Od. χ', 12. et verte; *solet illius semper curam gerere.* (12). ἐξεσάωσεν· Eripuit ex morte Dea et, etiam secundum pacti conditionem, bellum instaurari potest. Conf. γ', 281, 284. (15, 16). ἢ ῥ' αὖτις πόλεμον· Supple, εἰ ἄρα ἢ αὖτις ὄρσομεν—ἢ βάλωμεν—κ. τ. λ. notanda locutio βάλλεσθαι φιλότητα, sicut inf. 83. φιλότητα τίθησι Ζεύς. (20). ἐπέμυξαν· Recte Lat. vers. *compressis labris gemebant;* ut quoque Sch. br. "Al. *irriserunt.* Sed contextus h. l. et θ', 457, priori favent". *Ernesti.* Optime porro indolis diversæ habetur ratio; Silet Minerva; Juno, sui impotentior, in aperta jurgia prorumpit, verita ne consilia, Troja sospite, conturbentur. (22). ἀκέων· vid. sup. ά, 34, 565. Od. φ', 89. de vi vocis. Adjectivi, participii et adverbii formam induit; 1. ὁ, ἡ ἀκέων. 2. ἀκέων, ἀκέουσα. 3. indec. (23). σκυζομένη· *indignata.* Th. κυῶν. (24). ἥρη δ' οὐκ ἔχαδε (κατὰ) στῆθος χόλον, κ. τ. λ. (27). ἱδρῶ θ'—*et sudorem, quem sudavi præ labore irritum* et *infructuosum* scil. Adhibui lect. ἱδρῶ, quæ forma est Homerica pro ἱδρῶτα, sicut inf. ί, 416, ἰχῶ pro ἰχῶρα

&c. retinent Wolfe, Ernest. vulg. ἱδρῶθ', et distinguunt θῦναι πόνον ἄλιον, ἱδρῶτα ἀτέλεστον. Observatur *ictus metricus* in ἐν. conf. α', 51. (31). δαιμονίη· Ang. *Inexorable! how now do Priam and the children of Priam wrong you, that with such implacable enmity you pursue to destruction the fairbuilt town of Ilium? Could you but, entering therein, annihilate them quite, it is possible your fury might be stayed, &c.* De δαιμόνιος, vid. β', 190. Verba ἀσπερχὲς μενεαίνεις bene mentem efferatam Junonis depingunt, ut et ὠμὸν βεβρώθοις, 35. Famosus hicce versus est propter ineptam Actii Labeonis versionem, *crudum manduces Priamum Priamique pisinnos;* Pers. Sat. (36). ἐξακέσαιο *remedium adtuleris, saturaveris;* non tam cessante ira quam nihil amplius, in quod se exerceat, habente. (37). μὴ τοῦτό γε νεῖκος—*Lest this dispute may be the source of much quarrelling between us,* &c. (40, 41). μεμαὼς—ἐθέλω, *am determined on destroying, &c.* τὴν, *urbem illam tibi gratissimam,* v. gr. *Argos.* (μέμνησο) μή τι διατρίβειν—*Mind that thou impedest not the execution of my vengeance.* (43). δῶκα ἑκὼν, ἀέκοντί γε θυμῷ· *Libens concessi, etiamsi animus refugerit.* Bene explicat Sch. br. "Junoni morigeratus est, utpote sorori et conjugi; dolebat vero Trojanos, quos maxime amabat, victimas fieri". Illustrat hanc antithesin Sch. mentione facta ineptæ, quam Tryphon induxit, lectionis, δῶκ' ἀέκων, ἀέκοντί γε θυμῷ. Perditur, hac admissa, vis sententiæ. (45). ναιετάουσι, *sitæ sunt.* vid. sup. 387. β', 626. (46). τάων μοι περὶ κῆρι τιέσκετο· h. e. τιέσκετο περισσῶς ἐν κῆρι, *Ranked highest in my favour and esteem.* (48). δαιτὸς ἐΐσης· vid. sup. α', 468. δαὶς, pro *sacrificio* hic usurpatur; generaliter pro *epulis* post sacrificium. λοιβὴ, κνίσση, honores debiti. cf. α', 56. (50). "Juno, muliebri injuriam ulciscendi cupiditate incensa, omne obsequium in caussa simili promittit Jovi, dummodo is, ut invisa sibi Troja excidatur, bellum produci jubeat". *Heyn.* Lepida sane adnotatio clausula prior sententiæ, et vate digna Arpinate! Sed nec decebat Criticum Poëtæ cedere. A Daceria meliora sperabam, sed frustra. (52). Enumerantur civitates quæ Junonem maxime colebant. Doriensium et Heraclidarum incursio relligionem et ritus postea immutavit. (54, 55). τάων οὔ τοι ἐγὼ πρόσθ' ἵσταμαι—Ang. *In defence of any one of those, I oppose you not, nor do I grudge it to you; for even were I to do so, and use my utmost efforts to impede your purpose, those efforts would be unavailing.* πρόσθ' ἵσταμαι, ut Sch. br. pro προΐσταμαι. μεγαίρω, φθονέω, antiquo sermone pro ἐμποδίζω. οὐκ εἰῶ· conf. sup. β', 832. (57). ἀλλὰ χρὴ—*Tamen, te esse fortiorem concesso, nec meum, potius quam tuum, frustra suscipi laborem decet;* scil. propter dignitatem et *generis* et *loci.* Huc respicit πρεσβυτάτην, 59. quam exponit Sch. br. ἐντιμοτάτην. ut et verba Jovis sup. 43. (62). ἀλλ' ἤτοι μὲν—*Verum enimvero in hisce rebus concedemus, alter alteri.* (65). φύλοπιν αἰνὴν· *aciem horrendam.* φύλοπις, vel *pugna* ipsa, vel *strepitus* belli vel *acies* ad pugnam accincta. Conf. σ', 242. H. ad Mart. 15. φυλόπιδα πολυάϊκος πολέμοιο, Od. λ', 313. (67). ἄρξωσι—ὑπὲρ ὅρκια δηλήσασθαι· Propositum, quale hic memorat Juno, et Minervæ consilium inf. 93, vehementer vituperat Plato, de repub. 2. 379. Steph. Et jure quatenus philosophus, sed nec tam elimatum de moribus judicium, vel de ministerio Deorum, antiquo vati convenit. Pandaro certe, nemo melius

deligi poterat ad facinus patrandum; cui levis indoles et animus arrogantior facilem viam aperuit. Ita non vitio vertendum est quod instrumentum mali adhibetur ingenium inconstans et superbum; "propositum erat poëtæ epico hoc unum, ut haberet, qui esset idoneus consilii auctor et suasor", et rem summam promovebat belli instauratio. Rudior porro sensus hominum antiquorum, hic ut alias, considerandus venit, qui numen sapiens certe et providum, sed humani affectus participem, depingit. De phras. ὑπὲρ ὅρκια, &c. vid sup. γ', 299. (71). πειρᾶν θ'. ut sæpius, infin. pro imperativo; *et promove consilium.* (77). Tali imagine usus est in Hymn. ad Apoll. 441—42. ἀστέρι εἰδόμενος ......τοῦ δ' ἀπὸ πολλαὶ σπινθαρίδες πωτῶντο, κ. τ. λ. (82, 83). ἦ ῥ' αὖτις —Displicet Heyniana vers. quæ accipit, (μᾶλλον) ἢ φιλότητα, *bellum potius quam pax instaurandum venit.* Melius Bentl. et Sch. Ven. verbis ἢ φιλότητα τίθησι Ζεύς interrogative sumtis. Dicunt Achivi inducias cito finem habituras, vel pace stabili vel bello exorto, nec amplius rem in incerto fore. Ang. *Doubtless, destructive war will again take place, or Jupiter is about to establish friendship between both parties,* &c. Conf. Clarke. (88). De Pandaro vid. β', 824, &c. (92). Bene observat de hac missione, Plutarch. orac. Pyth. "Minerva, quum persuadendis Achivis studet, *Ulyssem* quærit, prudentem quippe et dicendi peritum. Quæritur *Diomedes,* ardens et bellicosus, ad Trojanos fugandos; *Pandarus* vero, stolidus et sagittandi gnarus, ad fœdus rumpendum". (93, 94). ἦ ῥά νύ μοί τι—Stephani vers. præfero, *warlike son of Lycaon, would you now hearken to my suggestion? you would venture to dispatch a swift arrow, &c.* ῥὰ illativa est, *vin' mihi obtemperare? tunc emitteres sagittam,* &c. Ad hunc vs. observat Sch. Ven. οἰκεία ἡ παραίνεσις ὁμοτίμῳ ἀνδρὶ, εὐσχήμονα πρᾶξιν ὑποτιθεμένῳ· ἕτοιμον δὲ πρὸς πειθώ το, τὲ μὴ κελεύειν καὶ τὸ ἐκ πατέρων ὀνομάζειν. (97). πάρα τοῦ (i.e. ἐκείνου) φέροιο δῶρα, non παραφέροιο. hoc recte Sch. br. Avaritiam Pandari tentat Minerva, et levis gloriæ cupidinem. (100). ὀΐστευσον (κατὰ) Μενελάου. (101). λυκηγενέϊ· vertitur, *in Lycia genito.* Deus erat patrius Lyciæ sub Ida, et hinc epith. secundum Schol. br. Prætulerim vero Macrobii sententiam qui a λύκη (*lux prima* scil. quæ præcedit exortum solis) nominari vult. Hinc λυκηγενέϊ, τῷ γεννῶντι τὴν λύκην. *The light-producing God.* consentit S. Ven. Etymon diversum est sec. Aelian. vid. inf. ἡ, 433. de voc. ἀμφιλύκη. (103). Ζελείης· vid. β', 824. Ita antiquitus designabatur Lycia quæ sub Ida jacebat. Sch. A. (105). ἐσύλα, *uncased.* Operculum v. theca erat, ne arcus a humido aëre corrumperetur; hoc detrahit. ἰξάλου, ex ἵκω et ἅλλομαι, *agilis,* πηδητικοῦ, ut S. br. (106). Ordo est, ὅν ῥα ποτε αὐτὸς βεβλήκει, τυχήσας (αὐτοῦ) ὑπὸ στέρνου, κ. τ. λ. δεδεγμένος ἐν προδοκῇσι, *postquam excepisset eum in insidiis.* προδοκῇσι proprie, locis ad insidiandum aptis, ἀπὸ τοῦ δοκᾶν. S. br. (109). ἑκκαιδεκάδωρα· *Sexdecim palmorum.* Th. δῶρον, mensura quatuor pollicum. (110). ἀσκήσας, *hæc, quum rite elaborasset, cornuum politor aptaverat.* (111). κορώνη, pars extrema arcus, unde nervus pendebat. S. br. (112, 113). καὶ τὸ μὲν εὖ. Verte, *and having bent the bow, he laid it down, having inclined it to the ground.* ἀγκλίνας (τὸ τόξον). recte Heyne Obss. "Pandarus, postquam arcum tetenderat, deposuit eum humi reclinatum, cum scilicet nunc id age-

ret, ut sagittam pharetra promeret". Sch. A. sensum non adsequitur, nec melius Sch. br. πρὸς τῇ γῇ ἐπέρεισας ἑαυτόν. δηλαδη ωστε μη ὁρᾶσθαι ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων· σάκεα, pronuntiata ut dissyll. σάκη. (116). πῶμα, *The quiver-top.* (117). ἄβλητα, *nondum in quempiam conjectam, a fresh arrow.* αβλητος, de persona dicitur, *qui nondum vulneratus erat*, ut inf. 540. (125, 126). λίγξε βιός· *The bow clanged—the bow-string resounded deeply, and the sharp-pointed arrow bounded forth, ardent to wing its flight through the host.* Optime res depingitur et per verba et numeros. μενεαίνων, quasi ipse viri spiritus fuerit sagittæ impertitus. De hac metaphora bene Aristot. Rhet. 3. 11. Sic hasta Asteropæi, φ', 168. dicitur λιλαιομένη χροὸς ἆσαι. Naves, ἀγαλλόμεναι Διὸς οὖρῳ. (128). ἀγελείη· Al. ἀγελαίη. exponitur ἡ αγουσα λειαν—λαφυραγωγός. *The plundering Minerva.* Confer. Suid. in voce qui explicat per vocem στρατιωτική, ut et not. Kusteri. Eodem redit et epith. αρειος, ob rei militaris studium. (130). ἡ δὲ τόσον—*She repelled it from your body as far as a mother repels a fly from her infant when it is lulled in balmy slumber......and directed it to that part, where the golden rings of the outer belt held it firm, and the double-formed corslet joined"* &c. Ordo sententiæ est: ἣ μὲν (ἐπὶ) τόσον ἔεργεν ἀπὸ χροὸς, ὡς (i.e. ἐφ' ὅσον ἔεργει μυῖαν μήτηρ) ὅτε ἔεργει αὐτὴν ἀπὸ παιδός, κ. τ. λ. Pulchra efficitur imago curæ divinæ animique erga Menelaum benevoli. (132, 133). Partes armaturæ antiquæ hic memorantur. *Thoracem* gerit Menelaus qui στατός adpellatur, e laminis duabus metalli conflatum et totum pectus usque ad ilia ambientem. Hæ laminæ γύαλα nominatæ; vid. inf. ε', 99. ζωστήρ v. ζώνη (sup. β', 478) erat balteus exterior, ilia circumcingens, et thoraci ad partem inferiorem adjunctus. μίτρα erat fascia e lana confecta, cooperta ære, quæ ilia defendebat, qua parte thorax non fuit inductus. conf. inf. 187, 215, 216. In 135, 136, observat Clarke optime depingi motum sagittæ, "sententia e pluribus dactylicis inchoante, et in duplicem demum spondæum desinente". Vid. sup. γ', 357. (137). ἔρυμα χροός—ἣ οἱ πλεῖστον ἔρυτο (τὸ σῶμα, τὴν χροα). Ang. *which was his main defence.* Pro ἔρυμα meminit Sch. Ven. lect. Zenodoti ἔλυμα, *corporis involucrum;* hoc ob ἔρυτο in 138. Gravior est caussa cur crediderim lectionem receptam minus probandam; ex sup. annotatis α', 141, de ἐρύω, *defendo*, constat incrementum esse longum, quod hic breve habetur, unde conjicit Knight, Proleg. 103. ῥῦμα χροός. Recte ut censeo. Hac ratione fretus, conjecturam Valcknaeri in Eurip. Phœniss. 997, recepit Porson, τι δῆτα ῥῦμά μοι, κ. τ. λ. Hinc frustra conjicit Heyne quantitatem a Tragicis mutari; Conf. Obss. (138). εἴσατο, ut corrigit Heyne. vulg. εἵσατο. Th. εἶμι, *vado. penitus autem pertransibat illam.* πρὸ accipio ut sup. γ', 3. τῆς, ut pass. pro ἐκεινης. (139). ἐπέγραψε, *grazed.* (141). Φοίνικι *purpura.* Sic vertunt omnes sec. S. br. χρώματι ἐρυθρῷ, at de specie disputatur. Sec. Suidam φοίνιξ est *palma*, unde color obtinebatur. Hinc et φοινικιοῦς, *puniceus.* Sec. Sch. A. arbor erat πρινος, quem conjicit Heyne fuisse *ilicem aquifoliam;* flos ejus, φοίνιξ adpellatus, succum puniceum præbebat. Hoc et Plinius tradit. μιήνῃ, *tinxerit*, quæ propria erat significatio; βάψῃ, S. br. Sensus recentior erat, *corruperit, violarit;* Sic verterat Virg. Aen, 12. 67. "Sanguineo veluti *violaverit* ostro siquis ebur". (144).

ἄγαλμα· " verterim delicias (bijou) quo sensu antiquissimis usurpatur". *Ernest.* Inter recentiores *simulachrum, signum sculptile,* αγαλμα adpellabatur. S. br. (145). ἀμφότερον, i.e. κατ' ἀμφότερον μέρος. (147). εὐφυέες, *well-proportioned.* (152). ἀψοῤῥόν οἱ θυμὸς—*Iterum ei animus collectus est;* vulnus esse minime lethale cernit, spiritumque rursus recipit. Censet Ernesti *pavorem* Menelai indicari et non spem vitæ conceptam; at contrarium verba plane innuunt. (155). θάνατόν νύ τοι —*I have entered into a treaty which will prove your death.* (158, 159). οὐ μέν πως ἅλιον—*Nullo tamen pacto irritum erit fœdus;* ὅρκιον prop. *victima,* ut sup. hinc *fœderis religio.* De vers. σπονδαί τ' ακρητοι, vid. sup. β', 341. conf. γ', 269. (161). σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν· pro ἀποτίσουσι aoristus usurpatur, quasi jamdudum in consiliis Jovis steterit Trojanos pœnas daturos. Nota est figura, nec bene Zenodotus reponit τίσουσι. σὺν μεγάλῳ, supp. τοκῳ. ad lit. *magno cum fœnore.* Vid. Bos in voc. τόκος, Ellips. Græc. τελεῖ in hoc vers. est pro τελέσει *perficiet.* (164, 165). ἔσσεται ἦμαρ—*veniet dies quando pereat Ilium sacrum; pœnas perjurii luet etiamsi manibus nostris haud succubuerit.* ἐϋμελίω, Ion. gen. pro ἐυμελιου et contracte pro ἐϋμελίεω. Sequitur, 166, 167, vindictæ divinæ descriptio: *Jove, throned on high, will shake over them all his Aegis wrapt in clouds &c.* κοτέων (ἕνεκα) τῆσδ' ἀπάτης. Conf. Aen. VIII. 354. " Credunt se vidisse Jovem, cum sæpe *nigrantem Aegida concuteret* dextra". (170). καὶ μοῖραν ἀναπλήσῃς—*Et tempus vitæ præfinitum expleveris.* Sic quoque invenitur μοῖρα θανάτου, *summa dies, ineluctabile tempus.* Habetur etiam ἀναπλῆσαι, *quidquid usque ad finem perferre, perpeti;* respondet ἀνατλῆναι, q. *exantlare labores.* Plena affectu fraterno est hæc oratio, quæ simul Regem sollicitum depingit ne, mortuo fratre, res irrita cadat; vix enim sperari poterat excidium Trojæ, si caussa belli sic ablata fuerit. Hinc dedecoris, quam præfert, species, 171, sqq. (171). πολυδίψιον· multum de significatu dubitatur. Reddunt plerique, *exoptatum, carum.* Quidam *siticulosum,* ob solum Argolidis arenosum, quod fertur, ante tempus Danai, qui, effossis puteis, agrum irrigasse dicitur. Conjecit Toup. πολυλίψιον. Variæ aliæ memorantur a S. br. Sensum priorem tuetur Athen. 10. 9. δίψα certe pro *desiderio* ponitur, ut Pind. Py. 9. 180. ut et διψάω pro ἐπιθυμέω, Ne. 3. 10. Porro verte 171, *Et ego, postquam supremum diem obieris, maxima ignominia notatus carum Argos repetam.* ἱκοίμην ἄν pro ἵξομαι, ut 173, καταλίποιμεν ἂν pro καταλείψομεν. (175). ἀτελευτήτῳ ἐπὶ ἔργῳ. Reddit Heyne, *bello non confecto,* quasi absolute sumpta. Sententiam potius verterim, *propter opus non ad finem perductum.* In tali sensu obvius fit ἐπί. inf. ι. 602. Vid. Math. §. 585. β. (178). αἴθ' οὕτως· in v. 179, distinxerim post νῦν, et sic verterim, *Would that Agamemnon wreaked his vengeance on all in the same manner as he hath now done on us! He hath conducted hither the army of the Greeks on a fruitless expedition, and hath now returned home, &c.* (181). σὺν κεινῇσιν νηυσί, *prædam Ilii non, sicut speraverat, reportantibus.* Aliter Sch. A. " κεινῇσιν dicit, quia Menelaus, mortuus cum sit, non erat in illis rediturus". (182). τότε μοι χάνοι—Scil. ad me obruendum et meam ignominiam. Apte citatur Aen. 4. 24. *Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat.* (184). μηδέ τί πω δειδίσσεο,

Nor in any wise dispirit &c. conf. sup. β', 190. (185, 186). ἀλλὰ πάρειθεν, *but ere it reached a vital part* &c. Vid. de ἐρύω. sup. ά, 141. Hinc constare videtur vix esse probandam lect. vulg. εἰρύσατο, quæ *breve* habet verbi incrementum. Præfert Heyne εἰρῦτο pro εἰρύετο. Poterat quoque admitti, ῥύσατο οἱ ζωστὴρ, κ. τ. λ. Scriptionem antiquam Fοι ignorabant grammatici, et ordinem mutabant ad vitandum hiatum. cf. v. 137. παναίολος. Explicat Porphyr. *mobilis*, ut κορυθαιόλος, sup. β' 816. Sch. br. per παμποίκιλος, quod amplector. αἰόλος est *varius*, et ad *artem*, *figuram*, *colorem* respicit; deinceps ad *mentem*, cum significatu, *versutus*, *sollers*. Sic habetur αἰόλα ψεύδει. Pind. Ne. 8, 43. Tamen bene redditur παναίολος ζωστὴρ, *balteus facillimus et flexu et motu*. Vid. Damm. cf. ί, 707. (189). αἱ γὰρ δὴ οὕτως εἴη! Ang. *Would it were so, my beloved Menelaus! But the physician shall probe the wound, and apply remedies to ease thee of thy extreme pain.*—(190). ἐπιμάσσεται. Th. μάω, *impetu in aliquid feror, attingere cupio.* Hinc μεμαώς toties obvia. redup. μαιμάω. μασάω, &c. duplicatur σ ob metrum, nam incrementum τοῦ μάω breve est. Vs. 191, procedit, ἅ κεν παύσῃ (σε) τῶν ὀδυνῶν. (194). Prætulerim in hoc versu lect. ἰητῆρα, sec. auctorem a Heyne citatum, nam vox in apposito cum φῶτα deest. Hanc semper comitatur vel epitheton vel dictio apposita. Vid. ί, 214. 634. γ', 219. H. in Merc. 377. sup. β', 565. et pass. (200). παπταίνων. "undique oculos ferens ne illum Machaon lateret". Sch. A. B. (202). τρίκης. Vid sup. β', 729. (205). lect. ἴδῃ recepi pro vulg. ἴδῃς. A Wolfio adhibetur e MS. Ven. Lips. Townl. et est Aristarchi lectio. (214). πάλιν ἄγεν—*retro curvati sunt acuti hami*; ut sup. 151. De partibus armaturæ, vid sup. 132, &c. (218). αἷμ' ἐκμυζήσας. Ang. *having expressed* (ἐκπιέσας) *the blood, he applied to the wound the gentle remedies, the knowledge of which the benevolent Chiron had formerly communicated to his father.* πάσσε, *inspersit*, nam φάρμακα illa fuerunt radices v. herbæ, aridæ et in pulverem redactæ, quas vulneribus admovebant. Enumerat Sch B. tria genera; φάρμακα ἐπίπαστα, qualia hic memorantur; χριστά, v. *inuncta*; πότιμα, v. quæ potui aptantur. Sunt ἤπια, quæ inf. έ, 401, ὀδυνήφατα adpellantur. πατρὶ, *Aesculapio* scil. (220, 221). ὄφρα τοὶ—τόφρα· *Whilst they were thus employed in the care of Menelaus, the ranks of the Trojans advanced,* &c. Spatium (ἄρουραν, sup. γ', 115.) inter agmina pertransibant, fore, se Achivos improviso adorturos, rati. At spes fefellit; illi hastas et clypeos (τεύχεα) quos deposuerunt, sup. γ', 114, confestim sumebant. (223). βρίζοντα, *dormitantem*, *officii immemorem*; convenit sup. γ', 179. (299). τῷ μάλα πόλλ' ἐπέτελλε· Ang. *To him he gave strict charge to keep them near him, against the time when fatigue should overpower,* &c. Est ellipsis; παρισχέμεν, (ὡς ἐπιβαίῃ) ὁππότε κάματος, κ. τ. λ. Ex verb. inf. 231, ἐπιπωλεῖτο, titulus hujusce libri, ἐπιπώλησις, ortus est. *Barnes.* (232). σπεύδοντας, Ang. *attentive to their duty.* Quoniam vero ἴδοι vox digammata est, lect. vulg. minime receptam velim. Wakefieldio assentior qui restituit, καί ῥ' ὃν μὲν σπεύδοντα——τὸν μάλα θαρσύνεσκε· Sic et infra, 240, reposuerim, ὄντινα δ' αὖ μεθιέντα ἴδοι. Nec obstat quod in 234, 242, occurrit, ἀργεῖοι, nam diverse referuntur, singularis in priore parte sententiæ, pluralis in posteriore, illa ad *personam* quamcunque adloquitur,

hæc ad *populum*. Locutio usitata est; Conf. inf. μ', 268, 269. (235). οὐ γὰρ Ζεὺς ἔσσεται—Ang. *For Jupiter will never be the abettor of perfidy*. De phrasi δηλήσαντο ὑπὲρ ὅρκια, conf. sup. γ', 299. Huc porro respiciens Antenor pari locutione utitur, ψεύδεσθαι ὅρκια, inf. η, 351, 352. (242). ἰόμωροι· Etymon vix certo constituitur. Verterim Ang. *arrow-practised*, secund. Sch. br. οἱ περὶ τοὺς ἰοὺς καὶ τόξα μεμορημένοι, ὅ ἐστι, κάμνοντες. De *bellatoribus* loquitur, qui contra quam par erat, animum bellicosum exuisse videbantur. De sim. ἐγχεσίμωροι, vid. sup. β', 692. Notio generalis est, *bellicosi, militiæ periti*. οὔ νυ σέβεσθε; *are ye not now ashamed of yourselves?* (253). ἐνὶ προμάχοις (ἐθωρήσσετο scil.) (256). μειλιχίοισιν (ἔπεσιν scil.) (257). πέρι μέν σε τίω. *Supra modum te honore prosequor*. 1. ἐνὶ πτολέμῳ, quippe prædæ majorem partem sortitum. 2. ἀλλοίῳ ἐπὶ ἔργῳ, ut in *concilio*, ordine eminenti inter proceres ei concesso. 3. ἐν δαιτ'—Cibi potusque parte eximia, quæ unicuique pro ordine et existimatione tribuebatur, vel ob meritum insigne; sic inf. Ajaci e pugna reduci η, 321. et pass. A legibus quoque convivii tales non obstricti, ut constat ex v. 263. (259). οἶνον γερούσιον· "vinum senibus præberi solitum honoris caussa", ut recte Heyn. Th. γέρων. Vix secundum analogiam a γέρας deducitur a Sch. br. et Hesych. quos secuta videtur Lat. vers. *honorarium*, quod tamen ad sensum bene se habet. γερούσιον *quidquid senibus convenit, honore, existimatione, fide dignum*, &c. hinc inf. χ', 119, ὅρκος γερούσιος. (262). δαιτρὸν· *portionibus certis, præfinitis*. δαιτρός est *coquus, qui escas dividit;* hinc phras. κατὰ δαιτρὸν, h. e. μεμερισμένως. Eustath. (264). ἀλλ' ὄρσευ· Ang. *But arise to the conflict with that ardor for which you have formerly been so distinguished*. εὔχομαι, *feror, habeor*, ut sup. α', 91. (273). Pro ἐπῆλθε αἰάντεσσι, ut sup. 251. (269). συνέχευαν, ut sup. δηλήσαντο. Contrarium est ὅρκια συντιθέναι. (275). Belli species formidolosa pulcherrime hac similitudine depingitur. Viam sternit 274, νέφος πεζῶν. quod vertit Virg. Aen. VII, 793, *nimbus peditum;* agmen ad pugnam motu lento procedens, procellæ instar hostes dissipaturum, et terrore subito mentes impleturum. Huc respiciunt verba, μελάντερον ἠΰτε πίσσα—λαίλαπα—ῥίγησέ τε ἰδὼν, partes similitudinis quæ bene ob oculos ponunt adspectum et impetum irruentium. Ang. procedit, *As when from some rocky eminence the goat herd perceives a cloud traversing the deep, impelled by the west wind's blast; to him, whilst he stands at a distance, it appears in its progress over the sea darker than pitch, and leads in its train a mighty tempest: he, shuddering at the prospect, drives his flock beneath the shelter of the cave*, &c. (276). ὑπ' ἰωῆς· vid. inf. κ', 139. (277). Notanda est locutio μελάντερον ἠΰτε πίσσα, pro μελάντερον (ἡ πίσσα, vel) πίσσης. Inepte hic Sch. br. μελάντερον, ἀντὶ τοῦ μέλαν, συγκριτικὸν ἀντὶ θετικοῦ, et hunc secuta Lat. vulg. *nigra ceu pix*. (282). κυάνεαι—πεφρικυῖαι· *cæruleæ* (in sensu ap. Virg. Aen. V, 10)...*horrentes hastis*, &c. φρίκη v. φρὶξ, *superficiei agitatio, vi levi admota; horror febrilis, mentis*. vid. η, 63. Od. δ', 402. ubi conf. Sch. br. Ratione haud absimili φρίσσειν dicuntur campi, segete jam maturescente, ψ', 599. cervix setosa suis jamjam impetum facturi, Od. τ', 446, &c. (286). σφῶϊ μὲν· *Vos quidem minime ad pugnam hortor, qui et ipsi alios lubenter excitatis; Utinam enim!*

&c. (290). τῷ, *si ita res foret*...ἡμύσειε· De hac voce vid. sup. β′, 148, 373. (294). στέλλοντα, *instruentem, ordinantem.* (297). ἱππῆας, *bellatores e curru pugnantes*, προμαχούς, quorum erat in veteri tactica excurrere et pugnam inire. Hos nunc ita Nestor constituit ut, more solito pugnandi extra ordines omisso, vires conjungant et prælium simul tentent. Nec postea hæc ratio inter Achivos observanda venit, morem solennem temere excurrendi secutos: Sic prælio insequenti Diomedes προμαχίζει, qui et ipse monitum Nestoris tuetur, pugnam cum Hectore congressurus, inf. θ′, 118. Automedon quoque, ϱ′, 465, &c. Conf. et π′, 426, 427, unde constat tacticam Nestoream solis Pyliis commendari. De tactica Nestorea vid. Heyn. Not. Obss. h. l. et Excurs. I, ad hunc lib. pagg. 659, 660. (299). ἕρκος ἔμεν, *To be the support, the stay of the battle*, adeo ut primo conflictu male cedente, haberet prima acies quo se reciperet. Fortasse et γεφύρας constituit, vel *intervalla aciei*, per quæ facilius regredi possit. Memorantur inf. 371, sed sensu diverso accipiendæ. Vidimus porro, sup. β′, 553, 554, et inter Athenienses tacticam melius institutam. (306, 307). ὃς δέ κ᾽ ἀνὴρ—ἵκηται—ὀρεξάσθω· Sententia aliquatenus ambigua, nec a quorundam argutiis plus luminis adfertur. Quatuor expediendi rationes a Clarkio memorantur, quarum nullæ penitus arrident, etsi *secunda* potior videtur. Locutio ἔγχει ὀρεξάσθαι, dicitur potissimum de certamine *pedestri, se protendere, pugnare cum hasta*, ut constat ex έ, 335, 851. ψ′, 805. Hinc μελίαι ὀρεκταί, β′, 543. Sensus ergo sec. Ernesti est; "*Siquis e curru forte excussus ad alium se recipere velit, is pugnet potius hasta pedes*, quam ut alium currum conscendens, ei, qui in curru est, impedimento fuerit". Sec. Heyne, *Si quis inter pugnandum currum hostilem attigerit*, ne a curru suo descendat, sed *longa hasta petat hostem*; ὃς δέ κ᾽ ἀνὴρ ἀπὸ ὧν ὀχέων (i.e. σὺν, ἐν ὄχεσιν ἑαυτοῦ) ἵκηται ἕτερα (i.e. τὰ τοῦ πολεμίου) ἅρματα, ὀρεξάσθω (κατ᾽ αὐτοῦ σὺν) ἔγχει. et hoc, ne curru suo relicto, quid detrimenti capiat vel ordines conturbet. Obstat huic sensui per se commodo, quod Heyne ipse adnotat, constructio ἀπὸ ὧν ὀχέων pro σὺν ὄχεσι, quæ durior est. "Verum obversatur animo hoc, quod *de curru* hostem aggreditur"; Hyperbaton vix probandum est, ἀπὸ ὧν ὀχέων...ἔγχει ὀρεξάσθω. Sensus alios excogitare in proclivi fuerit, duos vero præstantiores selegi, quorum Ernestianum amplector. Rationes quas meminit Clarke cur 2da. ejus expositio minus teneatur non satis validas existimo, et si operæ pretium fuerit, singulas pertractarim. Hanc secundam rationem diserte tuetur Sch. B. qui et alias memorat. In ipso Sch. pro ἐπὶ τοῦ πλήσιον corrige, vel ἐπὶ τοῦ πλησιοῦ, v. ἐπι τὸν τοῦ πλησιοῦ. 4ta. tollitur a sensu verbi ὀρεξάσθαι, ut sup. habetur. (308). Secundum modum antiquum oppugnationis, in quo machinis non usi sunt, sed ante oppidum præliabantur. (314). ὥς τοι γούναθ᾽ ἕποιτο· *Utinam pro animo qui tibi in pectoribus adest, adesset quoque robur juvenile;* ad verb. *te genua sequerentur*, γούνατα λαιψηρὰ, inf. κ′, 358. μένος, λαιψηρά τε γοῦνα, χ′, 204. (315). γῆρας ὁμοίϊον, *senectus æque omnibus molesta*. Ang. *all-subduing*. Observat Sch. br. hanc vocem semper a Poëta in malam partem accipi, ut πόλεμος ὁμοίϊος, θάνατος ὁμοίϊος, &c. vocem usurpant Aeoles pro ὅμοιος, etsi quidam de etymo argutantur. Steph. Thes. (321). ἔα. Ex antiquo ἔω, unde fut. ἐῶ, aoristus,

ἴα et ἦα. *Heyne.* νῦν αὖτε, *nunc e contrario,* &c. (328). μήστωρες ἀϋτῆς· *pugnæ ciendæ periti.* De Th. μάω, vid sup. 190. ἀϋτή, prop. *prælii commissi clamor,* dehinc *prælium ipsum,* ut sæpius βοή. Porro ob distantiam a media acie, Cephallenes sub Ulysse et Athenienses sub Menestheo, nondum de pugna commissa certiores erant facti. Hinc quid amplius moliri noluerunt donec a reliquis prælium iniretur; ἕστασαν, ὁππότε πύργος ἄλλος ἐπελθὼν, ὁρμήσειε Τρώων, κ. τ. λ. (334). πύργος· τάξις, στίξ. *A division.* ὁρμήσειε (κατὰ τῶν) Τρώων, ut in ξ', 488. θελουσι δε προ εαυτων αλλους Ἕλληνας αρξασθαι της μαχης, ασυκοφαντητους εκ παντος προς το θειον πειρωμενοι σωσαι. S. B. Ven. (338). De forma πιτεῶο, vid. sup. β', 552. (339). καὶ σὺ—*Et Tu, dolis malis instructe.* Ulyssem adloquitur. κακοί erant, i. e. *inimicos male afficientes;* Ulyssi minime probri loco dicta hæc accipio, δόλοι enim inter artes bellicas præcipuæ existimabantur. Virtutem vero *jam* meminisse amaritudinis quoddam habet. (342). Ordo est, ἠδὲ (κατὰ) μάχης καυστειρῆς ἀντιβολῆσαι Τρωσίν, κ. τ. λ. Locutioni μάχη καυστειρή similis est δήϊος πόλεμος, *The hot, the raging battle.* πρώτω γὰρ—ἀκουάζεσθον, *For ye are the first to receive invitations to my select entertainments* &c. δαῖτα γερούσιον memorat, cui principes maxime viri intererant; vid. sup. 259. (346). ὄφρ' ἐθέλητον· *quoad usque placuerit.* De hac a legibus convivii immunitate, conf. sup. 263. (347). νῦν δὲ φίλως χ' ὁρόωτε. Exp. Sch. br. ex Hesych. νῦν δὲ ἡδέως ἂν, καὶ ἀσμένως, ἴδοιτε. Vituperatio est amara; pugnam detrectaturis ne totius quidem exercitus concitatio animos addere potest. (353). ἢν ἐθέλησθα, καὶ αἴ κέν τοι—Ignaviam magno Ulyssi exprobraverat Agamemnon qui tot et tanta erat perpessus in bello prosequendo. Hinc acerba, quam nunc effert, objurgatio; *Si placuerit—Si hisce de rebus sollicitudo te tangat* &c. Sic crimen ignaviæ Regi ipsi oblique regerit. In 355, σὺ δὲ ταῦτ' ἀνεμώλια βάζεις, *venti instar, hæc quæ dicis, levia, vana sunt.* Bene porro depingitur in vss. 356—59—61, mentis agitatio quæ Agamemnonem torquet. (357). πάλιν· *vicissim,* vel sec. Sch. br. ἐξ ἐναντίας, *palinodiam canens.* (359). οὔτε—περιώσιον· *non temere.* "non admodum, i.e. nequaquam", *Heyne,* sec. Sch. br. qui pro περισσῶς usurpatum vult. περιώσιος proprie est *sanctissimus,* et in neutro, *supra modum,* adverbialiter positum, translatione simili ac ἱερὸς sæpe; sic ἱερὸς ἰχθὺς, ἱερὸν κῦμα, Eurip. Hippol. 1206. ἅλα δῖαν, α', 141, Od. γ', 143. et sim. Th. est ὅσιος, *sanctus.* Sunt et alii, ex. gr. Eustathius, qui ab αὔω, *clamo,* format, quasi περιαύσιον, *alta voce.* Adi Steph. Thes. (361—62—63). τὰ γὰρ φρονέεις ἅ, τ' ἐγώ περ· *nam eadem omnino, ac ego, sentis;* locut. antiqua, ut *Heyne* notat, pro ὁμοφρονεῖς ἐμοί. (362). ταῦτα δ' ὄπισθεν ἀρεσσόμεθ'—*lites componemus.* Ang. *We shall settle those disputes at some future period, if any thing evil hath now been uttered* &c. ἀρέσκειν est *placere;* sed, ut alia sæpe verba, vim transitivam habet, *efficere ut quid placeat,* et in genere, *componere.* Sic ἐλπίζειν, μανθάνειν, ἐπιβαίνειν, *facere ut quis speret, discat, conscendat* &c. De hac parte grammaticæ fusius disserit Burges. adnot. in Dawes, p. 495. conf. et Zeun. ad Vig. Cap. 5. §. 1. XVII. Vix necessaria est Bentleii conjectura, ἀκεσσόμεθ', *medebimur,* cujus meminit *Heyne,* Obss. (366). Currum conscenderat Diomedes (inf. 419), adeoque vers. Lat. *stantem interque equos et currus bene*

compactos, nequit esse adcurata, nisi aliorum qui adsint currus et equi intelligantur; hinc plenius, "stabat inter cæteros, curru suo conscenso, Diomedes". (371). τί δ' ὀπιπτεύεις—redditur, *cur et circumspicis aciei semitas?* vid. sup. 299. γέφυρα hic accipienda pro spatio inter acies adversas, quod Diomedes circumspectat, incertus quid statuatur novi. In genere vero designat intervallum inter *acies* vel *ordines*, vel *corpora*. Præsenti convenit in Sch. br. τὸ μεταξὺ τῶν στρατευμάτων. Vid. Damm. (375, 376). φασὶν (ἐκεῖνον) περιγενέσθαι ἄλλων. verb. ἄτερ πολέμου, vertenda sunt, *pacem præ se ferens*, non ut Sch. br. cui adstipulatur *Clarke*, χωρὶς πολεμικῆς παρατάξεως, *Non stipatus*. (378). οἵ (Tydeus et Polynices scil.) ῥα τότ' ἐστρατόωθ'—*Qui tunc bellum admovebant ad sacra mœnia Thebes* &c. Nempe ob perfidiam Eteoclis, qui, anno confecto, imperio se abdicare noluit. Hinc notissimum bellum septem ductorum, quorum nemo præter Adrastum superstes fuit. Verte; *Who were at that time preparing for an expedition against* &c. Sensu diverso obvia est ἐστρατόωντο, sup. γ', 187. (380). οἵ (*Mycenæi* scil.). (381). Ζεὺς, Mycenarum Deus præses. (382). οἱ (Tyd. et Polyn.) Constructio est, ἰδὲ προὔγένοντο (κατὰ τῆς) ὁδοῦ (ἐπὶ Θήβας)· προγένοντο pro προῆλθον, *progressi sunt*, ut inf. σ', 525. Asopus hic memoratus erat flumen in agro Sicyoniorum. (384). Dubitatur hic an sit ἐπέστειλαν τυδῆ ἀγγελίην, ut ordinat Lat. vulg. sec. Sch. br. an ἔστειλαν T. ἐπὶ ἀγγελίην, ex ἀγγελίη, *legatio*. ἐπιστέλλειν in sensu, *mittere*, vix de *personis* dicitur, de *literis* vero et *mandatis* sæpissime; contra vero στέλλειν. Minus adcurate eodem hæc redire censet Clarke. Rationem secundam prætulerim. (386). Conf. sup. β', 658, de locut. βίη ἡρακληείη. (389). ἀεθλεύειν προκαλίζετο· Certamina post convivium inire mos fuit inter heroas; Conf. Odyss. φ'. ϑ', 100 &c. Insidiarum quas in Tydeum struebant Thebani meminit Stat. Theb. 2. 485. sq. πάντα δ' ἐνίκα, i.e. ἐνίκα κατὰ πάντα ἄεθλα. (392). πυκινὸν λόχον· *densas, frequentes insidias*, sec. Sch. br. πολυάνορα. Exponunt quoque *dolosas, arte locatas*. Sic toties obvia πυκινὴ βουλὴ, *consilium sollers*. (398). θεῶν τεράεσσι πιθήσας, *In compliance with the omens of the Gods*. Ensis in certamine fractus τέρας fuisse fertur. Conf. inf. ζ', 183. (400). χέρεια. Vid. sup. ά. 80, quibus e vestigiis lectionem χέρηα probo. (401, 402). τὸν δ' οὔτι προσέφη—αἰδεσθεὶς· exquisite hic depingitur indoles Diomedis. Vera virtus, etiam immerito lacessita, se compescit, nec *verba* sed *facta* ad tollendam invidiam quærit. In lib. sequenti Diomedes, *miles ignavus*, omnium fortissime se gerit. fortiter et prudenter, κ', 219. ξ', 109. firmo animi consilio, et pacis conditionibus rejectis, η, 399. et postmodum, spiritu ductorum accenso, quum legati, re infecta, redierant, inf. ι', 696. Occasionem nactus, Agamemnonem increpat qui consilii revera ignavi ipse auctor fit, ι, 32. Vid. Dionys. Hal. de Hom. poes. §. 20. Quo quisque est animo infirmiori, eo jactantior semper et molestior est. Talem vidimus sup. β', 212. (404). σάφα, hic pro ἀληθῶς. (406). Hic ad bellum Epigonorum respicit Sthenelus quod decimo anno post prius confectum contra Thebas movebatur. Vid. Apollod. 1, 3. 7, 2. (408, 409). πειθόμενοι τεράεσσι· Alcmæonem ducem constituebant. Res melius Epigonis quam patribus eorum cessit, quorum nemo præter Adrastum vivus rediit. Hoc a Poëta innuitur, *They perished*

through their own infatuation. ἀτασθαλία fuit, auguris Amphiarai contemptus; hinc Sch. br. τοῖς ἀνοσιουργήμασιν αὐτῶν. Vid. Aesch. ἕπτα, 582 &c. *Schütz.* κεῖνοι plane de septem ducibus dicitur, non, ut ponit Eustath. de Thebanis. Hac vero oratione se majoribus eorum esse præstantiores jactat Sthenelus; innuit præterea relligionem causam extitisse quare pugnam non inierint, qua posthabita, Hi interierunt. Hæc Sch. B. Ven. (410). τῷ μή μοι—Ang. *Wherefore, never place my ancestors in the same rank with me.* (412) τέττα· vox amicæ objurgationis est. etym. ignoratur, sed minus Bentleio arridebat qui emendaturus scripsit, τέτλαθι, σιγῇ δ' ἧσο. Audacter nimis. anne melius, τέτλα, σιωπῇ δ' ἧσο—? τέτλα pro τέτλαθι ut δαίνυ, inf. ι, 70. pro δαίνυθι. Lect. video Eustathium comprobasse. (413). οὐ γὰρ ἐγὼ νεμεσῶ—Ang. *For I blame not Agamemnon for thus urging the Greeks to battle.* Magna ejus res agitur, nempe sociorum salus et gloria belli feliciter peracti. (421). ὑπό κεν· ordina, δέος ὑφεῖλεν ἂν (τίνα) ταλασίφρονά περ, et verte, "pavor corripuisset *virum* vel fortissimum". (422). Nihil melius hac similitudine exhibere potest *numerum* pugnantium, eorumque *ordinem* et *processum.* ἐπασσυτέρον, *motu continuo alteri, quæ præcesserit, superveniens;* sic Flacc. *unda supervenit undam.* ὑποκινήσαντος ζεφύρου, *submovente zephyro.* Prætulerim h. l. lectioni Heynianæ, ὑπὸ κινήσαντος; impetus venti, lenior primo, paullatim vero increscens, bene a verbo ὑποκινέω depingitur. (424). κορύσσεται, *In altum se attollit,* Th. κόρυς *galea,* cui et convenit altera ejus significatio, *armatur, se armis induit.* Conf. φ', 306, κόρυσσε κῦμα ῥόοιο, Scamander scil. iratus. Flammæ emicanti vox attribuitur, Ap. Rhod. I, 1027. Nubibus, Theoc. 25. 94. Synonyma est κορθύεσθαι, Th. κόρθυς, inf. ι', 7 (426). κυρτὸν ἐὸν κορυφοῦται, verte, sec. Sch. br. *Tumidum existens in fastigium attollitur.* Aliter exponunt κυρτὸν, ἐμφυσώμενον, jamjam cumulo prærumpendum. Videsis imitationes exornatos, Aen. 7. 528. Georg. 3. 237. Notat porro Ernesti verba Callim. H. in Del. 14. ἀπομάσσεται ὕδατος αχνην huc respicientia. (429). οἱ δ' ἄλλοι, *milites* scil. (432). ποικίλ'—Conf. sup. 186, de voc. αἰόλος, quæ huic ut plurimum convenit. τεύχεα hic ποικιλα, ob *splendorem* scil. et *coruscationem.* De *mente* quoque, ut αἰολος, dicitur, idque in sensu bono v. malo. Sic a Platone voci ἁπλοῦς opponitur: ab Hesych. usurpatur in sensu συνετός. Simili ratione et composita ejus, ut Soph. Oedip. R. 131, ἡ ποικιλῳδὸς σφίγξ. (433). Τρῶες δ', ὥστ' ὄϊες—Aciei utrique sua similitudo bene convenit. Trojani, diverse constituti, magno cum tumultu, pugnam ineunt; Sermone discrepant, et tactica forsan minus adcurata utuntur; hinc *a Marte* duci finguntur, Achivi vero *a Minerva,* i.e. consilio sapienti ac provido. Recepi πολυπάμονος. sec. *Heyn. Wolf. Ernest.* et fid. MSS. vulg. πολυπάμμονος, quantitate nil exigente; a πάω fit πᾶμα, ut a δράω, νάω, fiunt δρᾶμα, νᾶμα. *Ernesti.* (435). ἀζηχὲς· *indesinenter, intense.* de μεμακυῖαι observatur, non pro μεμηκυιαι usurpari; vocalibus enim mutatis, quantitas prior servatur: hinc conjicitur forma duplex μηκω et μακω, sec. not. sup. α', 338. A priori habentur μεμηκως, inf. κ', 362. μεμήκω, Od. 1. 439. (437). Conf. sup. β', 803, 804. (440). ἄμοτον· *insatiabiliter.* Th. μοτά, *linamenta quæ vulneribus induntur.* Sch. br. Diserte Etymol. τὰ ῥάκη πληρωτικὰ τῶν πληγῶν. Hinc αμοτος,

ἀπλήρωτος. De voc. κασιγνήτη, 441, observat bene Sch. B. ἀπο της ὁμοιοτητος των παθων πλαττεσθαι και τας συγγενειας, ὡς δειμον και φοβον και ἐριδα. Ἐστιν οὐν (ἡ ἐρις) ἀδελφη, οὐ τῃ συγγενειᾳ, ἀλλα τοις τροποις. (442, 443). ἥτ' ὀλίγη μὲν πρῶτα—Depingitur hic, et pulcherrime, pugna ingruens, a primo impetu confligentium ad id temporis quo totæ se commiscent acies et acerrime certatur. οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη· Sic de fluctu, ἱερὸν εἴδομεν κῦμ' οὐρανῷ στηρίζον, Eurip. Hippol. 1206—7. Similiter *famam* in magnitudinem paullatim increscentem describit Maro, *Parva metu primo, mox sese attollit in auras* &c. Aen. 4. 176. Laudat porro Long. de Sub. §. 9. De κορύσσεται, vid. sup. 424. (444). ὁμοίϊον· vid. sup. 315. (445). ὀφέλλουσα· *adaugens.* Sic sup. γ', 62. κύματα, ό, 183. πόνον, π', 651. ὀφέλλετο μένος, ψ', 524. (447). Haud supervacanea est vocula ῥα. Apodosin notat inter 446, 447, οἱ δ' ὅτε......συνέβαλον ἄρα. (449). ὀρυμαγδος ἐστι πολεμου ἠχος, ἐχων κτυπον ὁπλων, στρατιωτων ἀλαλαγμον, ἡγητορων παρακλησιν, εὐχην ἀγωνιωντων, οἰμωγην ἀπολλυμενων, θρηνον ἐπι πεπτωκοσι. Sch. Ven. (452). κατ' ὄρεσφι ῥέοντες· καταρέοντες ἐν τοῖς ὄρεσι—κατὰ τοῦ ὄρους, *Heyne.* Sic sup. 297, σὺν ὄχεσφιν. Paragoge poëtica est hæc syllaba finalis (φι) vel potius linguæ antiquioris et minus excultæ quod reliquum erat. Genitivo additur et accusativo sing. Dativo et in plurali et sing. Conf. Od. β', 2. Il. ί, 568. Sup. β', 363. ν', 308. [Conjectant quidam paragogen φι ortam esse ex contractione poëtica σφι, σφιν, pro σφίσι, uti sæpius in oratione redundant οἱ, σοί, μοί. Probabilius est formam antiquam genitivi digammum adscivisse, ut sup. β', 731, ex emendat. Bentl. et hinc profluxisse formas Ionicas in οιο ubi omittitur digamma, communes in ου ubi solita mutatione digam. fit υ, et poëticas in φι, ubi conservatur *sonus*, litera immutata. Conf. Heyn. Exc. ad θ', 300.] (453). συμβάλλετον· *Ernesti* hic ad ά, 566. respicit. Exempla adfert usus reciproci dualis et pluralis, Arat. Diosem. 1004. Pseudo-Orph. 77. Adde, inf. θ' 185, 191. ί, 182—186. et decantatum illud Pind. Ol. 2. 156, ubi prætulerim γαρύετον. Vid. not. Burges. ad Misc. Crit. p. 52, 53. Inter Atticos etiam obtinuit et in lingua adcuratius constituta; vid. Plat. Theæt. 70. Aristoph. ὄρνιθ. 641; responderi equidem potest, in hoc posteriore loco sermonem *de duobus* esse; In hoc casu usus reciprocus fit sæpissime, et numeri in eadem sententia conjungi possunt: etiamsi quoque *de pluribus* sit, idem obtinere, sed minus frequenter, exempla quæ præcedunt satis probant. (455). δοῦπον (τὸν) τηλόσε, *fragorem longinquum*· Conf. Aen. 2. 305. *Stupet inscius alto, accipiens sonitum saxi de vertice pastor.* (456). "Hiatu (in γένετο ἰαχή) interjecto, id efficit Poëta, ut quasi auribus accipiatur clamor intentus &c." *Clarke.* Vox ἰαχή digammum adhibet, cadit igitur observatio. (457). Hinc Pylii videntur in prima acie fuisse constituti; nam Antilochus, f. Nestoris, πρόμαχος nunc est. (465). ἕλκε δ' ὑπ' ἐκ βελέων — i.e. ὑφεῖλκεν ἐκ βελέων. λελιημένος. Vox obvia fit sec. quosdam in forma λελιμμένας in Aesch. ἑπτα, 376. Exponit Sch. br. ἐσπουδακώς, *in haste.* Verbum ejus λιάω v. λέω deducit *Heyne* a λῶ, i.e. ἐθέλω, unde et λίαν. Expositio θερμαινόμενος, et λιαρόν, θερμόν in Sch. Ven. quoad sensum eodem redit. (468). τὰ οἱ κύψαντι—*Which, as he stooped, appeared from beneath the covert of his shield.* (470). ἔργον ἀργαλέον ἐτύχθη· *Certamen acrius exortum est.* ἔργον, μάχη.

S. br. (472). ἐδνοπάλιζεν· vertitur, *occidebat*. Th. δονεῖν, *agitare* et πάλη. Ad palæstræ certamina vox præsertim respicit. Bene reddit Schrev. *prosternebat*. Sensum diversum vid. Od. ξ', 512. (478). θρέπτρα. Ang. *Nor did he repay his parents for their tender care of his infancy*. *Nutritia* proprie, sed in genere *sollicitudines propter infantes* designat θρέπτρα v. θρεπτήρια. De voce quædam habet *Blomfield* in gloss. ad Aesch. ἕπτα. 473. de synon. ejus τροφεῖα agens. Conf. et Valcknaer ad Eurip. Phœniss. 45. ubi lectionem diversam adhibuit Porson. Sec. quasdam Edd. legit *Ernesti*, θρέπτα, quippe "lectionem antiquissimam". Designat potius hæc τὰ τεθραμμένα, *nutrita*. θρέπτρα tuentur *Heyne*, *Wolf*. *Clarke*; et fatetur Ernesti τὸ (ρ) posse inter pronuntiandum elidi. (483). ἐν εἰαμενῇ· Exponit Sch. br. "in irriguo et herboso loco". Th. ἧμαι, *sedeo*, unde ἡμένη, per dialys. ἑαμένη, εἰαμένη. *Heyne*. Prætulerim εἶα, gramen: quod vero ipsum a th. ἕω, unde et ἧμαι, prodit. Vid. Math. §. 235. Blomf. (486). ἴτυν· *orbem rotæ exteriorem cui inseruntur radii* (κνημαί). ἴτυς ἄφθιτος, inf. έ, 724. (488). ἀνθεμίδην, contracte pro ἀνθεμιωνίδην. Sic inf. μ', 117. De Syncope et pleonasmo patronymicorum vid Math. §. 100. Obs. 2. (489). τοῦ. Ord. ἀκόντισε κατὰ τοῦ, (i. e. τούτου). Genitivum adsciscit κατὰ quum *objectum* generatim designatur quod petimus; quum *pars ipsa*, accusativum. Sic 492, κατὰ βουβῶνα. 502, κατὰ κόρσην. (497.) κεκάδοντο. Ang. *retired in confusion*. Th. χάζω, unde aor. ἔκαδον, et reduplic. κέκαδον, κεκαδόμην. Inf. θ, 353, habetur κεκαδησόμεθα, unde conjicitur forma κεκαδέω, et recte; nam a κῆδος fit κηδέω, et exinde καδέω, secundum quod sup. ponitur. ά, 338. Similiter ponunt κεκάδω a χάζω. (510). ἐπεὶ οὔ σφι λίθος χρὼς—*Quoniam non e lapide vel ferro conficitur corpus, ut æs sustineat acutum, dum percutiuntur*. Loquendi forma antiquior. (513). πέσσει. De voce vid. sup. β', 237. πέσσει χόλον, *nourishes his spleen*. Bene Daceria; *livré en proie au ressentiment qui le dévore*. τριτογένεια. Epith. Minervæ, cujus variæ adferuntur origines. A lacu Tritone, in Libya, ubi nata dicitur, deducit Aesch. Eumen. 288, &c. verba sunt, τρίτωνος—γενεθλίου πόρου. Meminit quoque S. br. Recentioribus vero forsan hoc debetur, et prætulerim ipse τριτώ, quæ vox Bœotica fertur pro κάρα. Deam e capite Jovis ortam fuisse fabula est notissima. Tenet *Heyne*. *Suidas* in voc. τριτογενής fusius de etymo tractat. (517). Ἀριστάρχος, μοῖρα πέδησε, Ἰακῶς. S. Ven. (520). πείρως. vid. sup. β', 844. 845. (521). ἀναιδής, *saxum ingens*. Est proprie ἀναιδὲς, *inverecundum*; dehinc ad significandum quod *ultra modum*, quod *immensum* sit, transfertur. Sic ap. Pind. ἐλπὶς ἀναιδὴς est *spes nihil non audens sperare, infinita*; Nem. 11, 59. Ol. 10. 123. ἀναιδέα πότμον, *mortem quæ neminem reveretur*. Ap. Virg. vox *improbus* similiter usurpatur; sic *saxum improbum, labor improbus*. (522). ἄχρις ἀπηλοίησε· vertitur, *prorsus confregit*, secund. expositionem τοῦ ἄχρις in Sch. br. καθόλου. Sec. *Heyne*, ἄχρις significat *usque ad*, fere ut διὰ πρὸ, inf. έ, 66. et verti potest sententia—*usque ad ambos nervos et ossa saxum ingens disrumpendo penetravit*. (533). ἀκρόκομοι, *vertice–summo–comantes*. Comam sic in altum evectam et religatam gerere mos fuit borealibus Asiæ populis, ut Heyne observat. Exponit Suidas, μετρίως κομῶντες, ἢ λίαν, ἢ τὰ ἄκρα τῆς κεφαλῆς κομῶντες. Ad Sch. br. respicit, ad-

notante Kuster. (535). πελεμίχθη, *violenter conturbatus est*, dum recesserit scil. Bene Sch. br. διεσείσθη, ἀνεκινήθη. Vid. θ', 443. π', 612. (539). οὐκέτι ἔργον ὀνόσαιτο, *minime vituperasset*, i. e. *magnis extulisset laudibus*. Jam nota est locutio. Laudatur in Dion. Halic. 1. 41. vs. ex Sophoc. Prom. Solut. ἔνθ' οὐ μάχης, σάφ' οἶδα, καὶ θοῦρός περ ὤν, μέμψει. Cf. sup. α', 330. inf. ε', 767—68. ζ', 522. ρ', 398—99. (540) ἄβλητος καὶ ἀνούτατος· Nec cominus nec eminus vulneratus. In sermone Homerico servatur distinctio quæ vulgo notatur inter οὐτάζειν et βάλλειν. Apud recentiores non item.—Versus porro finales a Bentleio pro spuriis habebantur, forsan quia sententia ad v. 542, satis commode finitur.

NOTÆ IN LIB. QUINT. ILIADIS.

[ἐπιγραφή]. Stragem Trojanorum continuant Achivi; ante omnes Diomedes, πρόμαχος ferocissimus, se fortiter gerit multosque trucidat (1—94). Achivi Trojanos cedere cogunt, multis, qui enumerantur, cæsis—84. Diomedes a Pandaro vulneratus, etiam vehementius sævit (95—166): Cujus impetum ut retunderet Aeneas, Pandaro currum secum conscendere jusso, in Diomedem invehitur—275. Pandarus interficitur, et Aeneas ipse, saxo sauciatus dum amici corpus tegeret, vix a Venere eripitur—318. Hæc a Diomede vulneratur; dehinc, ab Iride educta, curru Martis ad Olympum revehitur, ubi eam mater Dione sinu fovet, alii dii leniter irrident—431. Aeneam, a Venere destitutum, Diomedis furori eripit Apollo et Pergamum asportat—453. Increpatus ab Apolline Mars Trojanos hortatur—462. Et Hectorem incendit Sarpedon—498. Ita recrudescit pugna; Aeneas quoque integer in pugnam redit—518. Nec segnius pugnant Achivi, cæduntur que ex utrisque multi, in his Tlepolemus, Rhodiorum ductor, a Sarpedone—659. Sarpedon ex vulnere recreatur—698. Hector sua virtute pugnam restituit, Achivos cedere cogit, multos cædit—710. Achivis ita laborantibus ex Olympo opitulatum veniunt Juno et Minerva—777. Voce Junonis denuo incenditur turba, Minervæ autem monitu et ductu Diomedes ipsum Martem vulnerat—863. Qui illico ad Olympum redit, insequentibus etiam Deabus—909. *Heyn. Wolf.* ut sup. Inscribitur hic liber ἡ Διομήδους ἀριστεία, ob facta præclara hujusce herois, quem Agamemnonis exprobratio (sup. δ', 370, sqq.) vehementer accenderat. Interventus autem Deorum plurimus hic habetur; Minervæ, (1—29), (114—133), (711—744), &c. Martis, 461, 507, 699, 702, 846; Junonis, 711 sqq. 784. Apollinis, (344—346). (432—454). Vulcani, 23. Veneris, 311 sqq.

Res quasi in dramate ob oculos ponuntur, et species quædam inest magnifica, dum facta heroum præclara, quæ ad summam belli promovendam faciunt, cœlicolis se cum tanto studio immiscentibus, dignitatem acquirunt. (1). ἔνθ' αὖ, i. e. τότε δή, *tum scilicet, tum vero, dum in incerto maneret res, et acrius est pugnatum*, &c. (2). δῶκε μένος καὶ θάρσος· *Vires ei et audaciam addidit; invictum reddidit.* (5). ἀστέρ' ὀπωρινῷ ἐναλίγκιον· Conf. Aen. 8, 589. Stella *Sirius* hic designatur, nam " ὀπώρα æstatis pars ea est, qua, facta jam messe, vites et poma maturuere". *Heyne.* Porro in v. 6. constructionem præfero, λελουμένος, παμφαίνῃσι (ἐξ) ὠκεανοῦ—Virg. minus ad verbum, *Oceani perfusus...unda...Extulit os sacrum cœlo.* Verte, *which when bathed, rises in splendour from the ocean.* possit esse λελουμένος (ἐν ῥοαῖς) ὠκεανοῦ, παμφαίνῃσι, sed durior est constructio.—In similitudine Aen. 10, 272. pulcherrimam præ se ferunt speciem verba, *sanguinei lugubre rubent,* quæ a Macrobio haud notatur in comparatione sua, V. 13. Non solum adspectus viri, sed belli imminentis species formidolosa exhibetur. (7). Ultima in τοῖον producitur, nam οἱ vox digammata est. Non ob aspirationem, quæ nullam potestatem exerit. (12). ἀποκρινθέντε ἐναντίω—est hiatus cui remedium proponebat Bentl. ἀποκρινθέντες. Nec obstat numerus dualis ὁρμηθήτην. Vide sup. α', 566. δ', 453. Sæpius vero notandum venit hiatum in medio versus ubi vox in *thesi* paullulum sistitur pro vitioso non esse habendum. Conf. sup. γ', 376. (20). ἀπόρουσε· se ad socios recepturus, ut impetum Diomedis evitaret. Currum non satis cito potuit circumagere. (21). οὐδ' ἔτλη περιβῆναι, *nec ausus est protegere.* περιβῆναι proprie de feris dicitur qui catulos gradiendo circum protegunt. Sic inf. ρ', 137, Ajax dicitur πατρόκλῳ περιβαίνειν......ὡς τίς τε λέων περὶ οἷσι τέκεσσιν, κ. τ. λ. Consimilis est locutio ἀμφιβαίνειν τίνα, ut sup. α', 37. (22). οὐδὲ γὰρ, οὐδέ κεν αὐτὸς—Sic interpunxi ad pleniorem distinctionem; verte; *neque enim, haud equidem ipse, effugisset mortem, ni Vulcanus eripuisset,* &c. Omittuntur vero, ut in narratione poëtica frequenter solet, inter 21 et 22, verba quæ ad sensum complendum exiguntur, *nequicquam fugit, nam ne sic quidem,* &c. Plurima sunt exempla ellipseos hujusce; vid. Sophoc. Philoct. 1273. Aesch. Pers. 231—2. Hoog. de partic. γάρ. Laudatur et illud Maronis, Aen. 2. 426. in not. Clarke. (28). ἀλευάμενον, *fugientem.* Est pro ἀλεάμενον, Th. ἀλέω, unde ἀλεFω, ἀλεύω, ubi obiter notandum est digammum sæpe talem mutationem subiisse; plura conf. exempla in præf. ad Dawes. Misc. Crit. p. XXV. &c. De ὄχεσφιν, vid. sup. δ', 452, (29). πᾶσιν ὀρίνθη θυμός. *Cunctis commovebantur animi,* præ terrore scil. et metu. ἀτὰρ γλαυκῶπις Ἀθήνη (ἐκ) χειρὸς ἑλοῦσα (αὐτὸν,) κ. τ. λ. De epith. γλαυκῶπις, vid. sup. α', 206. (31). Ictus in ἄρες primam producit quæ cæteroquin brevis est. Conf. sup. α', 51. τειχεσιπλῆτα, *mœnium-eversor.* Th. non πλήσσω, sic enim foret τειχεσιπλῆκτα, sed πλῆμι, *appropinquo, violenter invehor,* ut sup. δ', 449. (32). οὐκ ἂν δὴ ἐάσαιμεν; Ang. *Should we not leave the Trojans and Greeks to contend by themselves, in order that we may see to which side Jupiter may grant the victory?* (36). ἐπ' ἠϊόεντι· redditur, *in herboso,* ut sup. εἰαμενῇ, δ', 483. Rectius vero Sch. br. ἐπὶ τῷ ὄχθας ἔχοντι, sec. quod versio Schreveliana habet, *in riposo.* Th. ἠϊών, *ripa.* (41). στήθεσφιν, pro

στήθεος, dial. antiqua, ut sup. γ, 452. (46). ἐπιβητόμενον· verte, *in the act of ascending.* Præs. particip. a forma βήτομαι, ut sup. γ', 250. inf. ε, 745. θ', 389. (49). αἵμονα θήρης, *venandi peritum.* Pro δαίμονα per aphæresin vulg. ponitur, et huc convenit Sch. br. ἐπιστήμονα. Forte melius ex αἴθω, ut αἷμα, fit αἵμων, *acris.* (50). ὀξυόεντι, non *acuta,* quasi ab ὀξύς, sed ut Sch. br. habet, ἀπὸ ὀξύας, εἴδους δένδρου, κατεσκευασμένῳ. Sic quoque Porphyr. quæst. 11. ὀξύη erat arbos e genere abiegno. Pro hasta ipsa ponitur in Eurip. Herac. 727, a Clarkio citato. (53). ἀλλ' οὔ οἱ τότε γε χραῖσμ'—Sententia absolutior fit, *(quidquid ei auxilii olim præstiterit Diana), tunc enimvero illum morte non arcebat, nec peritia jaculandi,* &c. τότε γε, *tunc saltem,* cum vi emphat. De χραισμέω, vid sup. α, 566. (61). Sch. br. hic habet φίλατο quod magis Ionicum. De forma duplici verborum quorundam quæ in eadem syllaba quantitatem diversam adhibent, ut hic φῖλω et φῐλέω, vid. sup. α, 338. (62). νῆας ἐΐσας. Vide ad α, 468, γ, 48. (63). ἀρχεκάκους, *miseriarum fontes, quæ exitii caussa fuerunt; quoniam* (64) *vaticinia deorum non noverat,* vel, *prudens, minime adverterat.* Lectionem θέσφατα adhibui, quæ et Woltio arridet, ut sit θέσφατα ἐκ θεῶν, ut sup. α. 87, θεοπροπίας, quæ tamen adcuratius *ad voluntatem Dei* quam *ad oracula* spectat. Hæc θέσφατα dicuntur fuisse monita ne rebus maritimis se immisceant Trojani. Conf. Sch. br. Erat quoque Heleni effatum, ut et Panthi, cujus meminit Dares Phrygius. (70). πύκα, ἐπιμελῶς, Sch. br. Vid. deriv. sup. γ, 392. Restituerim quoque Ionicum τρέφε sec. lect. Hesychii. (80). μεταδρομάδην· *in cursu,* i. e. *dum aufugeret.* Refertur ad *Hypsenorem,* non ut Sch. br. ad *Eurypylum* insequentem; Conjungo etiam cum ἔλασε, non, ut quidam minus concinne, cum φασγάνῳ ἀΐξας· (83). πορφύρεος—*atra mors.* "Apud Ciceronem *purpura fusca* occurrit, propterea *purpureus* apud poëtas pro *nigro* ponitur: ut cum *purpureum mare* dicitur Virgil. G. IV. 373". *Ernesti.* Sic infra π', 350. μέλαν νέφος θανάτου. Conf. Pindari illud, Pyth. 4, 325—26. ἄνδρας πτεροῖσιν νῶτα πεφρίκοντας ἄμφω πορφυρέοις, i. e. μελανοπτερυγούς, in Eurip. (85). Τυδεΐδην δ' οὐκ ἂν γνοίης. Notetur transitio ad secundam personam, poëta auditores suos alloquente, et cunctis quasi in dramate coram objectis. Hoc ad vim narrationis et rerum gestarum speciem sensibilem magis et vivam offerendam maxime conducit; poëmati certe, quod primitus scripto haud fuerat mandatum, convenit—et hodie Ionici, quos dicunt, *improvisatori,* si non spiritum et vigorem, enarrandi modum a majoribus acceptum servant. (87). ἂν πεδίον restitui pro vulg. ἀμπεδίον sec. M. S. Townl. inf. 96. Impetus vero Diomedis magnifico ornatu verborum describitur qui viam sternit narrationi, quæ sequitur, factorum mirabilium. (89). γέφυραι ἐεργμέναι, "sunt pontes sublicis et tignis sibi oppositis muniti, ad undarum impetum frangendum". *Heyne.* ἕρκεα sunt *moles* v. *maceriæ* quæ circum loca arboribus consita exstruuntur, et ἀλωαὶ sunt ipsa loca. Sic Sch. br. χωρίων ἀμπελοφύτων ἢ δενδροφύτων. (91). ὅτ' ἐπιβρίσῃ—*quando ingruerit Jovis imber, cum vi graviore descenderit.* (92). ἔργα, *segetes. Arbores etiam consitæ,* Ernesti. modo non absimili Ang. *The fair labours of the husbandman,* et sic Sch. br. in sensu latiori, τὰ γεώργια. Eodem sensu et Solon de vento, ὥστ' ἄνεμος......γῆν κατὰ

πυροφόρον δηώσας καλὰ ἔργα, κ. τ. λ. Hanc totam similitudinem feliciter imitati sunt, Lucret. 1. 284. Virg. Aen. 2. 305, 496. (98). Procedunt verba, τυχὼν (αὐτοῦ) κατὰ δεξιὸν ὦμον (διὰ τὸ) θώρηκος γύαλον, ut inf. 189. Quæ γύαλα hæc sunt, vid. sup. δ', 132. (104). εἰ ἐτεόν με, " Si revera Apollinis numine permotus hanc sagittam emisi". Sic sup. δ', 101, 119, εὔχετο δ' Ἀπόλλωνι λυκηγενέϊ, κ. τ. λ. Deus tutelaris fuit, cui præmia operis finem habituri vovisse Pandarus censendus est. Ratio altera est, " Si bonis auguriis a Lycia profectus sim". (109). πέπον. hic adpellatio est amica. Vid. de voc. sup. β', 235. De verb. καταβήσεο, et talibus, vid. sup. 46. γ', 250. (113). διὰ στρεπτοῖο χιτῶνος, vertitur, *per tortilem annulis tunicam*, at intelligitur Thorax ipse, non subucula vel vestis interior. Conf. inf. ν', 439. φ', 31. Flexilis fuit et corpori moto facile cedens θώραξ στρεπτός; contra vero στατός qui ex laminis confectus est. Enumerantur quoque θώραξ ἀλυσιδωτός, *catenulis consertus;* κρικωτός, *hamis*, κλωστός, *funiculis*, qui omnes et στρεπτοί dicebantur, Minus accuratus est in h. l. Sch. br. Conf. descript. thoracis στρεπτοῦ in Suid. ex Eunapio, pag. 202. Vid. quoque sup. δ', 132. (115). ἀτρυτώνη. Vid. sup. β', 157. (117). νῦν αὖτ' ἐμὲ φίλαι—*Mihi quoque fer opem, nunc præsertim animo sis benigno*. In eodem sensu φίλω sup. 61. ubi conf. (118, 119). καὶ ἐς ὀρμὴν ἔγχεος ἐλθεῖν—*Atque intra hastæ jactum venire qui me præveniens adsecutus est, et gloriatur, nec me amplius adhuc lumen solis splendidum visurum dicit*. φθάμενος a rad. φθῆμι, cujus aliquot tempora adhuc supersunt. Attici adhibebant φθάσας. De usu ejus bene observat Sch. B. Ven. adhiberi illud, ne *virtuti* Pandari attribueretur quod tantummodo *fortunæ* erat. [Vim vocis subtiliter discutit Herman. ad Viger. §. 204; nescio vero an non quæ ponit inter Atticos tantum usitata fuerint, viz. signif. pro φθάνω, *cesso, desino*. Talem apud Homerum non invenio, verbo simpliciter spectato, etsi facillime prodit ex significatu proprio, *occupo, prævenio;* nam ubi quis alterum *præoccuparit*, ut in motu, impetu, &c. *desinit* certe id facere, antequam alter iste *inceperit*.]. (124). μάχεσθαι· *pugna, prælium consere*, ut sæpe. sic 130, 132. (126). ἱππότα, qui alias ἱπποκορυστής exp. ut sup. β', 1. ἔχεσκε, *solitus est habere; qualis ei natura et usu conveniebat*. (129). τῷ νῦν, αἴ κε θεὸς πειρώμενος—*Idcirco nunc, si huc accesserit deus periculum tui faciens, (*i. e. *pugnam cum te initurus,) ne manum conseras*, &c. Conf. Pind. Nem. 1. 66. et Olymp. 2. 94. et inf. 220. Quod habet Sch. Ven. πειρώμενος λανθάνειν ἐν ἀνθρώπου μορφῇ, durius est. (135). Ordo est; καὶ πρίν περ μεμαὼς, τότε μιν (pro μεμαότα μιν) τρὶς τόσον μένος ἕλε, ὥστε λέοντα—ὣς μεμαὼς, κ. τ. λ. Fideliter exprimuntur hæc omnia, et a vulnere concitatus heros, pavorque et formido inter hostes, illo adveniente, illata. (137). ὅν ῥα, *quem nempe*. εἰροπόκοις ὀΐεσσιν, *lanigeros greges*, Georg. 3. 287. (138). χραύσῃ, *leviter attigerit, perstrinxerit*. Th. χράω, *impetu feror*, unde χραFω, χραύω, ut sup. χέω, χεFω, χεύω, et sim. β', 41. Conf. sup. 28. (Ibid.). αὐλή, atrium ante tugurium circum quod ducebatur septum v. strues lapidea, χόρτος. Hoc saltu leo exsuperat. (139). τοῦ μέν τε σθένος—*Vulnere levi ardorem solummodo ei concitat, non domuit*. (Ibid.). ἔπειτα δὲ τ' οὐ προσαμύνει, ἀλλὰ—*Nec amplius contra illum fert auxilii, sed stabulis se occulit, oves autem* (τὰ πρόβατα) *desertæ fugan-*

tur consternatæ. Via nempe hæc vertendi maxime concinna est, nam si δύεται ad feram respiceret, esset quod illud evidentius monstraret, ut in 142, αὐτὰρ ὁ. Recensentur aliæ in not. Clark. (141). ἀγχιστῖναι, *confertæ.* Th. ἄγχιστος. Al. ἀγχηστῆναι, ex ἄγχι et ἱστάναι. (142). αὐτὰρ ὁ, *Ille vero, interea ille.* Nec video ambiguitatis aliquid in hisce verbis; Leo, ovibus direptis, *ex ovili* in agros *exsilit.* Consentire videtur Sch. br. πρόβατον ἁρπάξας. Secund. Eustath. ἐξάλλεται αὐλῆς est, ὑπεράλλεται τὸν χόρτον τῆς αὐλῆς, quod etsi verum sit quoad *sensum*, vix quoad *literam* tenendum est; ἐξάλλεσθαι ad locum respicit unde saltus fit, ὑπεράλλεσθαι ad aggerem v. obstaculum saltu exsuperatum. Displicuit porro Bentleio vox ἐμμεμαὼς in h. v. et restituit ἐμματέως, quod vid. inf. 836. Odyss. ξ', 485, &c. Utrumque per se bonum, at priorem prætulerim, quæ nec præcipitem fugam indicat sed impetum feræ prædam auferentis. Vim ac audaciam depingere vult Poëta. (146). κληῖδα—πλῆξ'. *In jugulo ad humerum percussit.* κλεὶς, *os incurvum quod crati pectoris jungit humerum, The collar-bone.* πλῆξε in eodem sensu cum οὔτασε, *cominus feriit.* (150). τοῖς οὐκ ἐρχομένοις· Inter dubia hic locus a Sch. br. reponitur. Hunc secutus Clarke varias adfert rationes quarum nulla arridet. Simplicissima est Ernestii, *His ad bellum proficiscentibus somnia senex non interpretatus erat.* Neglexerat fortasse, vel, ut a bello absterreantur, in dubio reliquerat. Ἔρχεσθαι absolute significare *ire ad bellum*, notatur inf. 198. *Ire, proficisci*, inf. ζ', 280. ψ', 893. Od. π', 170. (153). τηλυγέτω· Vid. sup. γ', 175. (158). χηρωσταί. "Verte: *propinqui*, non *curatores*, ut interpretantur Eustath. Hesych." *Ernesti.* Erant cognati remotiores qui in bonis succedebant deficientibus hæredibus propioribus; unde nomen a χηρόω, orbo. Conf. Suid. in voc. Kust. p. 670. Est loc. in Pind. Olymp. X. 102, &c. huc respiciens; ὥς τε παῖς ἐξ ἀλόχου πατρὶ ποθεινὸς, ἥκοντι νεότατι τὸ πάλιν ἤδη, μάλα δέ τοι θερμαίνει φιλότατι νόον· ἐπεὶ πλοῦτος ὁ λαχὼν ποιμένα ἐπακτὸν ἀλλότριον θνάσκοντι στυγερώτατος. In vss. 102, 103, 104, habetur ὁ τηλύγετος, et in 107, exponitur ὁ χηρωστὴς, ποιμὴν ἐπακτὸς ἀλλότριος, *hæres adscititius.* (161). ὡς δὲ λέων—ut sup. 136. ἐξάξῃ, *effregerit.* (164). βῆσε κακῶς ἀέκοντας, *ambos invitos deturbavit sæviter; βάω, βῆμι* &c. cum significatu sæpius notato, *descendere-facio;* conf. inf. ί, 546. *Vis* in compositis manet, *sensu variato* pro ea quæ adjungitur præpositione. Est locut. sim. sup. ά, 25, κακῶς ἀφίει. (166). ἀλαπάζοντα στίχας, *vastantem agmina.* De verbo notat Sch. br. eandem esse vim ac κενόω *(exinanio); διὸ καὶ* Ἀθηναῖοι τὰ κενώματα λάπαθα καλοῦσιν. Hinc forsan ἀλαπαδνός, *infirmus, tener* &c. (168). Sup. δ', 88. (170). Emendaverat Bentl. στῆ δὲ πάροιθ' αὐτοῖο. (172). ἐνθάδε γε—*hic saltem.* (174). Junge, τῷδ' ἔφες—εἰ μή τις θεός ἐστι, et verte 175, *quicunque sit ille qui pugna est superior, et jamdudum multis malis affecit Trojanos* &c. Ἔοργε. A Th. ῥέζω fit ἔρδω per metath. et a fut. ῥέξω oritur ἔργω, th. obsolet. hinc præt. med. ὄργα, et augmento adhibito (quod olim etiam in verbis a vocali incipientibus in usu fuisse videtur) formatur ἔοργα. Mathiæ, §. 161. 248. Contra vero Herm. de rat. emendand. grammat. p. 293. (176). γούνατ' ἔλυσεν· Locutio usitata pro κατέκτη, virium sede in genubus posita. Hinc sup. δ', 314, εἴθ' ὥς τοι γούναθ' ἕποιτο, h. e. *vigor juvenilis.* Inf. ί, 610. Transivit ad Romanos; conf. Horat.

Epod. 13. 6. *Dumque virent genua.* (178). μηνίσας (ἕνεκα) ἱρῶν. Sic sup. ά, 65. (182). γιγνώσκων ἀσπίδι, h. e. διὰ ἀσπίδος, ut notat Heyn. αὐλώπιδι τρυφαλείῃ vertitur, *oblonga galea, tereti* scil. et conum (αὐλὸν) habente quo inserebatur crista. Conf. sup. γ́, 372. (185). οὐχ ὅγ' ἄνευθε θεοῦ—Ang. *He performs not those frantic acts of valour without some divine aid.* Sic Virg. *non hæc sine numine Divum eveniunt.* Aen. 2. 777. (186). νεφέλῃ εἰλυμένος ὤμους, *Nube candentes humeros amictus, Augur Apollo.* Flacc. Od. 1. 2. (187). ὠκὺ κιχήμενον, *eum jamjam adsequentem.* Recte Heyn. "quod in eo erat ut ipsum transfigeret". Male Lat. vers. *velociter involantem.* (189). διὰ θώρηκος γυάλοιο. Conf. sup. 99. δ́, 132. (190). προϊάψειν. Sup. ά, 3. (194). πέπλοι. λεπτὰ ὑφάσματα ἢ σινδόνες. Sch. br. Vela erant v. instrata, quibus currus cooperti sunt ne ab aëre humido corrumperentur. (196). κρί, *hordeum.* ὀλύρα secund. Eustath. genus leguminis quod nomen conservarat inter quasdam gentes maritimas Lyciæ magnæ. Dissentiunt, ut observat Heyn. Dodonæus de frug. hist. c. 4 et Celsius. Sec. Sch. est εἶδος κριθώδους καρποῦ. τισὶ μὲν βρίζα καὶ βρίζιον (ut ap. Eustath.) τισὶ δὲ ζειὰ καὶ ζέα. (ut ap. Plin. 18. 8. 9.). (200). De Pandari ditione, vid. sup. β́, 824. *Troës* hic adpellantur, et regio ipsa *Lycia*, sup. 105. Vid. β́, 876. Pandarum sub Priamo ditionem tenuisse et regionem ipsam Troadis partem constituisse abunde constat. Conf. et inf. 211. (203). εἰλομένων· *intra urbem inclusis.* Sic ἐελμένοι, σ, 287. ώ, 662. Inf. 782, εἰλομένοι, *ad pugnam collecti.* ἄδδην, *largiter.* Ex rad. ἄω exortæ, 1. ἄδω, αδέω, *satio*, cum α brevi, et ἆδω. 2. ἥδω, *delecto*, et ejusdem significationis, ἅδω cum α longa. Plures præterea aliæ, ἄδη, ἄδην, ἄδδην, ἀδδέω. Heyn. Excurs. p. 173. (204). εἰλήλουθα, *I am come.* (205). *Hæc vero* (τόξα scil.) *nil mihi beneficii videntur præstitura;* ἀνεμώλια, inf. 216. ἔμελλεν, pro vulg. ἔμελλον recepi secund. lect. Heyn. (208). ἀτρεκὲς αἷμ' ἔσσευα, *verum, manifestum sanguinem elicui, sed eo magis furorem concitavi.* (209). τῷ ῥα κακῇ αἴσῃ· Vid. sup. ad ά, 418. (211). φέρων χάριν. Conf. sup. ά, 572, de phras. sim. ἐπίηρα φέρων. Convenit recentiori χαριζόμενος. (214). Ordo est, ἀποτάμοι κάρη ἐμεῖο. *Clarke.* ἀλλότριος φὼς a Sch. br. recte exponitur, ὁ πολέμιος ἀνήρ. Al. simpliciter, *externus vir.* Occurrit v. Od. π́, 102, ubi in Edit. Schrev. mendosam lect. corrige, αὐτίκ' ἀπ' ἐμεῖο κάρη, κ. τ. λ. Observatur porro h. l. iræ excandescentis indicium maximo cum artificio effictum; "Peream, ni hæc, *comites tam inutiles*, manibus fracta in ignem comburenda abjecero". De ἀνεμώλια, vid. sup. δ́, 355. (218). πάρος δ' οὐκ ἔσσεται ἄλλως—Notatur πάρος pro πρίν. Verba exponuntur, πρὸς τὸ παρὸν οὐ πράξομεν ἄλλως, (Sch. br.) quod minus accuratum existimo. Sensus est, *Res se in melius non mutabunt, nisi impetum hujusce viri nos ipsi, obviam euntes, represserimus.* Ordo sententiæ est; πρὶν νώ, ἐπελθόντε (κατ') ἀντιβίην τῷδ' ἀνδρί, σὺν ἵπποισι καὶ ὄχεσφι, πειρηθῆναι (αὐτοῦ) σὺν ἔντεσι. De locut. πειρᾶσθαι τινός, vid. sup. 129. Porro particula γέ h. l. minime necessaria est, "nam tono ipso acui potest syllaba". *Heyne.* (221). ἐπιβήσεο. Vid. sup. β́, 35. γ́, 262. ί, 109. (222). Τρώϊοι ἵπποι, non Trojani, sed ex eorum stirpe quos Jupiter Troi præbuerat, ut narratur inf. 265. Conf. Schol. in ed. Barnes. (223). φέβεσθαι, *fugere*, φεύγειν, Sch. br. Hinc verba quæ toties obvia sunt, μήστωρ φόβοιο, a Platone

explicantur, *fugiendi peritus*. Vid. Plat. Lach. p. 191. et conf. inf. 272. θ', 108. Possunt quoque exponi φόβον φορέων, ut sup. β', 767. (226). σιγαλόεντα. Vulgo redditur, *miro-artificio-factas*, et refertur ad σιγή. Est vero nomen σίαλος, *pinguis*, ut inf. ι, 208, quod exinde significationes, λαμπρός, καλός, induere potest, eadem analogia ac λιπαρός, sup. β', 44. inf. κ', 22. Sic in Od. α', 334, λιπαρά exponitur a Schol. καλά. σίαλος vero, primitus σιϜαλος et exinde σιϜαλοεις, facile transibat in σιγαλόεις, quoniam Γ et Ϝ literæ erant cognatæ. Vid. Harles, præf. ad Dawes, p. XXVII. l. 30. et Neilson ad Moore, G. Gram. pag. 15. Ejusdem analogiæ exemplum habetur in voc. γέντο, θ', 43. Videsis. Conf. Ernest. ad Callim. H. in Cer. 44. (227). ἐγὼ δ' ἵππων— Observatur officium diversum τοῦ παραβάτου et τοῦ ἡνιόχου. Hic equos regebat, ille hostem irruentem excepit. Recepi in h. l. lect. ἀποβήσομαι, et interpretor, *e curru descendam, pedes pugnabo*. Confirmat ρ', 480, 483, ubi hunc versum sequitur ἀπόρουσε, unde constat morem inter heroas usitatum fuisse. [Recte legit Clarke, at male interpretatus est, *Ego stans in curru pugnabo*, Eustath. secutus. Versio Wetsten est, *de equis decedam*, quam corrigit Heyne posito, *de equis descendam*. Wolfe adhibet lect. Florent. Ald. 1. ἐπιβήσομαι, sensu satis luculento, inf. 239, at quam jamdudum damnaverat Ernesti. Conf. V. L. et Obss. Heyn.] (228). ἠὲ σὺ τόνδε δέδεξο, Ang. *Or do you receive him, whilst I take charge of the horses*. Sic inf. 238, ἐπιόντα δεδέξομαι, *I will await his onset*. (231). ὑφ' ἡνιόχῳ εἰωθότι. Errat Lat. vers. *sub auriga consueto*. Verte sec. Sch. br. *sub auriga qui consuevit eos regere*. Hoc notavit Heyne Obss. h. l. (233). μὴ τὼ μὲν δείσαντε ματήσετον· Junge cum v. 230, et verte, *ne temere discurrant præ formidine*. Conf. inf. ψ', 510, de sensu verbi ματᾷν quæ manifesto est μάτην ἵστασθαι, *cunctari ubi mature facto opus sit;* hinc signiff. *efferri, ferocire;* Ang. *to become restive*. (240). Ordo est, ut sæpius notatum, ἐπεῖχον ἵππους Διομήδεϊ. (245). ἶν' ἀπέλεθρον ἔχοντας, *viribus immensis præditos;* δύναμιν ἀμέτρητον, Sch. br. Mutatur etiam constructio; ὁ μὲν ponitur pro τὸν δὲ, præcedente ἄνδρ' ὁρόω κρατερώ, κ. τ. λ. De voc. γεγάμεν a γάω, v. 248, vid. Math. G. G. p. 322. (249). χαζώμεθ' ἐφ' ἵππων. Pedes pugnabat Diomedes, ut constat ex verb. infra, v. 255. Hinc verti potest, *ad equos (currum) nosmet recipiamus*. Modus usitatior est, *retrocedamus, conscenso curru*. Certum est nihil inter heroas vel fortissimos usu frequentius venisse quam se ad suos recipere, præsertim ubi vis superior premebat, ἐν γὰρ δαιμονίοισι φόβοις φεύγοντι καὶ παῖδες θεῶν. Pind. Nem. 9. 64. Conf. θ', 78 sqq. Hinc eximie monstratur Diomedis fortitudo qui, ipse pedes, consilium *de salute* respuit, quanquam illud, nullo dedecore admisso, poterat amplecti. Indoli, qualis semper est, generosæ convenit. (253). οὐ γάρ μοι γενναῖον. Bene exponitur γενναῖον in Sch. br. ἤτοι ἐγγενὲς, ἢ ἐκ γένους παρεπόμενον. Verte ergo; *Mihi non natura insitum est*. Convenit sup. 125, πατρώϊον μένος, et a Pindaro usurpatur γενναῖον in sensu, *generi conveniens*. Minus præcise vers. Lat. habet *decorum*, etsi *ad sensum* satis recte. ἀλυσκάζειν exponitur ἐκκλίνειν. ἀλυσκάζοντι μάχεσθαι, non, ut Vers. Lat. *fugitantem pugnare*, sed ἀλυσκάζειν ὥστε μὴ μάχεσθαι, *pugnam devitare*. (255). ὀκνείω δ' ἵππων ἐπιβαινέμεν· Verte; *piget me præterea currum conscendere; attamen vel sic (*i.e.

pedes licet existens) illis obviam ibo &c. τρεῖν μ' οὐκ ἐᾷ παλλὰς ἀθήνη, quæ mihi vires et invictam audaciam suppeditat. (258). εἰ γοῦν ἕτερός γε φύγῃσιν, Ang. *granting at the most* (γέ) *that one of the two were to escape.* De hac vi particulæ quæ latissime patet, conf. exemp. in Hoog. p. 97, sqq. (261). τούσδε, *hosce nostros.* Officium exsequitur Sthenelus, inf. 321, quum, cæso Pandaro, linquit currum Aeneas ad corpus defendendum amici. (262). ἐξ ἄντυγος ἡνία τείνας. Erant ἄντυγες, ut notat Sch. br. inf. 728, αἱ περιφέρειαι τοῦ ἁρματίου δίφρου. Ex gemmis innotescit figura, quæ orbicularis erat; Breviter *Heyne* in Not. h. l. "ἐξ ἄντυγος, in orbiculi qui δίφρον ambiebat, ora superiore, forte in paxillo impacto". "Currus heroum erant humiles, binis rotis subnixi quibus impositus δίφρος, cui insistebat ἡνίοχος, cum altero pugnante, ἐπιβάτῃ (vid. sup. 227). Ambiebat δίφρον præcinctio aliqua, *lorica*, fere ad genuum mensuram. Hæc est ἄντυξ, in qua eminebant paxilli seu clavi, ansæ, circa quas religari poterant habenæ. Si duæ ἄντυγες memorantur, (ut έ, 728, ύ, 500.) videtur ἄντυξ binis semicircularibus partibus constitisse, quæ utrinque latus tegebant" &c. Obss. h. l. Citat Ernesti not. Hemsterhusii ad Luc. T. 1. p. 279. quem tamen fefellit discrimen inter *ambitum* currus qui proprie ἄντυξ vocatur et *ansas* quibus habenæ adnectebantur. Non ad has, sed ad duplicem ἄντυγα respicit loc. cit. inf. 728. In genere usurpatur ἄντυξ pro *ora exteriore, ambitu* cujuslibet rei; *currus*, ut hic, inf. 322. 728. *clypei*, ζ', 118, ό, 645. *Citharæ*, Eurip. Hippol. 1135, ὑπ' ἄντυγι χορδᾶν. *Cæli* quoque. Conf. exemp. congesta in Damm. Lex. Hom. et Heyn. not. ad κ', 475. (266). υἷος, contracte ex υἱέος, a recto υἱΐς. Vid. Mathiæ, §, 73. (269). θήλεας, ex Homerica θῆλυς, ὁ, ἡ. Transtulit vss. 268, 269, Maro, Aen. 7. 281. (270). Recepi lect. γενέθλης, et ordino; ἐκ γενέθλης τῶν (τούτων viz.) ἐγένοντό οἱ ἕξ—. γενέθλῃ, *Wolf.* γενέθλης, *Ernest. Clarke.* Al. γενέθλῃ, q. d. *Six at a birth.* (272). De verbis μήστωρε φόβοιο, vid. sup. 223. (278). Verba respiciunt ad 95, sup. et sqq. *Tunc equidem non domui, hastâ nunc experiar* &c. De voc. διὰ πρὸ (281), videsis, 66. δ', 522. (287). De forma ἤμβροτες, pro ἥμαρτες, vid. Math. G. G. §. 40, 4. §. 188. Obs. 4. οὐδ' ἔτυχες, i.e. καιρίως, *non lethaliter vulnerasti.* (288). Fuse exponit Hoog. in voc. γέ, p. 98, vim exquisitam in hac oratione. Abesse vero potest post πρίν cui adnexa videtur ne metrum conturbaretur; Conf. sup. 219. Reliqua sententia procedit; *priusquam alteruter illorum saltem sanguine martem satiarit.* Ad morem fortasse respiciunt verba sanguinem hostium cæsorum gustandi qui inter gentes antiquiores invaluit; Conf. δ', 35. χ', 346. Mars dicitur ταλαύρινος, ut Minerva, ἀτρυτώνη. Conf. epith. sup. δ', 8. (292, 293). γλῶσσαν πρυμνήν, *imam linguam.* Vel Pandarus caput declinaverat, vel hasta, curvatim volans, in descensu illum assecutus erat; hinc, 293, exiit παρὰ νείατον ἀνθερεῶνα. Variant porro Editt. a lect. ἐξελύθη quæ Aristarchea est. Lect. Zenodoti recepit Wolfe, viz. ἐξεσύθη. Al. ἐξεχύθη, ἐξέσυτο. Prima videtur præferenda, quam Schol. ined. MS. L. exponit ἐπαύσατο τῆς ὁρμῆς, *impetu suo elanguit hasta.* Bene dicitur λύεσθαι de motu qui vel cessat per se, vel admoto obstaculo; hinc quoque de vi corporis aut mentis extincta, ut inf. 296. Sophoc. Antig. 1268. 1314. (295). παρέτρεσσαν, Ang. *drew back in consternation.* (298). δείσας μήπως οἱ ἐρυ-

σαίατο, metuens ne corpus sibi eriperent hostes. Dedecus erat maximum corpus sodalis amittere; hinc tot certamina ubique facta. De verb. ἀμφιβαίνειν, vid. sup. ά, 37. De ἀλκί recte notat Sch. br. rectum esse ἀλξ, et non pro ἀλκῇ positam esse. (302, 303). χερμάδιον, χειροπληθη. Sch. br. qui sup. δ', 521, λᾶας ἀναιδής adpellatur. De vi partic. γέ in 303. adnotat Clarke. Vid. sup. 288. (307). Hæc verba θλάσσε, ῥῆξε, in sensu latiori accipienda sunt, *fortiter percussit, vulneravit*, sed non prorsus *confregit*, vix enim sanari poterat tale vulnus, ut fit inf. 448 &c. (308). καὶ ἐρείσατο *(fulcivit se)* σὺν χειρὶ παχείῃ κατὰ γαίης. (318). ὑπεξέφερεν, *subducebat, clam abstulit:* Sic inf. θ', 268. ὑπεξέφερεν σάκος, *submovebat scutum* i.e. *paullatim* et *leniter*. (319). συνθεσιάων, exp. Sch. br. ἐντολῶν, et secuta vers. Lat. *mandatorum*. Habetur β', 339. συνθεσίαι, in sensu τοῦ συνθῆκαι, *pacta*, et huic congruit sup. ά, 76. σὺ δὲ σύνθεο, q. vid. (320). τάων, sup. 259, sqq. (322). De ἄντυξ, vid. 262. (325). ὃν περὶ πάσης τῖεν ὁμηλικίης, *quem supra omnem æqualium—cœtum in honore habuit.* Notetur usus περὶ pro ὑπὲρ, ut in β', 831. (326). ὅτι οἱ φρεσὶν ἄρτια ᾔδη. Ang. *Because he possessed a mind congenial to his own.* Bene exponitur ἄρτια, ὑγιῆ, ἡρμοσμένα, sec. Th. ἄρω cui conveniunt variæ signiff. *consentaneus, congruens, aptus, firmus, certus,* &c. De usu conf. Pind. Ol. 6. 159. in phras. ἄρτια μήδεσθαι, i.e. ὑγιῆ, δίκαια. Recte sententiam Poëtæ expressit Crispus, "Idem velle atque idem nolle, ea demum firma amicitia est. De bell. Cat. §. 20. De ᾔδη, vid sup. ά, 70. (327). αὐτὰρ ὅγ'—*At heros ipse.* Minime hic redundat ὅγε. Vid. γ', 409. (328). σιγαλόεντα. Vid. sup. 226. (329). μέθεπε, *egit post, insequi-fecit.* Conf. Od. ά, 175. θ', 127. Signiff. τοῦ μεθέπειν sunt; 1. *immittere,* 2. *insequi.* 3. *insequi-facere.* 4. *arcessere.* 5. *illum, quem arcessas, circumspicere.* (330). ὁ δὲ Κύπριν ἐπῴχετο, γιγνώσκων —beneficio nimirum Minervæ quod narratur sup. 127. Ad allegorias confugiunt *Clarke* et Sch. 330—336, hic ut alias. Existimat prior Tydidem "permultis Trojanorum fusis ac cæsis, magnam *Helenæ rapiendæ auctoribus* ac propugnatoribus *notam infamiæ* eo die *inussisse*". Ratio subtilis sane et quam vix adsequor, ni tota compages quæ in poëmate inducitur Deorum ministrantium ex allegoricis personis constare censeatur. Hanc enarrationem sensui veterum rudiori prorsus tribuo nec explicationes allegoricas adhibendas puto nisi ratio ipsa aut mens Poëtæ id exigere videtur. Talis est mythus cosmogon. inf. θ', 18. allegoria, ί, 502, &c. Consentit *Heyne;* "Venus est persona agens, *allegorice* quidem primitus forte constituta, nunc tamen dea in pugna versans et de filii salute sollicita". Not. h. l. (335). ἔνθ' ἐπορεξάμενος—οὔτασε, *protensa hasta vulneravit,* i.e. *cominus ;* ad lit. *quum se protendisset.* Vid sup. δ', 306. et conf. Od. λ', 391. Ordo reliquæ sententiæ est, μετάλμενος ὀξέϊ χαλκῷ, οὔτασε (μιν) ἀβληχρὴν (κατὰ) χεῖρα ακρην. Accipio ἀβληχρὴν cum κύπριδα subaud. etsi possit quoque cum χεῖρα, ut inf. 425. χεῖρα ἀραιήν. Vox ipsa a βλῆμι (βάλλω) videtur deducta ut ψυχρός a ψύχω. βληχρός video in Alcæo in sensu, *debilis,* ut βληχρῶν ἀνέμων πνοαί. Significatum vero contrarium quoque admittit, scil. σθεναρός. Exponit Suidas, ἰσχυρός a Pind. pag. 438. T. 1. (340). ἰχωρ. in apposito cum αμβροτον αἷμα accipienda hæc vox, quæ *fluorem aliquem* generatim designat, hinc *sanguinem,* et h. l. *sanguinem divinum.* Nec est cur ob nomen in-

solitum suspectus habeatur versus, non enim adfertur ut *speciem* designans qualis sit, sed qualis in genere possit concipi. Adi Not. in Dawes M. C. p. 404. Heyne, Obss. h. l. οἷός περ, *qualis nempe*. (344). ἐρύσατο. cum simplici σ adhibui. Vid. sup. ά, 141. (346, 347). ἐμβαλὼν—ἐξέληται. τῇ δ' ἐπὶ μακρὸν ἄϋσε, pro ἤπυσε τῇ (ταύτῃ), ut sup. 283. (349). ἦ οὐχ ἅλις. "Istud ἦ οὐχ in interrogationibus, in unam syllabam coalescit, non licentia aliqua *Poëtica*, sed quia vulgo etiam in *soluta* (ut opinor) oratione ita pronuntiabatur". *Clarke*. Exempla confert, quæ passim in Tragicis occurrunt. Ap. Soph. Antig. 468. Œd. R. 13. et insigne exemp. Aesch. Prom. 328. ἦ οὐκ οἶσθ' ἀκριβῶς, ὢν περισσόφρων ὅτι. ἠπεροπεύεις, "decipis et in fraudem inducis fucatis et blandis verbis; in genere *decipis*". *Damm*. (352). ἀλύουσ', vertitur, *mente turbata*. Ad sensum bene Sch. br. οἷον λύσιν μὴ εὑρίσκουσα τῶν κακῶν. Th. ἀλᾶν, *vagari præ animi tristitia, perturbatione*, ut inf. ζ', 201. ἄλη v. ἄλυς, *erratio*. Conf. usum in Aesch. sept. ad Theb. 393, τοιαῦτ' ἀλύων ταῖς ὑπερκόμποις σαγαῖς, κ. τ. λ. in Sophoc. Philoct. 173. (356). ἠέρι δ' ἔγχος ἐκέκλιτο, και ταχέ' ἵππω (παρίσταντο). (357). ἡ δὲ, γνὺξ ἐριποῦσα—. Accipio ut sup. 309. *in genua lapsa*, præ languore scil. Miror *Eustath.* et post hunc *Clarke* vertentem, *ad genua fratris lapsa*. Prorsus absimilis est vs. 370, qui recte vertitur, *ad genua vero cecidit Diones*, &c. (358). χρυσάμπυξ, *aurato redimiculo crines succinctos habens*. Erat ἄμπυξ, σειρά τις κατάχρυσος, συνδέουσα τὰς περὶ τὸ μέτωπον τῶν ἵππων τρίχας. S. br. eratque lorum vel auro pictum, vel aurea lamina inductum, vel et omnino aurea lamina. De fœminis adhibet Pind. Ol. 7. 118. et, usu proprio, de equis, Ol. 13. 92. Conf. *Damm*. Notandum est hic haberi syllabam brevem, *extra cæsuram*, productam, consonante, quæ sequitur, geminata; versus legendus est, πολλὰλ—λισσομένη. Usitatius hoc ante *liquidas*. Conf. cum hoc quæ supra notavi ad ά, 51. [Transpositis hisce, ita ut legatur λισσομένη πολλὰ, servabitur lex metri, at dubito an fieri possit, salvo sermone; judicet lector eruditus.]. (359). κόμισαί με, *curam mei adhibe*. (370). Vid. sup. 357. Ad matrem Dionen se recipit Venus, quæ illam consolatur, et sanat vulnus, 416, 417. Porro de ἀγκάς, v. 371. adnotat Ernesti esse adverbium, pro quo Aesch. Eumen. 80. dixit ἀγκαθεν. Recte, nam ab ἀγκαί proveniret ἀγκᾶς. Fingi potest rectus ἄγξ, ut sup. 299, ἄλξ, unde ἀλκί, et πλάξ, unde πλακί. (374). μαψιδίως, *temere; nullo crimine a te admisso*. Sic β', 214, μὰψ, ἀτὰρ οὐ κατὰ κόσμον. Optime Ang. redditur *wantonly*. (377). ὑπέρφερον. Vid. sup. 318. (380). ἀλλ' ἤδη Δαναοί γε—Velim interpungere sententiam ita ut vis sua particulæ γέ constet. Verte; "At nunc cum cœlicolis etiam pugnant, Danai *saltem*". Vid sup. 288. Optime exprimitur et odium contra Achivos et sollicitudo ne participes criminis habeantur Trojani, quorum partibus studet. (382). τέτλαθι. Vid. sup. ad ά, 586. (383—384), πολλοὶ γὰρ δὴ τλῆμεν· verte; *plures enim nos cœlicolæ a mortalibus jamdudum* (δή) *male fuimus affecti, duros invicem dolores inferentes*. Hæc ratio communis est, quam prætulerim, sed varie interpungunt. Accipit *Heyne*, ἐπιτιθέντες ἄλγεα ἀλλήλοισιν ἐξ (i. e. ἕνεκα) ἀνδρῶν, sed durior videtur junctura. Supplenda certe ad sensum conficiendum verba (ἕνεκ' ἀνδρῶν) post ἐπιτιθέντες. (385, &c.). τλῆ μὲν ἄρης· Mythi narrantur de variis, quos perpessi sunt Dii, laboribus. et hoc ad

consolandam Venerem. Omnes a poëta ut jamdudum cogniti proferuntur, et verosimilius est tales enarrationes cum ex antiquioribus desumsisse. Res veræ adumbrantur, sed more veterum fabulosa compage exornatæ. Aloeus, quem hic memorat, fuit Gigas. Proles ejus Otus et Ephialtus Martem vulnerasse perhibentur ob Adonidem occisum, qui illorum curæ a Venere fuerat commissus. De Aloïdis Conf. Od. λ', 304. Quint. Smyrn. I. 513. Aen. 6. 582. Lucan, L. 6. Claud. de bell. Get. Stat. Theb. 10. Themist. Orat. 14. (387). κεράμῳ. δεσμωτηρίῳ. οἱ γὰρ Κύπριοι τὸ δεσμωτήριον κέραμον καλοῦσι. Sch. Ex hac *carceris* adpellatione patet mythi ipsius antiquitas, linguæ enim vetustiori convenit. Conjectat Damm ex Sch. br. fuisse κέραμον urbem Cariæ valde munitam, et hinc prodiisse signif. *carcerem*. Certe favet epith. χάλκεος, i. e. *firmus, stabilis, bene munitus;* Sic Flacc. *inclusam Danaën turris ahenea*. Carm. 3. 16. Usu recentiore κέραμος est *vas fictile*. Forsan et antiquiore, unde petenda est notio loci occlusi—δεσμωτηρίου. Conf. Heyn. Obss. [In Sch. br. argutiæ multæ congeruntur de explicatione hujusce mythi, quas enarrare piget. Ad conceptus philosophicos et astronomicos referuntur hæ adumbrationes poëticæ, sed enimvero subtiliores, quod sæpius dixi, quam pro ingenio vel sensu antiquitatis. Attamen ingeniosa satis est explicatio astronomica.]. (388). ἆτος, pro ἄατος, *insatiabilis*. (389). μητρυιή, noverca Aloïdarum scil. tradente Antimacho in Sch. br. Animo novercali concitata est, ut observat *Heyne*. (392). παῖς ἀμφιτρύωνος, *Hercules*, qui et infr. υἱὸς Διός. ἑκατέραις γενεαλογίαις καλεῖ αὐτὸν ὁ ποιητής. Sch. br. Alcmena quippe, Herculis mater, uxor fuit Amphitryonis. (395). ἐν τοῖσι, *inter illos qui talia a mortalibus perpessi sunt*. (397). ἐν πύλῳ ἐν νεκύεσσι. Vulgo redduntur verba, *ad portam apud inferos;* viam sternit Sch. br. qui Aristarchi sententiam refert, πύλῳ dici pro πυλῇ per metaplasmum et poni ἐν νεκύεσσι pro loco, ἔνθα αἱ τῶν τελευτώντων ἀναχωροῦσι ψυχαί, Orco scil. Objicitur nullum exemplum usus ejusmodi occurrere, usurpari quoque semper vocem in plurali, ut πύλαι ἀΐδαο, ί, 312. σκαιαὶ πύλαι. Conf. inf. 749. σ', 275. ή, 339. Porro νεκύεσσι certe significat *cadaveribus*, ut inf. synon. ejus νεκάδεσσι, v. 886. Hinc referre malo ad expeditionem Herculis contra Pylios Triphyliacos, unde nemo præter Nestorem stirpis Neleïæ sospes evasit. Insigniter huc facit Senec. Herc. fur. 560—65, et diserte meminit ipse Sch. br. sub fin. notæ ad v. 392. Hinc verte; *ad Pylum inter mortuos*. (401). ὀδυνήφατα, ἤπια, sup. δ', 218, ubi exponit Sch. br. παυστικὰ τῶν ὀδυνῶν. Th. φάω, unde et recentius σφάζω. De usu voc. πάσσω vid. loc. cit. (403). σχέτλιος, ὀβριμοεργός. *Audax! facinorosus! qui pro nihilo duxit nefaria patrare,* i.e. *qui audebat talia*. Eodem modo inf. ό, 166, οὐκ ὄθεται—ἶσον ἐμοὶ φάσθαι. αἴσυλα, exp. παράνομα, *impieties*. Inepte Sch. br. ponit pro ἀαίτυλα, quasi ἐστερημένα τῆς αἴσης. Nec quicquam melius pro etymo adfertur συλάω, *spolio*, quantitate τοῦ (υ) obsistente. Melius ut cognata cum ἀήσυλος accipitur, inf. 876. Th. α et ἥδω. (410). In Odyss. γ', 180, 181, reditus Sociorum Diomedis memoratur, non vero ipsius, et fertur in Italiam confugisse, ubi occubuit. Conf. Aen. 11. 243 sqq. Sensus vero hic est; "perpendat nunc Diomedes ne quis te fortior congressus illum interficiat". Hoc innuunt verba, κουρίδιον ποθέουσα πόσιν. Commen-

ta sunt recentiorum de furore Aegialeæ, quæ video ex Lycophronte congesta in not. Sch. br. Videntur Homero ignota. (412). μὴ δὴν, *ne aliquando.* (416). ἰχῶ. Lectio magis probanda. Recepi ex Heyn. Wolfe. Turneb. Barnes. Vox per apocopen formatur ex ἰχῶρα, ut ἱδρῶ, ἀπόλλω, κυκεῶ, ex ἱδρῶτα, ἀπόλλωνα, κυκεῶνα, a Clarke notata. Adde ποσειδῶ pro ποσειδῶνα, et in Aeschylo αἰῶ pro αἰῶνα. Kœn. ad Greg. 142. Formam utramque ponit Clarke et ἰχῶρα in genere masculino et ἰχώρ in neutro: sed satis est *unam* agnoscere. (422—23). ἦ μάλα δή—Oratio κέρτομος. Ang. *Most undoubtedly now hath Venus, whilst inspiring some one of the Grecian women with a desire of accompanying the Trojans whom she hath now taken such a marvellous liking to,* &c. Perstringitur hic raptus Helenæ quem ex machinatione Veneris ortum prædicat Minerva. Lect. ἅμα σπέσθαι pro vulg. ἅμ' ἑσπέσθαι recepi ex Sch. br. (424). καῤῥέζουσα, *demulcens; fondling into compliance.* Passim obvia sunt, χειρί τέ μιν κατέρεξε, gestum affectu tenero plenum exprimentia. Exponitur καῤῥέζουσα, καταψῶσα τῇ χειρί. (425). Sup. ά, 243. animi ægritudinem exprimit ἀμύσσω, σὺ δ' ἔνδοθι θυμὸν ἀμύξεις. Habetur hic significatio literalis. χεῖρα ἀραιήν, *her delicate hand.* Conf. sup. 337. ἀραιήν, vox digammata. (426). μείδησε—"Olli subridens hominum sator atque deorum". Aen. 1. 258. (429). μετέρχεο, *confine–yourself–to, manage.* (432). Vid. sup. 346, unde continuatur narratio. Curam Aeneæ susceperat Apollo qui ad Pergama eum asportat et simulachrum heroïs, circa quod instauretur pugna, effingit; inf. 446, 449. Sic Aen. 10, 636. simili artificio Turnum e morte eripit Juno. (433). γιγνώσκων. Beneficio Minervæ, sup. 127. χεῖρας ὑπείρεχε, *defendebat;* imago præclara est auxilii præsentis Dei: Conf. sup. δ', 249. inf. ί, 420. (437). ἐστυφέλιξε. Non, *illi incussit,* ut vertit Lat. vulg. sed, *violenter–a–se–repulit clypeum* (Diomedis scil.). Exponit Sch. br. διέσεισε. στυφελίζειν dicitur qui motui violento obviam eat; dehinc ad conflictum corporum *durorum* applicatur, ut a th. στύφω, *astringo;* et in genere, *excutere, vexare;* Conf. inf. ή, 261. μ', 405. π', 774. sup. ά, 581. Odyss. σ', 415. (438, 439). ἀλλ' ὅτε δή—δεινὰ δ'—Verte; *quum demum vero...minaciter tum.* Particulæ singulæ sua vis inest; Conf. Hoog. p. 135. (440). μηδὲ θεοῖσιν, &c. *Nec velis paria cum Diis meditari,* i. e. ὁμοιωθήμεναι ἄντην, sup. ά, 187. (447). ἰοχέαιρα. "Est epitheton Dianæ, fundentis quasi sagittas, ut sit ἡ χέουσα ἰούς". *Damm,* Lex. Hom. At manifesto etymon est χαίρω. (448). κύδαινόν τε· *et augustiorem reddiderunt.* Heyne. *honore afficiebant.* Damm, ex Sch. br. qui exponit, ἐδόξαζον. Recte reprehendit Clarke lect. Daceriæ κήδαινόν τε, quæ vox nusquam apud Homerum occurrit. Conf. pro signif. vocis Pind. Ol. 10. 80. Nem. 9. 29. quibus convenit explicatio Heynii. Bene ad sensum Clarke, *honorifice excipiebant.* (449). εἴδωλον. "Tenuem sine viribus umbram". *Virg.* (453). λαισήϊα. Bene inter cætera Sch. br. μικρὰ ἀσπιδίσκια θυρεοειδῆ, ἀμοβύρσινα σάκη, ἐκ λασίων βυρσῶν. *parmulas* exp. vers. Lat. Nolim vero th. λάσιος, sed λαιός et σείω. (454). δὴ τότε, *tum demum.* Pugnam Mars capessit, specie Acamantis, ductoris Thracum, induta. Dehinc Sarpedon Hectorem excitat, et Aeneas rursus in aciem procedit quod animos Trojanorum jamjam dilabentes restituit—514. (455). Conf. sup. not. 31. (456). οὐκ ἂν δὴ

ἰερύσαιο—Forma interrogationis quæ vim imperandi complectitur. *Numne, quæso* (δή), *lubens ex pugna dimoveres?* &c. i. e. *dimove.* Sic sæpius, ἦ ῥά νύ μοί τι πίθοιο, *numne obsequaris aliquid?* i. e. *quum proposuero, obsequere.* (457). ὃς νῦν γε καὶ ἂν Διί—*Qui nunc equidem cum Jove ipso manus consereret,* eo audaciæ processit. (460). περγάμῳ ἄκρῃ, ubi vidimus templum ei sacratum, sup. 446. (465). ἐς τί ἔτι κτείνεσθαι ἐάσετε—*Quousque tandem patiemini copias sic trucidari? anne donec circa portas affabre-factas pugnam cieant,* &c. In v. 466, synalœphæ exemplum occurrit qualem sup. notavimus, v. 349. conjunctis ἦ et εἰσόκεν ita ut ore simul efferantur. (467). κεῖται. Opinio grassata erat Aeneam haud amplius superstitem esse, hinc gaudium propter adventum ejus inopinatum, inf. 514. Hinc quoque v. 469, σαώσομεν, corpus *eripiamus,* quod hostibus spoliandum relinquere probro esset; Hac opinione inducti, acerrime circa simulachrum conflixerant, sup. 451. (471, 473). ἔνθ᾽ αὖ—Acriter Hectorem objurgat Sarpedon pugna adversa et magniloquentia ejus concitus. Crediderim aliquid contentionis inter duces jamdudum exortum fuisse, et Hectorem advenarum militum opem imprudentius sprevisse. Vox certe ἐπίκουροι, toties repetita, emphasin habet, innuens quasi in illis solummodo spem victoriæ sitam, 477. In 473, sarcastice efferuntur verba φῆς που, quæ commode reddi possunt, *dixisti, ni fallor.* Mire hic vaniloquus ductor Trojanorum fertur et tempestiva proinde Sarpedonis objurgatio: conf. inf. 493 sqq. λαοί in hoc versu sunt *cives Trojani,* et qui ditionem Priami tenebant—*Troës.* Conf. sup. β′, 815 sqq. (476). καταπτώσσουσι. Abjectissimum timorem vox indicat. Conf. sup. β′, 312. δ′, 371. Propterea hic mordacior. (477). ἡμεῖς δ᾽ αὖ—*Nos vero e contrario* (αὖ). Particulam servavi, quæ in editt. quibusdam exciderat, quasi supervacanea. Emphasin habet. (478). ἥκω. "Verbi ἥκω usus est ut sensu æquipolleat Latino non jam *venio,* sed *veni,* sive *adsum.* Cujus rei exemplum exhibet primus Hecub. Eurip. versus, ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας λιπὼν— —*Veni* sive *Adsum,* &c. non cum interpp. *Venio, I am coming:* hoc enim sententiam parum aptam efficit". Dawes, Misc. Crit. Not. p. 49. convenit vers. Ciceronis in Tusc. 1. 16. "*Adsum* atque advenio". In eundem errorem lapsa est Vers. Lat. Recte Sch. br. παραγέγονα. De Lycia Sarpedonis, vid. β′, 876—7. (481). κάδδε, i. e. κατέλιπον δέ. τά τ᾽ ἔλδεται ὅς κ᾽ ἐπιδευής. "Quæ satis sint ad cujusvis animum explendum, ne amplius in dubiam belli aleam eat". *Clarke.* Concinna hæc at vix sensum adsecuta. Profitetur Sarpedon se exemplum dedisse qui, ut amicis subveniret, opes immensas reliquit, nec illas exigere præsentes quo ad virtutem excitetur. Adeo ad lit. cum *Heyne* accipio, *quibus pauperes imminent potiundis, ut adeo ad eas tuendas debuissem domi remanere.* Hinc verte; *quas, quisquis egenus, vehementer cupit.* (482). ἀλλὰ καὶ ὣς—*Atqui vel sic*—etsi me nulla cogit necessitas, *nilque adest quod vel auferant vel abducant Achivi,* μέμονα, *animo sum promto,* etc. μένω primitus, *vehementer cupio;* hinc μένος, *ardor, vis.* Dehinc significatus, *persto, maneo,* &c. (487). Versus a Criticis vexatus. Edidit Clarke, λίνου που ἁλόντε, ad conservandum metrum in ἁλόντε cujus prima syllaba brevis est. Vitiosius vero, ut notat Heyne, quum vox sit Fαλοντε. Tollit emendatio Bent-

leii, λίνου πανάγροιο ἁλόντες, et metrum vitiosum et dualem (ἁλόντι), qui displicet. Proponit Heyne, λίνοιο ἁλόντε πανάγρου. Ferri quoque potest, λίνοιο ἁλόντα (i. e. ζῶα) πανάγρου, Bentleii vero prætulerim. ἀψῖδες sunt *laquei retis*, αἱ συναφαὶ τοῦ λίνου. (490). σοὶ δὲ χρὴ· Rixæ inter ductores ob Paridis certamen fidemque fractam quæ bellum acrius inducebant, fortasse fuerant exortæ. Huc refero voc. ἐνιπὴν inf. 492. Neutiquam vero pendent ἐχέμεν et ἀποθέσθαι ex priore parte sententiæ σοὶ δὲ χρὴ μέλειν, sed ex λισσομένῳ—*supplicanti principibus ut indesinenter locum teneant, et deponant acrem objurgationem.* Huc forsan referendum quod Paridi exprobrat Hector inf. ζ', 326, ubi conf. De vss. 490, 491, 493, dubitatur an sint germani; de posterioribus Heyne. Notandum est Sch. br. omnino silere de vss. 482, 483, 484. (494). Nil respondet Hector, at objurgationem sentit ac sese ad agendum accingit. Sic Diomedes sup. 401, 419. Paris, increpante Hectore, inf. ζ' 896 sqq. adeo ut jure observarit Eustathius, πᾶς παραινετικὸς λόγος δραστικός ἐστι παρὰ τῷ ποιητῇ. Animus fortis et generosus melius *agendo* spectatur quam *conserendo* sermones, et, occasionem nactus, eo magis virtutem promovet, quo acrius quisquam increpuerit. (498). ἀολλέες, *concentrated*. (499). ἄχνας. ἄχνη δὲ καλεῖται καὶ ὁ ἐπιπολάζων τῷ κύματι ἀφρός, ut inf. λ', 307. hic, *palea*, τὰ λεπτὰ τῶν ἀχύρων. Sch. br. In genere designatum videtur *quidquid in superficie natat—quidquid levissimum.* ἀλωάς, " agri partes editiores, in quibus et tritura fit et purgatio frumenti". *Heyne.* Designatur quoque per ἀλωή, *ager* vel *frumentarius* vel *arbustis consitus.* Sic Schol. br. sup. 90. Conf. ι, 536. Od. ζ', 293. Adpellantur ἀλωαί, ἱεραί, relligionis caussa, quippe Cereri sacræ. Sic sup. β', 506, et fere eodem sensu α, 38. ζαθέην κίλλαν. ἱερῶν ἀγώνων, Pind. Nem. 2. 5. nam, ludi Nemeæi Jovi sacrati sunt. (501). κρίνῃ *secernat.* Vim insitam verbi notes, ut sup. β', 362. (502). ἀχυρμιαί. ἀχυροθῆκαι οἱ τόποι. Sch. br. Sic Suid. in voc. Vertuntur verba, *subalbicant vero palearum-receptacula.* (503). κονισάλῳ, *pulvere excitato.* Vulg. κονισσάλῳ, sed rectius simplex (σ) adhibetur. (504). πολύχαλκον. Exp. στερεὸν, λίαν ἰσχυρόν, ut sup. α, 426. Διὸς χαλκοβατὲς δῶ. Sic v. 387. χαλκοῦς κέραμος soliditatem carceris innuit, translatione sollenni; Conf. ejusmodi sensum, β', 490. Obvium fit insigne hujus exemplum inf. θ', 15. ὑπὸ χθονός......βέρεθρον, ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός, viz. inexpugnabilis Tartari sedes. Conf. Pind. χαλκόπεδον θεῶν ἕδραν, Isth. 7. 62. quod in Py. 10. 42. est χάλκεος οὐρανός. ἐπέπληγον bene a Sch. br. exponitur, *solo vehementer quassato, excitarunt.* (505). Verte ἂψ ἐπιμισγομένων, *Trojanis retro se immiscentibus*, i. e. *conversa acie ferentibus arma.* Nimis indefinite vers. lat. at verum sensum præbet Sch. br. ἐξ ὑποστροφῆς ἐμβαλλόντων. (506). οἱ δὲ μένος......*Illi vero recta acie tendebant in hostem.* νύκτα. *Caliginem* pugnæ circumdedit. Sic α, 47. (509). χρυσαόρου. Conf. Pind. Py. 5. 140. ubi reddit vers. Benedict. χρυσάορα, *aureo ense conspicuum.* Sic. Sch. br. h. l. et versio Lat. Vulg. at minus accurate, nam gladio nemo Antiquissimorum armavit Apollinem. Haud necessario vero *ensem* designat ἄορ; sic tridens Neptuni adpellatur ἄορ τριγλώχιν, et χρυσάορος est quoque epitheton Dianæ quæ alias χρυσηλάκατος, ut inf. υ, 70. Od. δ' 122. Vocem acceperim in eodem

sensu ac χρυσότειξος quæ obvia est sup. δ', 101. ut epith. Apollinis, et *radios solis* putarim adumbrari, præsertim in poëta qui non ex libidine sed summa cum ratione figmenta sua ornavit. Consentit Sch. B. Ven. ἐπειδήπερ ἐξ ἀνατολῆς χρυσῷ μάλιστα τὸ φέγγος ὁρᾶσθαι ἔοικεν, εὑρέθη πρέπον ἡλίῳ διὰ τὰς ἀκτῖνας τὸ χρυσάορ. Alteram expositionem præbet Sch. br. χρυσαόρου......ὡς χρυσῆν κιθάραν ἔχοντος, quod ipsum ferri potest: Conf. H. in Apoll. 123. Aliter Damm. in Lex. "qui auro suspendit pharetram ex humeris". (510). ἐπεὶ ἴδε...Discesserat Minerva, Diomedem hortata, sup. 133. (512). πίονος ἐξ ἀδύτοιο...Conf. sup. β', 549. ἐνὶ πίονι νηῷ. (514). μεθίστατο, *in medio stetit.* Sic μετεῖπε et sim. passim. Aeneas, e pugna cum Diomede (sup. 344.) sospes egressus cæteros fefellerat; hinc lætitia ob adventum ejus inopinatum. ἀρτεμέα, non solum *vivum*, sed membris *sanum* et *integrum.* (522, 523). —Conf. cum hac similitudine Arat. Diosem. 188.......ἢ νεφέλη ὄρεος μηκύνεται ἐν κορυφῇσιν, scil. tempestatem minitans. Optime exprimitur et animorum *constantia* et belli ingruentis *sævitia.* Accipienda est νηνεμίης ut nom. subst. et supplenda οὔσης, v. ἐν ὥρᾳ. ἀκροπόλοισιν ὄρεσσιν, *montium verticibus.* ἀκρωρείαις, Suid. in voc. (525). ζαχρειῶν. Exp. Schol. μεγάλως πνεόντων. Vox ipsa fit ex ζά intens. et χράω, *irruo.* Præfert Heyne ζαχρηῶν ex ζαχρηής. Possit vero extitisse ζαχρής, et hinc ζαχρεής, ζαχρειής,, ut sup. δυσκλής, β', 115. ἀκλής, inf. η', 100. Od. δ', 728. De similitudine argutantur Critici, *fortunam pugnæ* a Poëta innui credentes, nam ut nubes a ventis, sic postea dissipati a Trojanis Achivi. (530). αἰδεῖσθε, ita ut mutua reverentia tacti virtutem proferatis eximiam. Sic αἰδομένων πλέονες σόοι, quippe ex tali reverentia oritur fortitudo et ex fortitudine summa spes. (536). θοός, *alacer, promtus.* μετὰ πρώτοισι μάχεσθαι, i.e. προμαχίζειν, ut sup. vidimus, γ'. 16. et Diomedem, init. lib. (538). Ordina, διείσατο πρό, i.e. εἰς τὰ πόρρω, *penitus.* Cf. sup. γ', 3. δ', 522. sup. v. 66. Statuunt alii, διὰ τῆς (ἀσπίδος scil.) δὲ καὶ προείσατο. In 539, ordina, διὰ δὲ ζωστῆρος ἔνελασσε γαστρί. De ζωστήρ, vid. δ', 132. (543). Φηρῇ. Memoratur hæc urbs inf. ι, 151. unde constat subditam fuisse Agamemnoni qui partem Messeniæ tenebat. cf. sup. β', 591. Pyliorum hic memoratur terra, quæ *Elidis* aut *Triphyliæ* fuit, non *Messeniæ.* De Phera meminerunt Strab. VIII. Pausan. IV. 1. (553). ἀρνυμένω. Conf. sup. α', 159. Pro significatibus aliis hujus verbi, cf. χ', 159. 160. Od. α', 5. (555). ἐτραφέτην, *nutriti sunt*, ut in vers. Lat. quæ pro ἐτραφήτην dici vult. Præfert Heyne Th. τράφω, *adolesco*, unde et τράφημι quæ alibi occurrit. τάρφεσιν, *locis dense-obsitis;* πυκνώμασι. Sch. br. (556, 557). ἶφια, εὐτραφῆ, Sch. br. quæ prima expositio est, et prætulerim. Sic Suid. λιπαρά. De verb. κεραΐζω, *vasto*, cf. sup. β'. 861. ὄφρα καὶ αὐτὼ etc. *donec et ipsi......occubuerint* &c. (560). ἐλάτῃσιν ἐοικότες. Similitudinem repetit ex δ', 482. variatam paullulum. Conf. Aen. 5. 448. *concidit ut quondam cava concidit aut Erymantho, aut Ida in magna, radicibus eruta pinus.* (564). τὰ φρονέων, Ang. *With the intent that* &c. (566—67). περὶ γὰρ δίε, *valde enim timebat ne quid mali pateretur rex.* Notatur περὶ in sensu τοῦ περισσῶς, quod sæpius fit. De sensu voc. ἀποσφήλειε, cf. sup. δ', 172. (568). τὼ μὲν δή, *jamjam arma contra invicem ferebant, jamjam erant congressuri.* De voc. ὀξυόεντα, vid. sup. 50. (581). ὁ δ' ὑπέστρεφε. Ang. *but he*

was in the act of turning. " Interea dum averteret equos, percussus est; recte igitur Parenthesi inclusa hæc verba". *Clarke.* (582, 583). Ordo, τυχὼν (αὐτοῦ) χ. (κατὰ) ἀγκῶνα. Bene reddit Clarke verba λεύκ' ἐλέφαντι, *ebore ornata et distincta:* errorem Sch. br. notat. Recte Sch. Leid. citante Heyne, κατὰ συνήθειαν ἀστραγάλους ἐλεφαντίνους ἑκατέρωθεν εἶχον, i.e. *vertebras eburneas.* Verius forsan *lamellas* fuisse *corio insertas,* adeo ut opus, quod vocant, *tessellatum* extaret. Nec artem ignorasse verosimile est. Conf. sup. δ', 141. Huc forsan referas quæ toties occurrunt, ἡνία σιγαλόεντα, de quibus vid. sup. 328. (585—86—87). Interpunxi ut in edit. Heyn. ita ut accipiantur verba ἐπὶ βρεχμόν τε καὶ ὤμους in nexu cum δηθὰ μάλ' ἑστήκει. In parenthesi accipienda τύχε γάρ ῥ' ἀμάθοιο β. Libenter adhibuerim δὲ post βρεχμόν, melius sic constante junctura. Modum usitatum distinguendi sententiam haud immutarunt Ernesti vel Wolf. quod miror, nam oratio *asyndeta* in 587. displicet; nec medendi ratio est nisi adhibeatur lect. δηθὰ δ' ὅγ' ἑστήκει, v. quid simile. κύμβαχος...Ut μ', 385. ἀρνευτῆρι ἐοικώς, *præceps,* Th. κύμβη, *vertex* &c. *convexum quid—galea—poculum—cymba.* τύχε γάρ ῥ' ἀμάθοιο βαθείης, *inciderat enim in arenam profundam.* De syntaxi voc. τυγχάνω, vid. Math. §. 363. (590). τούς, *Menelaum* et *Antilochum.* (591). κεκληγώς. Vid. sup. β', 314. Hector jam Trojanos ad pugnam incitat quos male affecerat Diomedes: Achivis terrorem incutit remque prope desperatam restituit. (593). ἡ μὲν· *Ea quidem (Enyo), horrendo prælii strepitu comitante &c.* κυδοιμὸν ἀναιδέα, exp. δύναμιν θορυβώδη. Sch. B. Ven. De ἀναιδής, cf. sup. δ', 521. (595). φοίτα, *furibundus incessit,* sec. exp. Eustath. μανιωδῶς ὁρμώμενος. Hisce vss. habemus *characterem* militarem herois, strenui, gnavi et ad agendum promtissimi. Pulcherrime effingitur imago Hectoreæ fortitudinis ardorisque bellici. Comites habet ipsos belli præsides; circumcirca diffunditur species formidanda et tumultus; tempestas prælii una cum ductore ipso ingruit. Quam admiranda virtus quæ illum demum contudit, adeo ut putarim poëtam, quo exornatior est in descriptione *unius ductoris,* eo magis declarare quid conceperit de *alterius* robore invicto. (597). ἀπάλαμνος, ἀσθενής, ἄπειρος. Sch. br. *Quo se convertat quidve faciat, incertus.* Verba sic sec. Heyne ordinantur; τυδείδης ἀνεχάζετο ὡς, ὡς ἀνὴρ (ἀναχάζεται) ἀνίδραμέ τε ὀπίσσω, ὅτε στήῃ ἐπὶ ποταμῷ, κ. τ. λ. Cæterum ordo turbatior est. (603). τῷ δ' αἰεὶ πάρα εἷς γε θεῶν. *Et jure, quoniam unus aliquis Deorum ei semper adest; εἷς γε, Si non plures, unus saltem;* istud γέ minime supervacaneum est. Conf. sup. v. 302. Vim adsecutus erat Clarke. In vers. prox. Martem conspicit Diomedes, sub forma Acamantis latentem, sup. 462. et hoc, ope Minervæ, sup. 127. (606). μενεαινέμεν non est, ut dicit Hoogev. ad Viger. 167. enallage infinitivi pro imperativo, nec locutio Atticis propria. Est ellipsis quam supplet ipse Poëta in ά, 277. Hinc exple, μηδὲ (θέλετε) μενεαινέμεν. Cf. Herman, emend. in Vig. §. 157. Ejusmodi ellips. sæpe obvia est verbi μέμνησο &c. quam in pluribus locis notavi. (612.) παισῷ· Memoratur urbs Apæsus, sup. β', 828. ubi conf. De Amphio quoque, ibid. 830. παισός, πόλις τροίας, ἣν ἐν ἄλλοις (loc. cit.) ἀπαισὸν προσηγόρευσε. Sch. br. (613). πολυκλήϊος, *dives agri, segetis* ad lit. Th. λήϊον, *seges.* Sic Sch. br. πολλὰ λήϊα ἔχων, ἢ πολλὰ θρέμματα, πολυθρέμμων. Errorem notavit Heyne,

Obss. h. l. λήϊον enim est *seges*. Attamen non ex verbis penitus constat in errorem incidisse Scholiastam, et non dari potius diversas expositiones ejusdem vocis. Adde quod in β', 147. reddit Sch. λήϊον, σιτοφόρον χωρίον. In Odyss. σ', 29. ληϊβοτείρης, τῆς κατεσθιούσης τὸ λήϊον, ὅ ἐστι τὸ σιτοφόρον χωρίον. Cf. inf. ψ', 599. (620). λάξ. Exponit Sch. br. ad κ', 158. τῷ μεγάλῳ δακτύλῳ τοῦ ποδός. Reddit Lat. vulg. *calce*, et certe utramque extremitatem pedis designare potest. Cf. Sch. Apoll. II. 106. (623). ἀμφίβασιν κρατερήν. Redditur *circutionem potentem*, i.e. ne instarent Trojani ad reditum ejus impediendum. Exp. Sch. ὑπερμάχησιν. Addit Eustath. ductam esse locutionem ἀπὸ τῶν τετραπόδων ζώων, unde illum accepisse constat in sensu exposito de ἀμφιβαίνειν, ά, 37. de περιβαίνειν, sup. v. 21. Hinc refero voc. ἀμφίβασιν ad præsidium corporis Amphii, et verto, *timebat ille defensionem acrem Trojanorum*. (626). πελεμίχθη. Vid. δ', 535. (629). μοῖρα κραταίη, Ang. *His adverse destiny*. Sic θάνατος καὶ μοῖρα κραταίη, sup. 83. μοῖρ' ὀλοή, π', 849. q. l. personam induit. In sensu primario *fatum* intelligitur, dehinc *lethum, mors* &c. "Summa dies et ineluctabile tempus". (632). Prætulerim τῶν καὶ. (635). ψευδόμενοι δέ σε φασι, locutio est pro φεύδονται οἱ λέγοντες, quæ postea in dialectum Atticam recepta est. Vid. Kœn. ad Corinth. de dialect. p. 35. (636). ἐπιδεύεαι πολλόν, *longe inferior es*. ἐνδεὴς εἶ, Sch. br. Cf. inf. ν', 310. (638). ἀλλ' οἷόν τινά φασι......Secundum hanc lect. reddas; *contra vero qualem prædicant fuisse vim Herculeam*, quam dissimilem tui scil. Lect. diversam ex Tyrannione adfert Heyne quæ sensum quoque bonum præstat, ἀλλοῖόν τινά φασι β. ἡ. *diversum sane narrant fuisse* &c. Sic Bentl. et præferenda videtur, at nusquam video adhibitam. De locut. βίη ἡρακληείη, Cf. β', 658. (639). θρασυμέμνονα. τολμηρὸν......θρασέως ὑπομένοντα ἐν τῇ μάχῃ. Sch. br. At Heyne præfert ut Th. μεμνημένος, fortasse sec. locut. θούριδος ἀλκῆς μέμνησθαι toties obviam. Prætulerim μίμνω. Cf. μ', 133, Od. λ', 209. (642). χήρωσε δ' ἀγυιάς. "Hunc modum dicendi de populatione frequenter imitati sunt Græci et Latini, ut bene monet Cel. Wesseling. in Diss. Herodotea, p. 86." *Ernesti*. Sic Maro,—"tam multis *viduasset* civibus urbem". In nostram vernaculam quoque bene transit locutio. (648). ἤτοι κεῖνος. Partic. emphatica est; narrationi adsentit de Hercule, at fortunam filii diversam fore prædicat. In 652. apodosis est τοῦ δέ; verte; *Ille quidem evertit Ilium sacram......Te vero manet sors dissimilis* &c. Caussam adfert excidii vecordiam Laomedontis, qui pœnas pro meritis suis persolvit. Narrationem notam de *Hesione* ex Apollod. II. adfert Eustathius, et huc referendum censet εὖ ἔρξαντα, 650. Constat ex 641, observante Strab. XIII, 891. Trojam non nisi sub imperio Priami ad tantam magnitudinem pervenisse. (650). ὅς, ῥά μιν......Ang. *Who used harsh language to one who deserved well at his hands*. Sic ά, 25. κρατερὸν μῦθον. Voc. ῥά emphatica est. (654). κλυτοπώλῳ, *insigni-equis*, Lat. vulg. *qui-equitatu-claret*, Schrev. Nec de epitheto consentiunt Critici. Adnotat Sch. A. B. et br. dici propter raptum Proserpinæ. Cf. Claudian. unde forsan desumitur repræsentatio Orci bigis vel quadrigis invecti; et hæc simplicior est ratio. Cf. Heyn. Obss. p. 119. Occurrit epith. λ', 445. π', 625. (656). Lect. recepi ἁμαρτῇ ex editt. optt. Vulg. ὁμαρτῆ, quæ vox ejusdem signif. est. Th.

prioris est ἅμα et ἀρτάω, v. ἄρω, ἦρται. Cf. Steph. Thes. (657). ἤϊξαν. Sic 661, αἰχμὴ διέσσυτο μαιμώωσα. Impetus hastæ quasi vita præditæ ob oculos ponitur. Metaphora est ἐναργεστάτη, quæ Aristoteli valde arridet. Conf. sup. ad γ', 126. not. Clark. ubi locum citat. (659). κατ' ὀφθαλμῶν, redditur, *circum oculos*. Al. νὺξ ὀφθαλμῶν κατεκάλυψε τὸν (i. e, ἐκεῖνον,) quod durius est. Locutio similis obvia fit inf. 696, κατὰ δ' ὀφθαλμῶν κέχυτ' ἀχλύς. (661). βεβλήκει, *percusserat...hasta ejus jamjam Sarpedonem assequuta*. Notanda temporis bene accommodata ratio. (662). Lect. recepi δ' ἔτι ex opt. Edd. et quæ Ernestio placet. Verte; *Pater vero adhuc mortem propulsabat*. Dicitur ἐμφατικῶς, nam Sarpedonem postea interfectum videmus π', 431. sqq. Quodammodo emphatica est et lect. vulg. πατὴρ δέ τι, i. e. κατά τι, nam parum abfuit quin jam ex vita decesserit. (664). βάρυνέ μιν, *dolore...molestia gravi illum afficiebat*. Sic υ, 480. χεῖρα βαρυνθείς. (665—66—67). τὸ μὲν οὔτις......*Hoc equidem nemo advertebat, nec in mentem venit hastam fraxineam e femore extrahere, dum festinabant ut ille currum conscenderet*. ἀμφιέποντες, *curam ejus habentes*. (670). τλήμονα, εὔτολμον, ὑπομονητικόν. Sch. br. et in utroque sensu Ulyssi apte convenit. τλήμων quoque exponitur *ærumnosus*, nam ad *malum* quod perfertur æque ac ad *animum* quo sustinetur respicere solet. De μαιμάω, q. Eustath. exponit πρόσω ἵεμαι, Vid. Steph. Thes. 819. et de Th. μάω, sup. γ', 328. Vocem usurpat Lycoph. 1171. (673). ἦ ὄγε......De usu et elegantia, cf. sup. v. 327. γ', 409. Hes. ἔργ. καὶ ἡμερ. I. 244. (679). ἔτι πλέονας..... *Et nunc adhuc plures interfecisset, ni, &c.* (684). μὴ δή με ἕλωρ——ἐάσῃς κεῖσθαι. Notatur hic vis emphatica τοῦ δή, *ne me, obsecro, sinas jacere prædam*. Plena affectus tenerrimi est hæc Sarpedonis allocutio, ac eo plus misericordiæ mentem tangit, quo major erat viri fortitudo dum pericula circumsteterint. Nec potest quid memorari exquisitius verbis ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἔμελλον εὐφρανέειν φίλην ἄλοχον καὶ νήπιον υἱόν—Doloris immemor, nullam animus imaginem capit nisi uxoris et filii, nec vitam adimi plorat nisi quæ illorum oblectationi inserviat. (689). Voces κορυθαίολος......παρήϊξε......λελιημένος bene exprimunt alacrem motum bellicosi Hectoris. De priore cf. sup. β', 816. Imminet periculum, adeoque statim se accingit nec verba facit, τὸν δ' οὔτι προσέφη. (693). εἷσαν, *locarunt*. cf. sup. γ', 392. Est aor. 1. a forma radicali, ἕω, de qua conf. Mathiæ G. G. §. 234. (694). ὦσε θύραζε, ἐξείλκυσε, Eustath. θύραζε est vox Homerica pro ἔξω. (696). τὸν δ' ἔλιπε ψυχή—*Illum vero deseruit anima circumque oculos diffusa est caligo*; scil. deliquium animi passus fuerat præ dolore vulneris. Conf. sup. 659. (697). ἀμπνύνθη, *spiritum recepit*: dicitur pro ἀνεπνύνθη, Th. πνῦμι, πνύνω. Vid. Damm. περιπιπνείουσα, Ang. *breathing round and upon him*—ζώγρει, reficiebat vires. κακῶς κεκαφηότα, *ægre spirantem*, κάφος γάρ, τὸ πνεῦμα. S. br. (700). προτρέποντο, *versis–tergis–fugiebant*. Aliter π', 304. προτροπάδην φοβέοντο. Cf. Sch. br. Sic consilio Diomedis obtemperatur, quod datur sup. 605, 606. Notatur constructio ἐπὶ νηῶν pro ἐπὶ νῆας. (707). αἰολομίτρην. αἰόλος hic usitatius accipitur in sensu τοῦ ποικίλος, varietatem exprimens *coloris* v. *ornamenti*. Sic Sch. br. ποικίλην μίτραν ἔχοντα, et hanc expositionem secuta est vers. lat. Huc facit Maronis

illud, *versicoloribus armis*. Malim vero epitheton sumere in sensu supra expos. de κορυθαίολος, β', 816. et ad *motum* bellatoris referre. Sic Porphyr. quæst. 3. Exponit quoque Etymol. εὐκίνητον πολεμιστήν, *bellatorem agilem*. De vi et significatu voc. αἰόλος, cf. sup. δ', 186. De *mitra*, vid ibid. vs. 132. (708). De Hyla cf. sup. β', 500. (709). λίμνῃ κεκλιμένος κηφισίδι, *lacui vicinus Cephisidi*. Dicitur proprie κεκλίσθαι de agro versus mare vergente, hic de persona. Cf. Callim. H. in Dian. 253. De *sepultura* ejusmodi locutio obvia est ap. Pind. Ol. I. 148—150. ἀλφεοῦ πόρῳ κλιθεὶς τύμβον ἔχων. De Pelope agitur. Exp. Sch. br. παρακείμενος, γειτνιῶν. De Cephiside cf. β', 523. (710). πίονα δῆμον, redditur, *valde opulentum tractum*, corrigente Heyne, nam errabat vers. Lat. quæ habuit, *populum*. Sic sup. β', 547. δῆμος *civitatem* designat *Atheniensem*, et in genere poni solet pro *urbe*, pro *incolis*, pro *tractu* agri, vel in sensu latiori pro *civitate ipsa*. Adi *Gellium*, citante *Clarke* in not. ad β', 547. Breviter *Heyne*, " Solet δῆμος poni pro *urbe* et *urbs* pro *incolis*". Cf. π'. 514. ύ, 385. (711). ὀλέκοντας, non *pereuntes*, ut male *Spond*. sed *perdentes*, ut recte emendat *Clarke*. (714). ἀτρυτώνη. Conf. β', 157. (718). ἀλλ' ἄγε δὴ καὶ νῶϊ μεδώμεθα, *age nunc vero, et nosmet ipsi cogitemus*, &c. (720). Sequitur descriptio currus Junonis ex vita heroica adumbrata; occurrit locus similis inf. θ', 381, &c. De voc. χρυσάμπυκας vid. sup. 358. 363. (722). Junctura est, ἥρη δ' ἀμφίβαλε ὀχέεσσι. κύκλα erant *rotæ* quæ radiis firmabantur, qui numerum variasse, pro dignitate personæ, videntur. Hic memorantur ὀκτάκνημα. Habet Pind. de Ixione locutus Py. II. 73. τετράκναμον ἔπραξε δεσμόν. In 725, memorantur ἐπίσσωτρα, vel laminæ externæ *(fellies)* quibus continebatur ἴτυς quæ erat *curvatura rotæ, orbis exterior* cui infixi sunt radii. Aliter σῶτρον adpellabant. Hinc in quibusdam editt. εὔσσωτρος ἀπήνη, ώ, 578. Th σόω, *concitato motu ruo*. Cf. Sch. br. Hæc ἴτυς nuncupatur ἄφθιτος, ex auro quippe conflata et aëri humido resistens. (726). πλῆμναι, *modioli rotæ* (*naves*). Hi ex *argento* conflantur ut et *temo*, 729; *curvatura rotæ*, *jugum*, *lora jugalia*, ex *auro*; *axis*, ex *ferro*; *laminæ* (ἐπίσσωτρα) ex *ære*. De ferro, quanto in pretio fuerit, Conf. ψ', 826. Od. ά, 391, &c. (727). δίφρος ἐντέταται, *sella vero aureis et argenteis funibus tenta erat*, i. e. *axi adligata*. Vix intelligo quid per " exporrecta erat" velit Lat. vers. Habetur τέτατο in pari sensu χ', 307. τό οἱ ὑπὸ λαπάρην τέτατο. (728). ἄντυγες. Vid. sup. 262. ut et de epith. περίδρομοι. (729). Temoni extremo adligatur jugum, et jugo equi a loris (λεπαδνοις) quæ pectora ambiebant; hinc Apollonii expositio, ἱμάντες στηθιαίοι. περὶ τὰ στήθη τῶν ἵππων, οἱ ἱμάντες. Sch. br. (733). Sequitur nunc descriptio ἐναργεστάτη Minervæ bellatricis. πέπλον κατέχευεν ἑανὸν, *peplum (laxatum) defluere sivit*. Fibulis aptabatur vestis, quibus sublatis, humi demissa est. De duplici signif. vocis ἑανόν conf. γ', 385. Hic est *subtile*. πατρὸς ἐπ' οὔδει......Quia in palatio Jovis omnia hæc aguntur. (736). De χιτών, et reliquis antiquæ armaturæ partibus, cons. δ', 132. (737). τεύχεσιν, i. e. *lorica*, *mitra*, &c. θωρήσσετο, *se armavit*. Sup. γ', 114. τεύχεα sunt *clypei* et *hastæ*, sed h. l. seorsum enumerantur, 738, 745. πόλεμον δακρυόεντα, *lachrymabile bellum*, Ov. Met. 8. 44. (738). De ægide conf. sup. β', 148. De θύσανοι, vid. ibid. 448.

(739). ἣν περὶ μὲν πάντη φόβος ἐστεφάνωται, Ang. *round which on all sides Terror appears plumed.* Sic Sch. br. κύκλῳ περιέκειτο. Allegorice hæc sumenda. non enim in ægide ipsa depinguntur hæ species, sed formidolosus ipsius Deæ adspectus, et imago quam præfert *belli lachrymabilis* in sermone poëtico ad sensum adumbrantur. Huc facit quod ipse Aristoteles de hoc loco observat; ἐν τῇ ἀσπίδι—εἶχε—τὸ ἐκ τῆς γοργόνος γιγνόμενον τοῖς ἐνορῶσι πάθος καταπληκτικόν. Conf. ejusmodi exemp. sup. 592. sqq. (741). γοργείη κεφ. pro κεφαλὴ γοργοῦς, πελώρου δεινοῦ. (742). διὸς τέρας, quidquid *terribile, sublime,* vel *extra sortem humanam,* sermone Homerico διὸς τέρας fingitur. Simili modo epitheta passim obvia, διογενής, διοτρεφής. fluvius adpellatur διϊπετής; imber procellosus, διὸς ὄμβρος, qui alias ἀθέσφατος, ἄσπετος, &c. dicitur. cf. μ', 286. ν', 139. γ', 4. (743). ἀμφίφαλον, utrinque conum (φάλον) cum crista (λόφῳ) habentem. De partibus galeæ antiquæ, conf. γ', 371. sqq. (744). ἑκατὸν πόλεων, π. α. De sensu voc. ἀραρυῖαν dubitatur. Poëtam in animo concepisse reor immensam Deæ magnitudinem atque specie quadam ὑπερβολῆς eam auditoribus effingere conatum. Hinc ad lit. accipio ἀραρυῖαν, *sufficientem, adeo capacem ut continere queat.* Rationes duæ restant quarum Ernestiana magis arridet, (Vid. Not. h. l.) nam sensui bene convenit rudiorum hominum. Putat exprimi *firmitatem* galeæ, non tam *magnitudinem,* et vertit; "*adversus centum urbium exercitus suffecturam,* nedum adversus Trojanos". (745). βήσετο. β', 35. γ', 262. (747). ὀβριμοπάτρη, ὄβριμον καὶ ἰσχυρὸν πατέρα ἔχουσα. Sch. br. vid. γ', 257. (748). ἐπεμαίετο. Accurate vertitur, *incumbebat-ad-agendum,* nam "μαίεσθαι dicitur de motu et impetu seu corporis seu animi qui fertur ad aliquid, *incumbere, appetere*". *Heyne.* Vid. sup. δ'. 190. et conf. Virg. *proni pendent* in verbera...dant lora. Georg. 3. 107. (749). ὧραι. Anni tempestates hic memorantur quæ ob vicissitudines earum et mutationes dicuntur *claudere et aperire nubem* quæ limen cœleste occupat. De μύκον conf. ά, 338. (752). κεντρηνεκέας, μάστιξι κεντρουμένους. Sch. br. Eadem analogia ex ἐνέγκω formatur κεντρηνεκής, ut ποδηνεκής, κ'. 24. διηνεκής, ή. 321. Partic. ῥά vim hic habet, τῇ (ὁδῷ) ῥα, *hac via nempe* &c. (757). Ζεῦ πάτερ, οὐ νεμεσίζῃ......*Annon propter hæc facinora violenta Marti succenses? quantum nempe et qualem perdidit populum Achivorum* &c. i. e. *propterea quod tantum et talem delevit.* (759). οἱ δὲ ἕκηλοι......τέρπονται......ἀνέντες. Ruinam et cædes, quas intulerunt, spectant *securi.* Verbi ἀνίημι notetur vis eximia, Marte, veluti *fera,* ad stragem dandam *emisso.* Hoc Sch. non adsecutus est in exp. ἀναπείσαντες. Simile quid obvium fit in Shakspeare, *Cry, havoc, and let slip the dogs of war.* Jul. Cæs. 3. 1. (765--66). De epith. ἀγελείη, conf. δ', 128. Exponit Damm. ἡγεμονική, "nam Minerva est prudentia rectrix politica". Cæterum hic, permittente Jove, Marti immittitur Minerva; Imago exhibetur, quantum prudentia sollersque animus furori cæco præstat, quam subito *ruit vis consilî expers.* Verba, ἥ ἑ μάλιστ' εἴωθε, ad *mythum* forsan respiciunt quo victoria Minervæ comparatur, ut inf. φ', 403. πελάζειν, *afficere, facere ut accedat* &c. (767—68). οὐδ' ἀπίθησε......οὐκ ἄκοντε. Plurima exempla sunt hujusce locutionis quæ sensum contrarium maxima cum vi exprimit. Sic ά, 330. οὐ γήθησεν ἰδὼν, *indignabundus conspexit.* Voluntas promtissima et celeritas hic designantur. (770). Multum laudis huc conferunt

Critici, mirabili spectata imagine quam præ se fert oratio. A pluribus laudatur illud Longini περὶ ὕψ. §. 9. Bene quoque Daceria reddit; *Autant qu' un homme assis au rivage de la mer sur un cap élevé, voit d' espace dans les airs, en jettant sa vûë pendant un temps serein sur l' immense étenduë de la plaine azureé, autant en franchissent d' un saut les fougeux coursiers des immortels.* Notatur hic usus τοῦ ἠεροειδὲς pro ἀέρα, *The expanse.* τὸ τοῦ ἀέρος εἶδος. Sch. B. Ven. (773). In planitie inter Simoim et Scamandrum certatum fuit, huic vero propius. Conf. ζ', 4. et Heyn. Exc. ad loc. (775). ἔνθ' ἵππους...*Illic equos cohibuit, sistere fecit.* Divæ aciem non intrabant bellicoso apparatu adeo ut conspectum fugiebant. Sic inf. 844—45. se amplius celat Minerva ne illam Mars agnosceret. Habetur in 776. ἀὴρ in sensu sæpius notato, *caligo*, et notatur in Sch. Ven. usus Homericus τοῦ πουλὺν pro πολλήν. (777). τοῖσιν. Vertitur; *Illis vero ambrosiam submisit Simois ad depascendum.* ἀμβροσίην (subaud. βοτάνην), *gramen ambrosium*, quale equos immortalium carpere decebat. Conf. Hymn. in Apoll. 127. εἶδαρ ἄμβροτον. ἀμβρόσιον βάλεν εἶδαρ, ν', 35. Huc conf. quoque θ', 49. 50. et totam orationem ibid. 381—396. (778). Incedentes Divæ *columbis pavidis* comparantur adeo ut gressus eorum levior et delicatior, superficiem soli radens, concipi posset. Hinc Maronis verba, *et vera incessu patuit Dea,* ubi conf. not. Ruæi. Sequentia habet Sch. B. Ven. καλως των βουλομενων λαθειν τα ἰχνη ταις περιστεραις εἰκασεν· ἀφανη γαρ αὐτων τα ἰχνη, ὡς Ἀριστοτελης· ἡ και δια το καθαρον, ἡ δια το ταχυ. Per ἴθμα καθαρὸν fortasse vult Scholiasta, *æquabile, minime impeditum,* quod bene sensum ferit. Cf. Heliod. Aethiop. 3. 13. ubi Calasiris ait Deos cognosci ex *incessu* pedum τεμνόντων μᾶλλον τὸ περιέχον, ἢ διαπορευομένων, *secantium potius aërem quam transeuntium.* (782). εἰλόμενοι, *congregati.* Conf. sup. 203. (785). εἰσαμένη, vid. sup. γ', 141. (787). εἶδος ἀγητοί! Inest amaritudo verbis; *forma tantum, non fortitudine, præstantes!* κάκ' ἐλέγχεα! Sic apud Romanos *flagitium* usurpatur pro ipso homine nequam. (788). ὄφρα μὲν· Ad Antehomerica hæc respiciunt, vel quæ Poëta non nisi leviter attigerit. Vss. 389, 390. citat auctor ignotus vitæ Homer. sub fin. Huc facit quod auctor tract. de Homerica poësi habet; οὐ γὰρ πόῤῥωθεν ἐμβαλὼν, τὴν ἀρχὴν τῆς Ἰλιάδος ἐποιήσατο, ἀλλὰ καὶ καθ' ὃν χρόνον αἱ πράξεις ἐνεργότεραι καὶ ἀκμαιότεραι κατέστησαν. Τὰ δὲ τούτων ἀργότερα, ὅσα ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ ἐγένοντο, συντόμως ἐν ἄλλοις τόποις παρεδιηγήσατο. (790). οἴχνεσκον, *progredi solebant.* (794). Vidimus jam Diomedem e pugna excedentem, advenientibus Marte et Hectore, sup. 600. Ob id jam a Minerva reprehenditur. (795). ἕλκος ἀναψύχοντα, *vulnus refrigerantem.* Conf. λ', 620. χ', 2. το μιν βάλε......sup. 98. (796). τελαμῶνος. Conf. ξ', 404, 405. ubi balteos memorat a quibus scutum et ensis suspendebantur. τελαμὼν unde ensis pendebat super dextrum humerum transibat quo in loco vulnus Diomedes accepit. vs. 98. Hunc elevabat sub adventum Deæ. κάμνε δὲ χεῖρα, *laborabat manu.* κελαινεφὲς αἷμα, *The gore.* (801). Τυδεύς τοι· *Totosque infusa per artus major in exiguo regnabat corpore virtus.* Stat. Theb. l. 1. Huc conf. Aesch. ἕπτα, 426. ἀλλὰ μαχητής· eadem Aesch. ibid. 382—83. τυδεὺς δὲ μαργῶν καὶ μάχης λελιμμένος......βοᾷ. Conf. δ', 370. ubi Diomedi pari modo objicitur

virtus patris. (802). καί ῥ' ὅτε......οὐκ εἴασκον. Possunt commode cum præcedentibus jungi, ἀλλὰ μαχητής, adeo ut sententia procedat; *pusillo equidem corpore erat Tydeus, at bellator, etiam ubi huic non omnino permiserim* (*ut pugnaret.*) Desideratur in 805. apodosis τοῦ τότε, sed potest subintelligi. De phrasi οὐκ εἴασκον conf. sup. 767, 768. et ad β', 832. De voc. παιφάσσω, ibid. 450. (805). ἄνωγον. Dubito an referenda ad *Minervam* vel *Thebanos*. Hoc probat Heyne, mallem vero secundum modum usit. *convivari illum jussi*, propter quod præcedit, εἴασκον. (807). πάντα δ' ἐνίκα, suppl. ἆθλα, *præmia certaminis* scil. qualia fuerunt in temporibus heroicis usitata. Cf. sup. γ', 389. Locutio est communis, νικᾶν τὰ ὀλύμπια (ἄεθλα), quod Ennius inter Latinos imitatur, *sicut fortis equus, spatio qui sæpe supremo vicit Olympia.* Laudatur illud Pindari, νικῶν δρόμον, Ol. 4. 34. (808). Affirmat emphatice illud ἤτοι. σοὶ δ' ἤτοι, *tibi profecto, ut antea patri.* (811). κάματος πολυάϊξ, *ex multo labore orta fatigatio.* Cf. ad α', 165. de phrasi πολυάϊκος πολέμοιο. (812). ἤ νύ σέ που......expressionem amaram habet τό που, *vel, ut conjicio, exanimans pavor* &c. ἀκήριον, εἰς ἀψυχίαν ἄγον. Sch. br. Th. κῆρ. Obvia fit Od. μ', 98. ψ', 328. cum significatu *illæsum.* Th. κήρ, *fatum, mors.* Teterrima est exprobratio quæ Diomedem degenerem innuit, nec amplius dignum qui stirpe illustri satus haberetur. (815). γιγνώσκω σε, θεά......Laudatur illud Sophoc. Aj. flag. 14. ὦ φθέγμ' Ἀθάνας, φιλτάτης ἐμοί θεῶν, ὡς εὐμαθές σου......φώνημ' ἀκούω. (818). ἐφετμέων. Cf. sup. ad v. 129—30. (822). ἀναχάζομαι· Sup. 600. sqq. (823). ἀλήμεναι, Lat. vers. *congregari;* adcuratius vers. corr. Heyn. *se colligere.* Ernestio arridet aspirata ἁλήμεναι, nam est et ἄλημι, *vagor, erro,* et nequit has contrarias signiff. idem verbum admittere. Arcadium citat grammaticum antiquum qui exponit ἅλη, ἀθροισις. Constat ex h. l. collat. cum ζ', 201. τὸ ἄλημι, *congrego,* antiquitus scriptum fuisse Fαλημι, at non item ἄλημι, *vagor;* et verosimile est, ut in aliis notavi, digammum prioris in aspirationem transivisse. Consentit Heyne, qui ex eodem fonte deducit ac εἰλέω, εἴλω, sup. 782. Conf. Il. χ', 12. 47. φ', 534, 607. In priore loco peccatur in editt. contra digamm. at restituerim ἀναπνεύσωσι Fαλεντες. (825). Diomedes concitatus pugnam capessit; et hic facile conceperim Poëtam velle designare quantum valet *fortitudo* cum *sapientia* consociata. (827). μήτε σύ. Nusquam alias plus varietatis in lectt. reperi. Recepi Heynianam. Notandum est adscivisse Wolf. lect. quam ut perimentem sententiam respuit *Clarke,* scil. μήτι σύγ' ἄρηα τόγε δείδιθι. Verterim; *Nec Tu Martem tali modo* (κατά τό γε) *formides.* δείδιθι v. δέδιθι, quasi ex δίδημι, forma pro δίδιε imper. perf. a δείδω. Th. radicale est δίω v. δείω, unde prodeunt quoque δειδίσκομαι, δειδίσσομαι, *terreo,* ut sup. β', 190. q. conf. ut et Pierson ad Mœr. p. 118. (830). σχεδίην. suppl. ὁρμήν, πληγήν. (831). Decernentium furor, concitatæ mentes, bellique miseriæ et incerta alea quatuor epithetis optime exprimuntur, θοῦρον, μαινόμενον, τυκτὸν κακὸν, ἀλλοπρόσαλλον. τυκτὸν κακὸν, vertitur; *præter naturam adscitum malum.* Sic Sch. br. κατασκευαστόν, et plenius Steph. Thes. 1425. τὸ (κακὸν) τευχόμενον καὶ μὴ ἐγγιγνόμενον φύσει, *quod natura non secum fert, sed hominum malæ artes.* Signiff. diversas conjungit Sch. Ven. B. οὐ μόνον φυσικὸν, ἀλλὰ καὶ ἐπιτηδευτόν, sed minus accurate. ἀλλοπρό-

σκαλλον, *varium et mutabile semper.* Sequentia explicant. (832). σπεῦτ'. Conf. β', 597. De hoc promisso memoratur inf. φ', 413—14......ἀχαιοὺς κάλλιπες, αὐτὰρ Τρωσὶν ὑπερφιάλοισιν ἀμύνεις. Verba sunt Palladis Marti perfidiam exprobrantis. (834). τῶν, i. e. ἀργείων. Martem habemus ad pugnandum excitatum sup. 508, 509. (836). ἐμμαπέως, *celeriter et promte.* Sec. etymon exponitur in Sch. br. ἅμα τῷ ἔπει, ἐνεργῶς, μετὰ σπουδῆς. Sup. 330. pro ἐμμεμαώς inductam vidimus quæ Bentleio displicebat. (842). Discrepant Editt. in lect. hic et in 844. In tempore imperfecto legit Wolfe, ἐξενάριζε, ἐνάριζε, quod in aoristo habet Heyne cui adstipulatur Edit. Ernestiana. ἐναρίζω est et *interficio*, et *interfectum armis spolio:* hinc prætulerim in 842. ἐξενάριξεν, *occiderat*, et in 844, ἐνάριζε, *spoliabat;* sensus, ut opinor, melius constat collato vs. 847. viz. Diomedem et Minervam supervenisse Marti dum corpus Periphantis spoliaret. Video versionem in Edit. Schreveliana mecum facere. (845). δῦν' ἄϊδος κυνέην· Conjectatur figmentum e nomine Plutonis (ἅδης) ortum duxisse et ex antiquioribus mythis desumtum esse. Conf. Hesiod. Scut. Herc. de Perseo, quem galeam induisse memorat, v. 227......466. Accipit Sch. br. in sensu allegorico, ἄϊδος κυνέην—νέφος τι καὶ ἀορασίαν, quasi densam nubem circum se fuderit Dea. (851). πρόσθεν, verto, *prius.* Diomedes *secundus* (v. 855) impetum facit. Accipitur quoque in sensu εἰς τὸ ἔμπροσθεν. Vertunt ὠρέξαθ', *protenta-manu-jaculatus est*, cui favet v. 854. ἐτώσιον ἀϊχθῆναι. Sed forsan hasta (μελίη ὀρεκτή) non e manibus emittitur, adeo ut verum maneat quod sup. adnotatur de sensu verbi ὀρέγομαι, δ', 307. Dici potest ἀϊχθῆναι de *impetu* hastæ *adactæ*, non *emissæ*. Exp. Sch. br. ἐπέτεινε, quod corporis gestum exprimit. (854.) ὦσεν ὑπ' ἐκ δίφροιο· *submovit a curru.* Ordino, ὕπωσεν ἐκ δίφροιο, nisi potior videatur ὑπὲκ δίφρου. Stat in curru Minerva et prehensa hasta, illam avertit ut incassum præteriret, ὥστε αὐτὸ ἀϊχθῆναι ἐτώσιον. Th. τοῦ ἐτώσιος est ἐτός *frustra*, Aristoph. Plut. 404. 1166. Prodit ex εἶμι, *vado*, ut ἐτεός. sup. 104. ex εἰμί, *sum.* (856). Cominus rem gerit Diomedes ut ex 858, 859, apparet. Hinc dicitur Pallas ἐπερείδειν τὸ ἔγχος, "robore suo pondus hastæ addere", ut bene Heyne. Sic inf. η', 269. dicitur Ajax ἐπερείδειν ἶν' ἀπέλεθρον, Hectorem saxo petens. Bene ibid. Sch. br. ἐπέρεισεν—ἐπεβάρησεν, sensu obvio quem adsecutus est Heyne in h. l. (857). νείατον ἐς κενεῶνα, *imum in ile, qua parte cingebatur mitra.* Sic sup. 616. νειαίρῃ ἐν γαστρί. Expositionem subtilem quam ex Heraclide attulit Clarke vix dignam memoratu reor, et reprehendit Ernesti. Nec mitius *Heyne*; "Nolim Clarkium hic et 615, 616. *ineptas* Heraclidis *allegorias* apud Eustath. amplecti;—In poëta, constituta jam semel persona non amplius quærere licet de symbolica origine seu notatione". De argutiis libenter concedo, at personam allegorice constitutam sæpissime video, et *characteri* actus adeo congruere ut hæc adumbratio usque ad finem conservetur. Talis est notio generalis Martis Trojano agmini præeuntis, Minervæ Græco, sup. δ', 439. Vis consilii expertis a fortitudine et sapientia devictæ speciem vividissimam Poëta exhibet. Nolim vero in veteri Scriptore ulterius rem prosequi subtilitates ineptas captando. De *mitra* Cf. δ', 132. sqq. (858). τῇ ῥά......*ea scilicet parte.* (859). Argutias prosequitur Clarke. Verba ἔβραχε ἄρης, κ. τ. λ. "Clamorem exhibent aciei disjectæ et in

fugam conversæ". (862). ὑπὸ τρόμος εἷλεν. Sic sup. δ', 421. ὑπό κεν ταλασίφρονά περ δέος εἷλεν, *subiisset terror.* Notatur porro in 861. locutio antiqua συνάγειν ἄρηος ἔριδα pro συνάγειν χεῖρας, *conferre, conserere manus.* (863). ἄρης ἆτος πολέμοιο. Conf. sup. δ', 440. ἔρις ἄμοτον μεμαυῖα. (864). οἵη δ' ἐκ νεφέων......Sententiam ut ex Heynio accepi distinxi, et verto; *Qualis e nubibus apparet atra caligo, propter æstum ex vento graviter spirante excitato.* Exple, διὰ καύματος vel καύματος ὄντος in 865. δυσαής, δύσπνους, Sch. br. *quem quis ægre respirat.* Quam pulchre conficitur imago τυκτοῦ κακοῦ se a loco abripientis quem adeo fœdaverat rabies ejus horrenda. " Ira et furor Dei vulnerati et victi caliginem et noctem postulant, quandoquidem cum ea cognationem habet quidquid ad sensum atrox ac triste est". *Heyne,* Obss. h. l. A vapore lethifero, qualis inter Arabas existit, hic ἀὴρ δυσαής non multum abludit: Poëtam in mente habuisse suspicatur Vir amicissimus Guil. Neilson, qui mecum obss. communicavit. (867). ὁμοῦ νεφέεσσιν. Vix discrepant variæ expositt. *juxta nubes, nubibus involutus,* Sch. br. *inter nubes,* Heyne. Verterim; *una cum nubibus in cœlum ascendens.* Quod ex Demosthene adfert Schol. de altero sensu voc. ὁμοῦ, viz. *circiter,* alienum est. (869). θυμὸν ἀχεύων· Sic dicitur, ἡ δ' ἀλύουσ' ἀπεβήσατο, sup. 352. ἀλύων, ω', 12. θυμὸν κατέδων, ζ', 202. De ἀχεύω ex ἄχέω et sim. cf. sup. β', 597. (870). ἄμβροτον αἷμα, ἰχῶρ, sup. 340. (873—74). αἰεί τοι......Ang. *We Deities have endured the severest calamities through the machinations of each other* &c. Injuriæ oblitus quam aliis inferebat suam tantum plorat ut solent frustrati. Hinc convitia, ἄφρονα κούρην, παῖδ' ἀΐδηλον, οὐλομένην, quæ suæ indoli aptius convenerint. ἰότης exponitur a Sch. br. γνώμη, βούλησις. Conf. σ', 396, τ', 9. Est *immissio, instigatio,* ό, 41. De ἀήσυλος, 876. Vid. sup. 403. (875). σοὶ πάντες μαχόμεσθα· Sensum nec Schol. br. nec illum secutæ versiones attingunt; σοῦ χάριν εἰς μάχην καθιστάμεθα, *Tui caussa omnes pugnamus.* Attamen recte vertunt ί, 32. σοὶ πρῶτα μαχήσομαι, *Tibi primum adversabor.* Sensus est; *Tibi omnes succensemus, propterea quod Minervæ nimium indulges* &c. (879). προτιβάλλεαι· *Hujus consiliis Te non obviam fers,* ad lit. Exp. Sch. σωφρονίζεις, ἐπιπλήσσεις, ad sensum bene. (880). ἀνιεῖς, cum circumflexo sec. Heyne, ex ἀνιέω. Plerumque legitur ut *paroxytonum* ἀνίεις, i. e. in tempore imperfecto, quod non congruit. Tenendum quoque ἀνίης. De vi vocis vid. sup. 761. Inf. 882. αὐτὸς ἐγείναο, hinc epith. τριτογένεια, δ', 515. ubi cf. μαργαίνειν, *insanire.* Vis inest eximia. Th. est μάργος. Conf. Aeschyleum, μάργον ἱππικῶν φρυαγμάτων βρόμον, Sept. 471. φέρομαι λύσσης πνεύματι μάργῳ, Prometh. 909. *Ad sæviendum contra immortales summa audacia et furore illum concitavit.* (885). ταχέες πόδες. Currum Veneri commodaverat, sup. 363. (885–86–87). ἤ τέ κε δηρὸν......ἔπασχον· " κατ' εὐφημίαν dictum puto pro; *ibi cæcus jacuissem inter mortuos.* Nam sequitur, ἤ κεν ζὼς etc. *Aut certe si vivus discessissem, fractis viribus fuissem ab ictibus telorum.*" Ernesti. Sic sup. 388. vertit ἀπόλοιτο, *periisset.* Contra *Heyne,* citato vs. 904. ubi Mars minime morti obnoxius prædicatur. Recte accipit πήματ' ἔπασχον ἂν in sensu, *cruciatus fuissem,* etsi sup. 388. *Ernestio* adstipulatur. Malim vero *Riccio* quem citat Ernesti.

Laudatur vs. ό, 118. κεῖσθαι ὁμοῦ νεκύεσσιν μεθ' αἵματι etc. in sensu consimili sumtus. ἢ κεν ἀμενηνὸς ἔα,, *animi deliquium passus fuissem.* Conf. 696. ἔα form. Ionica pro ἦν, ut ἐτίθεα pro ἐτίθην, et sim. Vid γ', 321. Math. G. §. 211. Recte porro Sch. br. νεκάδεσσι exp. ταῖς τῶν νεκρῶν τάξεσι. Cuncta hæc explicantur ex rudi sensu antiquiorum de diis, affectibus moribusque adumbratis ex vita mortalium. (892). οὐκ ἐπιεικτόν, *cedere nescia*, Horat. (893). σπουδῇ, *ægre.* Conf. sup. β', 99. (894). τῷ σ' οἴω κείνης etc. *Idcirco te hæc pati, machinante illa, puto.* ἐννεσίῃσι, ut sup. ἰότητι, exp. Scholiasta, βουλήσεσι, ἐννοίαις. (897—98). εἰ δέ τευ ἐξ ἄλλου etc. *Quod si quocunque ex alio deorum natus fuisses, tam improbus existens, sane jam pridem fuisses infe-rior Urani-filiis (Titanibus* scil. qui in Tartarum dejecti fuerant ob bellum contra Cronum excitatum. Ad mythos respicit notissimos. Conf. Aen. 6. 580. Eorum meminit Hesiod. in Theog. 207, 717. Cf. et hymn. Orph. τιτῆνες, γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀγλαὰ τέκνα......οἴκοις ταρταρίοισι μυχῷ χθονὸς ἐνναίοντες. Invocat noster, Hymn. ad Apoll. 335, 336). Mire erravit *Wakefield* in h. l. Vid. emendatt. in vers. Popii. (900). φάρμακ' ἐπιπάσσων. Conf. vs. 401. δ', 218. (902). ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς etc. *Sicut autem quando succus-fici agitatus lac album cogit, liquidum quod erat, valde autem celeriter miscenti coit* etc. ὀπός, *lac ficulneum*, quo usi sunt veteres ad caseum faciendum. Ang. *runnet.* In v. 903. lect. περιτρέφεται recepi pro vulg. περιστρέφεται. Notat *Clarke* hanc induxisse Eustath. ex Herodiano, et firmari ex Od. ξ', 476. Recte Sch. br. exponit, περιπήγνυται, ὅθεν καὶ ἡ τροφαλίς, i. e. *caseus*, nam τρέφω est *coagulo.* Mire in edit. Schrev. conservatur περιστρέφεται cum versione accurata, *cougulatur.* (206). κύδεϊ γαίων· De locutione vid. sup. ά, 405. Censet Heyne versum non bene huc transferri, Martem enim potius dedecus accepisse: sed minime abesse velim quoniam animum Dei ferocem bene exprimit, malorum quæ perpessus fuerat tam cito obliti, τῇ αὐτοῦ δόξῃ γαυριῶντος καὶ σεμνυνομένου. Sch. br. (908). Vs. obvius est sup. δ', 8. ubi conf. de epith. ἀλαλκομενηΐς. παύσασαι, *postquam Martem a strage absistere-fecissent.* [De ministerio Hebes sup. 905. observat Heyne munus puellarum hic proprie designari, h. e. lavare et vestes præbere. Plura Odysseæ loca citat huc facientia. Ex more addit ministerium inter Deos, hic et sup. δ', 2. adumbrari ex vita heroum. Subtiliora quærit Daceria, officium exinde datum autumans " parce que le secours d'une éternelle jeunesse ne manque jamais aux Dieux". De ortu Hebes philosophatur Cicero, quæst Tusc. lib. 1.]

NOTÆ IN LIB. SEXT. ILIADIS.

[ἐπιγραφή]. Diis e pugna digressis, res Achivorum fit superior, et Trojanorum acie in fugam inclinante, Helenus vates Hectorem hortatur, ut publicam obsecrationem Minervæ in arce habendam imperet (1—101). Ergo is celeriter restituto prælio pergit in urbem: in eo prælio Diomedes et Glaucus, dux Lyciorum, ad certamen progressi, priusquam manus consererent, paterna inter se hospitia recordati, facta armorum permutatione, dextras jungunt et ad suos uterque se recipiunt—236. Hecuba et ceteræ matronæ de Hectoris et procerum consilio peplum in ædem Minervæ inferunt, vota pro salute patriæ nuncupant—312. Interim Hector domi desidentem Paridem objurgando in aciem reducit—368. Uxorem Andromachen, in ædibus suis frustra quæsitam, tandem urbe egrediens ad portam Scæam una cum puero Astyanacte obviam habet, atque ultimum adloquitur—502. Tum ille cum Paride, qui interea armis indutus processerat, vrbe egreditur—ad f. Ex *Wolfio*. (1). τρώων δ' οἰώθη etc. In nexu accipiendus cum vs. 967 sup. lib. αἱ δ' αὖθις......νέοντο. Junonem et Minervam ad Olympum rediise jam vidimus; Martem quoque et Venerem sauciatos, sup. έ, 364, 867. Apollo in Pergamo consederat, 460. (2). ἴθυσε μάχη. Exp. Sch. ἐπ' εὐθείας ἐφέρετο. Conf. locut. έ, 506. οἱ δὲ μένος χειρῶν ἰθὺς φέρον. Loquitur poëta de prælio acerrimo. Ad ancipitem Martem spectant verba ἔνθα καὶ ἔνθα, "modo his modo illis prosternentibus et prostratis". *Heyn*. Ven. A. (3). ἀλλήλων ἰθυνομένων etc. Recte vertunt, *copiis in se invicem dirigentibus æratas hastas*. Sententia expletur, ἰθυνομένων (τῶν ἀνδρῶν κατ') ἀλλήλων. (4). μεσσηγύς etc. ubi acerrime certari innuitur sup. έ, 773 sqq. (6). φόως τιθέναι recte accipiunt melioris notæ Critici, *spem, salutem excitare*. Adfert Ernesti exemp. sim. verba Deæ Pandaro, αἴκέν τι φόως τρώεσσι γένειο. et θ', 282. Adde inter Romanos, Horat. Carm. IV. 5. Virg. *O Lux Dardaniæ, spes O fidissima*, &c, ubi in apposito ponuntur voces. Inter Hebræos ἡ μεταφορά usitata est; Conf. Ps. IV. 6. נסה אור פניך. Bene Sch. br. ὡς ὀνίνησι φῶς τοὺς σκότῳ κατεχομένους, οὕτω τοῖς νικωμένοις ὑπὸ τῆς τοῦ Ἄρεως ἀχλύος ἐπέλαμψεν ἡ τοῦ Αἴαντος βοήθεια. (8). ἀκάμαντ'. Sub ejus persona Mars prælium ingressus sup. έ, 462. Vid. β', 844. (9). φάλον. Conf. ad γ', 372. (12). ἄξυλον etc. De Arisba quæ hic memoratur vid. β', 836. De usu τοῦ ἄρα prout hic habetur fuse disserit Hoogev. p. 58. *Schütz*. Temporis successioni designandæ inservit, ut sup. β', 103. Sic quoque ἔπειτα, et ut Hoogeveno videtur, δέ, in insigni exemp. φ', 490, etc. (15). πάντας γὰρ φιλέεσκεν, i. e. ἐξένιζεν, *omnes comiter-excipiebat, excipere solebat*. (16). ἀλλά οἱ οὔτις......ἤρκεσε, etc. Ad movendam misericordiam virtus

viri memoratur quamque fuerit illi inutilis hæc erga alios benevolentia. Laudatur sæpe illud Maronis de Ripheo, Aen. 2. 426. Adde et Valer. Flacc. Arg. 3. 173. *Nec tibi Thessalicos tunc profuit Ornyte reges Hospitiis, aut mente moras fovisse benigna* etc. (18). θεράποντα. Qui se Deo alicui sacraverat vel principi viro ad curam rerum suscipiendam θεράπων fuit nuncupatus. Sic Sthenelus Diomedis, etc. Hinc adpellantur λυτιπόνοι, Pind. Py. 4. 72. Usum etiam inter Celticos invaluisse adeo ut nomina ex tali caussa fuerint indita, notum est. Mecum hoc communicavit vir litt. Celt. peritissimus Guil. Neilson, mem. sup. έ. 864. Synon. sunt, ἑταῖροι, ut Od. β′, 286. ubi se Telemacho offert Minerva ut ἑταῖρον πατρῶϊον. ὀπάονες, ut inf. ή, 165. *Bellatores* adpellantur θεράποντες ἄρηος, pass. *Præcones*, qui sacrosancti erant, ὀτρηρῷ θεράποντι, ά, 321. (20). εὐρύαλος. Sup. β′, 565. (24). σκότιον. Etymon ipsum satis indicat τὸν ἐξ ἀδαδουχήτων γάμων. Sch. br. Conf. Eurip. Alcest. 1010. καὶ θεῶν σκότιοι φθίνουσι παῖδες. Virgilianum est, *furtim sustulerat*. (25). ποιμαίνων, *Bucolion* scil. (28). μηκιστηϊάδης, *Euryalus*. Conf. ά, 1. (29). πολυποίτης. De *nomine* cf. ad β′, 740. (30). Ductores memorantur, *Pydites* ex Percote et sub *Asio*, β′, 835. *Elatus*, ex Pedaso, urbe Troadis sub Lecto promont. Strab. XIII. *Leïtus*, Bœotus, β′, 494. [Pedasum video memoratum inf. φ′, 87. In catalogo haud reperitur, nam fuit urbs Lelegum, mem. sub fin. β′.]. (37). ἀδρηστον. Vid. memoratum in recensu, β′, 830. (38). ἀτυζομένω, *Flying in consternation*. Sch. br. (διὰ) πεδίοιο, ellips. solita. (40). ἐν πρώτῳ ῥυμῷ, ea parte, qua impositus erat ζυγός, sup. έ, 729—30. (51). ἔπειθε. Mavelim hic ὄρινε ut vocem ἐναργεστέραν. Video prætulisse Wolfe, ex Barnes. Priorem ex Heynio retuli, quæ probabilior fit ex Aen. 12. 940. "Et jam jamque magis cunctantem *flectere* sermo Cœperat". Probatur quoque ὄρινε, Obss. h. l. (52). καὶ δή μιν τάχ′ etc. Ang. *And he was already on the point of consigning him to his attendant* (θεράπων sup. 18.) *when* etc. De voc. πέπον, 55. Cf. sup. β′, 235. (56). ἦ σοὶ ἄριστα etc. Cum amaritudine effertur; *Sane tibi domi præclare res a Trojanis gestæ sunt!* Ultionem horrendam exigere nos decet qui tot et tanta perpessi sumus. Optime hic indoles fratrum diversissimæ exhibentur. In v. 60. obvium est Catonis illud, "delenda est Carthago". ἀκήδεστοι erant qui post mortem exsequiarum justis caruerunt. Th. κῆδος, *cura, mœror, exsequiæ*. Conf. Arist. Ethic. 9. 2. Attingit Sch. br. si per κηδεμόνα velit, *funeris curatorem*. ἄφαντοι, quorum deletum nomen et memoria. Occurrit illud, *unwept, unhonored and unsung;* Scot, Lay, Cant. 6. Citat Dacer. ex sacris, Reg. 2. VIII. 12. (62). αἴσιμα παρειπών, verte; *recte admonens; æqua;* Schrev. Secundum exp. Sch. br. καθήκοντα. De signiff. voc. αἴσιμος conf. sup. ad ά, 416. Sensus bonus est qui ex β′, 834. huc relato eruitur, nempe, *admonens quæ jamdudum a fato erant constituta;* nam de Adrasto loc. cit. dicitur, κῆρες ἄγον μέλανος θανάτοιο. Magis vero insolitum hocce, ut apparet ex Od. ψ′, 14. β′, 231. Obvium est certe αἴσιμον ἦμαρ cum signif. cognata, *fatalis*, inf. θ′, 72. Od. π′, 280. Sed potius existimarim poëtam hic loqui pro sensu suo *æqui* et *decori*. Certior fio quum meminerim inf. ή, 121. ubi simili modo adloquitur Menelaum. αἴσιμα illic est, *recta*,

quæ profutura sint (consilia). (64). Memoratur et altera lect. εὔτασε καλλαπάρην, quæ per se bona est, at non video ex MSS. inductam. (66). θεράποντες ἄρηος, *bellicosi.* Phras. sup. notatur v. 18. (68). μήτις νῦν ἐνάρων etc. Verte; *ne quis nunc, exuviarum appetens, pone maneat.* ἐπιβάλλεσθαι, i.e. ἐπιβάλλειν ἑαυτὸν, vel τὸν νοῦν τινί, πρός τι. Hinc absolute significat, *appetere, sectari.* Supplet Sch. br. ἐπιβολὴν ποιούμενος εἰς ἀναίρεσιν τῶν ἐνάρων. (70). Eustathius, ac eum secutus Clarke, de hoc versu observat aptissime senis personæ congruere quod de pugna loquens dicat κτείνωμεν, de præda diripienda, συλήσετε, quasi huic interesse dedecori fuerit. Eadem Daceria, uti in argutiis solet. τά, subaud. ἔναρα, et notetur locut. συλᾶν νεκροὺς τὰ ἔναρα, qualis observatur sup. in verbo ἀπαυράω. ἕκηλοι, Ang. *at your leisure.* Monitis vero Nestoris non omnes in præliis sequentibus obtemperabant. Conf. λ', 373 sqq. et al. loc. (73). ἀρηϊφίλων ὑπ' ἀχαιῶν, suppl. βιαζόμενοι. (75, 76). Helenus, vel a divinandi peritia edoctus vel probabile existimans Græcos adeo, opitulante Minerva, instare, Hectori dat consilium ut urbem intraret et supplicationem indiceret. Hoc erat summi ductoris. Cæteroquin aptissime quoad artificium poëticum inducitur vates. Digressiones hinc amœnæ, affectuumque benevolorum adumbratio habentur pro belli strepitu ac cæde, quæ tam diu, quasi ob oculos posita, mens exhorruit. Arridet Obs. Eustathii ad v. 404. καί, τὸ ὅλον εἰπεῖν, εὖ πεποίηται ὁ Ἕκτωρ ἀπελθὼν τῆς μάχης· ἱλαρύνθη γὰρ οὕτω τῆς ποιήσεως ἡ σκυθρωπότης, καὶ ἀπονιψαμένη τοῦ λύθρου τῶν πιπτόντων, τοῖς ἐπεισοδίοις διεγέλασεν. De οἰωνοπόλος, conf. ά, 69. et not. ad 62. (77). ἐπεὶ πόνος etc. *quoniam vobis, maxime omnium, pugnæ labor incumbit.* "In vobis sita est fortuna pugnæ". *Heyne.* ἐγκέκλιται, ἐπήρεισται, Schol. Barnes. (79). ἰθύν. ὁρμήν, Sch. br. *conatum*, Lat. melius, *impetum.* (81). πρὶν αὖτ' etc. Desideratur πρὶν in priore parte sententiæ, at verte; *priusquam fugientes incidant* etc. *fugam cohibe.* Si diligentius excutiatur αὖτε, verterim; *posthac, in posterum*, ut sæpius αὖθις. Possit quoque adversationem exprimere, *priusquam contra res eveniat, ac hostibus sint ludibrio.* (87). γεραιάς. Sch. br. exponit ἐντίμους, sec. Th. γέρας, et ex hac ministratione nomen inditum profitetur Ven. B. τὰς ἐκ τῶν ἱερῶν γέρας δεχομένας. Notatur porro constructionem mutari: Ponitur, εἰπὲ (τῇ) μητέρι......ἡ δὲ ξυνάγουσα......(μεμνήσθω) θεῖναι etc. pro, αὐτὴν ξυνάγουσαν......οἴξασαν......θεῖναι etc. Observavit doct. Heyne, hunc locum Panathenæorum pompæ opportunitatem fecisse apud Athenienses. Similitudo quoque inest *Lectisterniis* quæ Romæ nuncupabantur in periculoso rerum statu et festis Deorum. Conf. Rosin. Antiqq. Lib. 4. C. 15. Liv. pass. (94). ἦνις, vertitur ex Columella de re rust. 7. 9. *anniculas.* Th. ἔνος, *annus.* ἠκέστας, *nondum-jugo-submissas.* (97). μήστωρα φόβοιο. Vid. sup. γ', 328. ί. 223. (100). ἀλλ' ὅδε λίην μαίνεται etc. *Etenim Ille supra modum insanit.* Sic Pandarus de Diomede loquens sup. έ, 185. τάδε μαίνεται. Mars, μαργαίνειν. *furori* potius quam *virtuti* facta præclara attribuunt. Sic de Hectore, inf. θ', 355. (112). ἀνέρες ἔστε, φίλοι etc. Facete Lucianus παρῳδεῖ, Revivisc. §. 1. Phrasi μνήσασθε θούριδος ἀλκῆς, quæ toties obvia est, convenit, ἄλκιμον ἦτορ ἕλεσθε, sup. ί, 529. (115). ἑκατόμβαι hic pro sacrificiis generatim accipio. Conf.

sup. 93. et ad ά, 65. (117, 118). Hectoris *incessum* hi versus fideliter depingunt e pluribus dactylicis conflati. Notat Ernesti apponi v. 118. ut intelligatur quid sit δέρμα κελαινὸν in 117. ἄντυξ ponitur pro circulo corii quo obductus fuit clypeus. Conf. sup. ad ί, 262. Erat autem ἀσπὶς ποδηνεκὴς ut constat ex 117. (119). Vide Glaucum memoratum sup. β′, 876. Una cum Sarpedone Lycios duxit cui consanguinitate junctus fuit, inf. 199 &c. 206 &c. (124). οὐ μὲν γάρ ποτ' ὄπωπα etc. Glaucus nunc προμαχίζει, nam Sarpedon, qui principem locum obtinebat, a Tlepolemo vulneratus e pugna excesserat; sup. έ, 663. Bene accommodatur temporum ratio, 124, 125, 128, quæ attingitur sup. ά, 36. οὔ ποτ' ὄπωπα τὸ πρίν, verte absolute, *nunquam te adhuc conspexi.* Possit vero colligi ex γ′, 169. non exacte conservari distinctionem temporum quam ponit Clarke in not. h. l. Subtilitates captanti sæpe constabit res quæ saniori forsan cogitationi vix tenenda apparebit. (127). δυστήνων δέ τε παῖδες etc. *Infelices, quorum liberi furori meo occurrunt.* Oratio quodammodo invertitur, pro δύστηνοί εἰσιν ὧν παῖδες, etc. (129). οὐκ ἄν ἔγωγε θεοῖσιν etc. Incertus est an Glaucus sit Deus nec ne; Minerva jam ex acie decesserat et caligo (ἡ ἀχλύς, έ, 127) oculis iterum offunditur. Monitorum etiam recordatur quæ dederat illa, ibid. 129 sqq. (130—31). Narrat Plutarchus in lib. de Poët. utilitate, hunc Lycurgum vites omnes toto regno excidi jussisse cum Thracas ultra modum vinosos conspiceret; hinc ortam fabulam. Huc forsan referenda narratio in Beroso, lib. 5. Diod. Sicul. lib. 1. de Gigante Lycurgo in Thracia ab Osiride peremto. Memorat Horat. *Thracis et exitium Lycurgi*, lib. 2. Od. 19. Et diserte Nonnus in Dionysiac. XX. Pro locut. οὐδὲ γὰρ δὴν ἦν, habetur sup. έ, 407, οὐ δηναιός, *Nec diu superstes fuit.* Est inter antiquiores recensenda. De pœna Lycurgi disserit Sch. br. h. l. vid. inf. 139. (132—33). τιθήνας, *nutrices, antistites* Bacchi. Hæ ex furore et concitatione animi quibus celebrabantur orgia μαινάδες et θυάδες adpellatæ; Sic Ovid. Fast. 4. *Mentis inops rapitur, ut quas audire solemus Threïcias fusis Mœnadas ire comis.* σεῦε κατ' ἠγάθεον νυσήϊον (ὄρος). Plures memorantur Nysæ in not. Sch. br. Sed hic intelligitur Thracia, Strymonem prope et oræ confinis maritimæ. Constat hoc ex v. 136. διώνυσος......δύσεθ' ἁλὸς κατὰ κῦμα. Cf. Barnes not. in Sch. br. Memoratur quoque Nysa Parnassi. In regionem borealem Græciæ ritus patrios intulerunt Thraces advenæ; hinc loca a Mænadibus frequentata dicuntur. Laudatur Val. Flacc. I. *Bœotia qualem Thyas, et infelix cuperet vidisse Cithæron* etc. (134). θύσθλα. Sententiam amplector Sch. br. (cui et Ven. A. B. consentit) qui exponit, πάντα κοινῶς τὰ πρὸς τὴν τελετήν, nec cum Dammio *thyrsos* tantum intelligo; Hi scipiones fuerunt circumvoluti hedera quos in Sacris Dionysiacis gestare mos fuit. Th. θύω, *sacrificor.* (135). βουπλῆγι, μάστιγι. Eustath. Sch. br. qui et pro *securi* accipit. Vertitur plerumque secund. etym. *stimulo-boario.* (136). Inf. ώ, 78 sqq. Iris ingreditur mare inter Imbrum et Samum Thetidem alloquutura; Hinc definitur locus cujus meminit poëta sup. 133. q. vid. (138). ῥεῖα ζώοντες, *tranquille vitam agentes;* secund. illud Pindari toties laudatum, ἀπονέστερον νέμονται βίοτον......αδακρυν αἰῶνα. Ol. 2. 111, 120. Vitam declarat nec curis vexatam nec solicitudine astrictam, sed cui omnia facile com-

parantur. Conf. huc poëtam Epicureum; *Omnis enim per se divôm natura, necesse est, immortali ævo summa cum pace fruatur, semota a nostris rebus, sejunctaque longe.* De rer. nat. 2. 645. Sic Sil. Ital. 15. 58. *Deus......imperturbâta placidus tenet otia mente.* Conf. Diog. Laërt. 10. 139. τῷ μὲν ἔπειτ' ὀδύσαντο etc. Ang. *He became in consequence an object of hatred to* &c. (142). οἱ ἀρούρης καρπὸν ἔδουσιν. Hoc ex sensu poëtæ, sup. ί, 341. distinctionem ponit inter mortales et immortales: Locut. consimilis passim inter Hebræos obvia est. Sic in Num. 13. 20. ולקחתם מפרי הארץ. (145, 146). τίη γενεὴν ἐρεείνεις; *Quare de stirpe percontaris?* Nil instabilius, nil tam "brevis ævi" quam quæ ex majorum præstantia comparatur gloria, *nam rerum instar levissimarum quæ nunc crescunt, cito dilabuntur, mortales ipsi fragiles sunt et caduci.* Eximie ornatur similitudo in veteri poëta ac infinitæ sunt recentiorum imitationes, quarum plures congessit Clarke in nota ejus h. l. Gratissimi sunt vss. Aristophanici, Av. 685 sqq. Expressit quoque Nonnus, Dionys. 3. 249. Iterum Homerus ipse, φ', 464 sqq. (147—49). φύλλα, τὰ μέν τ' ἄνεμος etc. Verte; *Folia alia ventus humi sternit, alia sylva germinans producit, verisque tempore succrescunt. Sic hominum generatio; hæc quidem nasci-facit, illa vero cessat,* viz. *stirpem producere,* φύειν. [In v. 148. omnino prætulerim lect. unius cod. Vindobon. etsi non præstantissimi, ἔαρος ὅτε γίνεται ὥρη, *quando vernum tempus advenerit,* nam displicet constructio usitata. Legit Wolf. ὥρη, unde constat accepisse τὸ (δὲ) pro (καὶ), ut in Eurip. Phœniss. 418. exemp. laudatum a Hoogev. p. 119. Abesse vero potest nam *ictus* syllabam sustinet. In 149. accepi φύει in sensu *transitivo* qualis habetur in 148, et ubique alias, ut credo. φύεσθαι est *nasci;* Sic inter multa, περὶ δ' αἴγειροι πεφύασιν, Od. ί, 141. Video in Steph. Thes. p. 264. vers. 149. adferri ad probandam significat. *intransitivum* τοῦ φύω; adduntur verba: "Sed in *soluta* oratione *rarum,* vel potius *rarissimum* esse puto præsentis in hac significat. usum". Potuit dici quoque, in *poëtica.* Rationi usitatæ favet illud Pindari, Py. 1. 79—82. ἐκ θεῶν γὰρ μαχαναὶ πᾶσαι βροτέαις ἀρεταῖς......ἔφυν. Obstant plurima Homerica, ά, 235. ξ', 347. et in Odyss. ί, ζείδωρον φύει, *facit ut nascantur.* Cf. et Theocrit. 15. 94. et verosimile est sensum *intransitivum* aoristo ἔφυν, a φῦμι, soli convenisse. Vid. Math. G. G. §. 253.]. (150). ταῦτα δαήμεναι, *hæc habere comperta.* δάημι form. a radice ΔΑΩ. Præfert Math. §. 228. ἐδάην, aor. 2. Inter δαήμεναι et ὄφρα subintellexerim δηλάσω, v. quid simile. (152). Ἐφύρη. Corinthus sic antiquitus adpellata. Ἐφύρα, ἡ κόρινθος, ἀπὸ Ἐφύρας τῆς Ἐπιμηθέος θυγατρός. Sch. Apollon. μυχῷ Ἄργεος, *in recessu Argeos,* i.e. *Peloponnesi.* Sch. br. Locutio solita est qua situs interior designatur: Conf. illa Pind. μυχῷ Ἑλλάδος. Nem. 6. 44. Κορίνθου τ' ἐν μυχοῖς, i.e. *In Isthmo,* ibid. 10. 78. (153). ἡ γενεὰ Glauci Aeolica est, mythis locupletissima. De Sisypho conf. Sch. br. h. l. ut et de Bellerophonte. Prior adpellatur κέρδιστος, ut sup. Ulysses δόλοισι κεκασμένος, scil. *omnium versutissimus.* Facete observat Eustathius, "leniorem adpellationem adhiberi: designari enim, qui reipsa maximus erat latro (κλεπτίστατος), vaferrimum et prudentissimum (συνετώτατον). Et hoc ne proavi fama *quid detrimenti caperet.*" Obs. repetit Sch. B. Venet. (157). προῖτος· Abantis, regis Argivorum,

filius, de quo Ovid. Metam. 5. Ex Argo expulsus fuerat a fratre Acrisio et ad Jobaten, regem Lyciæ, confugerat. In Argolidem postea reversus est. Fuse narrat Sch. br. de Bellerophonte fabulas quæ inter Corinthios invaluerunt. Ad Prœtum se contulerat expurgandi caussa, Bellero occiso, vel ut quidem habent, Alcimeno. Nomen Bellerophontes hinc deductum narratur quod antea fuit Hipponous. Conf. Apollod. II. 3. 1. Sch. A. et B. Ven. ex Asclepiade. Narratio ipsa quodammodo invertitur; declaratur ira Prœti antequam caussa exponitur in 160 sqq. Nequit porro non observari similitudo inter hanc historiam et quæ de Josepho in script. sac. tradita habentur, Genes. 39. 7. sqq. (160). ἐπεμήνατο, *libidinem ardentem conceperat.* Quod de epitheto δῖα habet Sch. br. nempe, κρατίστη, εὐγενεστάτη, ἱερωνικῶς, ineptum est; Ad *genus* spectat, non ad *morum* speciem vel *virtutes.* (162). ἀγαθὰ φρονέοντα, *mente præditum bene ad virtutem comparata.* Conf. locut. in Pind. Ol. 3. 30. πιστὰ φρονέων, *benevolo erga eos animo affectus.* Benedict. κακὰ φρονέων, *illis mala moliens.* Ibid. Py. 8. 118. In Nem. 4. 155. consimilem habemus, μαλακὰ φρονέων ἐσλοῖς, *bonos benevolentia prosequens.* Et ubique apud nostrum. Od. ά, 43. inf. ί, 70. π', 701. γ', 219. (164). καλον σοι, φησι, το ἀποθανειν, εἰ μη κατισχυσεις του καθυβρισαντος σε, ἀλλ' εἰ βουλει ζην, ἐκεινον ἀνελε· εἰ γαρ ἐμε ἠθελησε βιασασθαι, οὐδε σου φεισεται. δεικνυσι δε ὁτι τελος ἐρωτος ἀποτευχθεντος, μισος ἐστι. Sch. B. (166). χόλος ἕλαβεν (τὸν) ἄνακτα (τούτου ἕνεκα) οἷον ἀκουσεν etc. (167). σεβάσσατο γὰρ τογε, *Hoc enim ei religiosum erat,* σεβαστὸν ἡγήσατο. Hesych. Jure hospitii conjunctus est Bellerophon quod inter antiquiores sacrosanctum erat. Hinc usus proprius verbi, nam ut notat Heyne, " σέβας est majus aliquid quam αἰδώς". (168). σήματα λυγρά, *characters of fatal import.* Sic inf. 178. σῆμα κακόν. Antehac literas invexisse Cadmum ferunt, sed vix putandum est eas adhuc in usum vulgarem transivisse. Conf. ή, 175, 187. unde res manifestius apparet. Ad v. 169. observat Wolfe (Proleg. §. XIX.) hæc σήματα θυμοφθόρα fuisse " notas mortiferas rudi arte incisas (ἐν πίνακι πτυκτῷ) lignea tessera. De *tabula cerata* cogitare vix sinit consuetudo poëtæ". Sententiam elaborate tuetur in Prolegom. §. XII. sqq. nullas scriptas literas in ætate heroica in usu fuisse. Consentienti similis est Sch. Ven. B. qui exp. γράψας in sensu vetustissimo ξέσας, ἐγχαράξας......εἴδωλα (figuras, notas *symbolicas*). Conf. eund. Sch. inf. ή, 187. (171). Addit forsan poëta θεῶν ὑπ' ἀμύμονι πομπῇ, ad declarandam vitæ innocentiam, quæ, circumstantibus periculis, bonos nunquam deserit. (173). Notandus hic et sequentes. Antiquissimi ritus hospitales describuntur. Honorifice excipitur Bellerophon, nec de caussa itineris quæritur donec jam decimus dies illuxerit. (177). ὅ,ττι ῥά, (tesseram) *quam nempe sibi adferret* etc. (179). πρῶτον μέν ῥα, etc. Particulæ vis constat; illativa est, vel successionem exprimit, ut fuse explicat Hoog. in doct. part. XIII. 491. Verte ex 178. *postquam vero tesseram exitiosam soceri accepisset, primum dehinc Chimæram......interficere jussit.* Interponitur in vss. 180, 181, 182. monstri descriptio et sententiæ nectendæ inserviunt voculæ δέ, ἄρα. Deinde v. 184. narratio diversa incipit, iterumque, 186. et utrique distinguendæ inservit αὖ. Deinde memorantur Lyciorum insidiæ, et vers. a præcedentibus distinguitur

ope τοῦ δὲ, nexui vero inservit ἄρα. Insigne exemplum est tota narratio usus *particularum* in efficienda junctura ac simul in membrorum diversorum distinctione servanda. De Chimæra argutiæ plurimæ sunt. Explicat Servius de monte ignivomo Lyciæ quem Bellerophon habitabilem reddidit. Aen. VI. 288. Ovid. Met. 9. Melior vero adhibenda explicatio, latronem extitisse ferocissimum cui speciem adeo terribilem addiderunt mentes perculsæ. Cragum montem frequentabat. Hunc, Cacum alterum, devicisse fertur Bellerophon. Abludit quid a descriptione Homeric. Hesiod. Theogon. 319 sqq. ut et Hesych. in Lexic. voc. χίμαιρα. Convenit Eurip. in Ione, qui τρισώματον describit; Horat. Carm. l. 2. "Vix illigatum te *triformi* Pegasus expediet *Chimæræ*". Vss. 181, 182. Vertit Lucret. de rer. nat. V, 903. *Prima leo, postrema draco, medio ipsa chimæra, ore ferox acrem flaret de corpore flammam,* ubi conf. emendat. Wakefieldii in v. 181. e vestigiis Lucretianis, quam vero nusquam video probatam. v. 182. desumsit integrum Hesiod. ub. sup. 325. Vertit Propert. 3. 4. (182). πυρὸς μένος αἰθομένοιο, solita periphrasi pro αἰθόμενον πῦρ, secund. Pind. Ol. 1. 2. Sermonis formulam Romani referunt, ut Lucret. 2, 215. "Cadit in terras *vis flammea*". Hinc Arnobius, III. p. 117. Consimiliter de personis, ut μένος ἄρηος, inf. σ', 264. ἱερὸν μένος ἀλκινόοιο, Od. ή, 167. Vid. sup. β', 851. (184). σολύμοισι. De his multa congessit Bochart. de Phœn. col. I. 6. *Solyma* fuit urbs Lyciæ Mediterranea in colle, quæ *Solymus* Straboni dicitur, lib. 14. populum Solymos adpellat Plin. 5. 27. 29. qui eosdem facit cum Pisidis. Eadem Bochartus. Meminit noster Od. έ, 283. montium Solymorum quos inter Pisidios recenset Sch. br. ad loc. Melius constat eos fuisse incolas Lyciæ antiquiores ab advenis expulsos et in montibus qui confinia faciunt consedisse, unde bella invicem illata. *Heyne,* Obss. p. 226. (187—190). Vid. sup. δ', 391. sqq. Simile narratum de Tydeo. Morem fuisse in ætate heroïca videtur ad experiendam cujusque fortitudinem, forsan et innocentiam; hinc, feliciter cedente pugna, agnoscitur heros divino semine prognatus, i. e. inculpatus, ἀμύμων, v. 191. et honores debiti deferuntur, 192—195. Locutio ὑφαίνειν δόλον usitata est. Conf. sup. γ', 212. et inf. ή, 324. Od. δ', 739. Audaciori metaphora Pind. Py. 4. 251. ὑφαίνειν ὄλβον, *felicitatem contexere.* (194). καὶ μέν οἱ etc. De his portionibus agri quæ κατ' ἐξοχὴν Diis vel heroïbus ob merita assignatæ sunt, vid. sup. β', 696. Ordina sentent. οἱ λύκιοι τάμον τέμενος καλὸν φυταλιῆς καὶ ἀρούρης, ὄφρα νέμοιτο, et verte; *agri vitiferi et arabilis portionem distinxerunt Lycii, ut coleret, possideret* &c. γῆ φυταλίη et ἄρουρα, ut in vers. distinguuntur, obviæ sunt inf. ί, 579, 580. ut οἰνόπεδον et ἄροσις ψιλή. *Illud* (οἰνόπεδον) latius acceperim in sensu h. l. exposito τοῦ φυταλίη, i.e. δενδροφόρος γῆ ἢ ἀμπελοφόρος. Sch. br. (199). χαλκοκορυστήν. Vid. sup. ad β', 1. (200). ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ κεῖνος etc. *Sed ubi demum et ille Diis invisus fieret.* Emphatice dicitur καὶ κεῖνος, quasi meliora debuissent virtutes ejus consequi. De commisso siletur, fortasse ob caussam memoratam supra, 153. quæ a Popio hic adfertur. Similiter Pind. Olymp. 13. enarratis gestis Bellerophontis, addit se fata novissima reticescere. vs. 124—130. Innuit vero illum Pegaso excussum, cum in cœlum contenderet, Isthm. 7. 63 sqq. add. Horat. IV. 11, 6. An ex Jobate machinante vel ex conjuratione

Lyciorum optimatum (θεῶν) honoribus invidentium satis incertum est. (201). πεδίον τὸ ἀλήϊον. Meminit Dionys. perieges. v. 8. 72. eadem narrans quæ hic Noster. A *vagando* ager dictus, nam ibi Bellerophontem *erravisse* fingunt, Pegaso excussum. Probabile quoque est etymon Eustath. viz. dici ἀπὸ τοῦ ἐστερῆσθαι τῶν λητῶν, i. e. πεδίον ἀκάρπιστον, Eurip. Phœn. 221. Renuit Porphyr. quæst. 11. (202). ὃν θυμὸν κατέδων, vertit Cic. ad verb. *ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.* Tusc. Quæst. 1. 111. Mœrorem ob facinus admissum, spe dejectum innuit locutio. ὀδυνωμενος ἐπι τῃ των ἑαυτου παιδων ἀπωλειᾳ, ἐμοναζε. S. B. (203). ἄτος. Vid. sup. ἑ, 388. (205). τὴν, *Laodamiam.* (215). ἦ ῥά νύ μοι ξεῖνος etc. *Certe nunc igitur mihi hospes paternus es, vetus ;* i. e. jure hospitii paterni jamdudum devinctus es. Hinc colligitur amicitiæ nexum adeo arctum fuisse ut ad posteros etiam descenderit. Rudiori convenit ætati quum mentes effrænatæ, feri affectus, vis præpotentior dominari solent, nec ulla, quæ fortiter cohibeat, lex *scripta* extat. (217). ξείνισ' etc. *hospitio—excipiebat.* Sup. 15. habetur φιλέεσκεν, sensu cognato. (218). ξεινήϊα, *munera hospitalia.* Sic Pindari illud, ξείνια ἁρμόζοντα τεύχων, i. e. *dona hospitii* quæ ut κειμήλια adservabantur in memoriam et posteris suis. Vid. Damm. Lex. Pind. Talia memorat Evandrus, Aen. 8. 166. sqq. et Pind. iterum Py. 4. 61—2. προτυχὸν ξένιον, a Tritone uni ex Argonautis oblatum. De ζωστὴρ vid. sup. δ', 132. De φοίνικι, ibid. 141. De ἀμφικύπελλον δέπας, ά, 584. (221). μιν, δέπας scil. (223). ὅτ' ἐν Θήβῃσιν etc. Septem ductorum contra Thebas expeditio memoratur quæ exitum adeo infaustum habuit, sup. δ', 408. Tydeus a Melanippo Thebano interfectus est. Stat. Theb. 8. 719 sqq. Verte porro τυδέα absolute ut sit, *quantum ad Tydeum, non memini, quoniam me parvulum adhuc reliquit* &c. nam μνᾶσθαι in Nostro *genitivum* adsciscit. Hinc minus accurate vers. Lat. *Tydeum non memini.* (224). τῷ, *idcirco, quum sic se res habeat.* In v. sequenti dicitur pro more τῶν, i.e. ἐκείνων, Lyciorum scil. (226). ἔγχεσι etc. Non licitum fuit certamina cujuscunque generis cum hospitibus inire, ut docemur Od. θ', 208. ξεῖνος γάρ μοι ὅδ' ἐστί, τίς ἂν φιλέοντι μάχοιτο; ordinat sententiam Heyne, (σὺν) ἔγχεσι ὀρέγεσθαι (κατ') ἀλλήλων ἀλεώμεθα, nam quartum casum adsciscit ἀλέομαι, ut in ἑ, 34. ἀλεώμεθα μῆνιν. Absolvitur quoque si legas cum Wolfio plures editt. et MSS. secuto, ἔγχεα, sed magis concinne restituitur ἔγχεσι. (231). πατρώϊοι, ut sup. 215. *jure quodam hæreditario hospites.* εὐχόμεθα, *palam profitemur.* (233). χεῖρας τ' ἀλλήλων etc. Conf. sup. β', 341. δεξιαὶ ᾗς ἐπέπιθμεν. πιστώσαντο, *fidem invicem dederunt.* Conf. Porson. ad Med. 21. (234). φρένας ἐξέλετο, vertenda sunt manifeste, *mentem ademit,* sed dubitatio est an de *stultitia* accipienda, ut alias fere semper. Sic Cf. inf. ρ', 470. Eustathius ex Porphyr. habet, ἐξαιρέτους ἐποίησεν (φρένας scil.) *Mentem adeo ampliavit ut de pretio nil cogitaret.* Teneri nequit nam ἐξέλετο ex αἱρέω, non αἴρω, prodit. Melius Ernesti qui ad literam accipit. et confirmat illud Achillis, ί, 377. ubi *dementem* pronuntiat Atridem. Convenit obs. Heynii, " Poëta judicium suum apponit ex sensu hominum de pretio, nullo cum respectu ad animi *generosi* notionem in dando munere". Porro interpretatur τεύχεα, 235. de *clypeis,* at incertum est, nam de *armis* generaliter accipitur. (237). σκαιάς. *Si-*

nistrorsum via ducebat versus littus, hinc nomen, *sinistra porta*. Conf. sup. ἑ, 397. Nuncupantur δαρδανιαί, ἑ, 789. (238). ἄρα, *deinceps*. (241). πολλῇσι δὲ etc. Poëta ipse loquitur; *at multis mala impendebant*, quæ viris, liberis, amicis privantur, etsi adhuc fortunæ miserrimæ ignaræ. Simile adhibetur sup. β′, 15. (242), Aedium heroicarum partes, nempe, δόμος, αἴθουσα, θάλαμος, αὐλή, memorantur, 242—247. αὐλή erat *atrium*, *area* ante ædes quæ a septo (ἕρκει) circumclusa est. Permeata αὐλῇ ad δόμον perventum est, ædium partem primariam, et dehinc ad interiorem quæ δῶμα appellata; ad convivia apparanda et excipiendos hospites hoc utebantur. θάλαμοι v. οἶκοι erant ædiculæ ad latera et a tergo exstructæ quo sub tempus vespertinum se recipiebant familiares: cuique erat suus *porticus* (αἴθουσα) qui et exstructus fuit intra septum (ἕρκος) et ad utrumque latus illud amplexus donec ad vestibulum (τὸ πρόθυρον) perventum est. Docet Sch. br. nomen deductum fuisse ex αἴθω, διὰ τὴν τοῦ ἡλίου βολήν, et hoc simplicissimum. Adhæc matri-familias erat conclave (ὑπερῷϊον) ædium parte superiore, sup. β′, 514. (248). τέγεοι θάλαμοι, interpretatur Scholiasta quasi sint ὑπερῷοι (*upper chambers*). Addit vero σκεπαστοί, et accipit Heyne ut epitheton ornans cujusvis ædis qui tectum, στέγος habet. (251). Ad superiora 242, respicit: ἀλλ' ὅτε δή——ἔνθα etc. (252). ἐσάγουσα. Expon. πορευομένη, Sch. br. locutio elliptica est pro (ἑαυτὴν) ἐσάγουσα (πρὸς τὴν) λαοδίκην. Ang. effertur, *on her way to Laodice*. Consentiunt Porphyr. Eustath. citante Clarke in not. h. l. Arridet vero Bentleii emendatio, λαοδίκηνδ' ἐσάγουσα, quæ sententiam exactiorem reddit. Conf. ή, 336. (253). Notatur locutio ἐμφύεσθαι ταῖς χερσί τινος pro δεξιοῦσθαι, i. e. *comiter, benigne excipere*. Affectum tenerum exprimunt verba. (255). ἦ μάλα δή etc. Suspicatur Hecuba omnia non bene cessisse; rumor grassatus fuerat jamdudum, et hinc profectio Helenæ ad mœnia, inf. 386. Ideo putat Hectorem urbem intrasse ut supplicationem Jovi nuncuparet. Dicit vero 257, ἐξ ἄκρης πόλιος, nam Jovi Herceo sacrata fuerunt templa, unum in Pergamo, alterum in Ida, quæ ipse memorans inducitur inf. χ′, 171, 172. (260). ἔπειτα δὲ etc. *Deinde vero ipse te recrearis, hausto vino.* "ὀνέω, proprie *juvo, prosum*, etiam pro *recreo cibo ac potu* dicitur. hinc ὄνειαρ et ὀνείατα toties pro cibis, βρώματα". *Heyne*. (262). ὡς τύνη κέκμηκας. verte, sec. quod adnotatur sup. ά, 37. *ut tu defatigari soles*. Distinguunt Heyn. Wolf. post ἀέξει, et sic sententia absoluta fit, *quandoquidem et tu viribus es exhaustus:* sed præfero rationem usitatam. τύνη, sup. ἑ, 485. ut ἐγώνη. (265). μή μ' ἀπογυιώσῃς etc. *ne me viribus prives, vigoris vero et fortitudinis sim oblitus*. Ernestio displicet vocula δὲ post μένεος quam orationem frangere opinatur; sed e contrario junctura melius expeditur, hac admissa. Notatur locutio λαθέσθαι ἀλκῆς, ut sup. μέμνησθαι, 112. ubi conf. Porro longa est λύσις in not. Sch. B. Ven. et br. de caussa cur Hector vinum nolit quod alibi prædicatur esse μένος καὶ ἀλκή. Simplicius est dicere, potum sine cibo vires frangere nec velle manere ducem donec adferatur. (267). οὐδέ πῃ ἐστι etc. *Nec ullo modo fas est*. Notabile est τὸ σέβας quod reperimus in vs. laudato, Aen. 2. 719. πεπαλαγμένον exponitur μεμολυσμένον. παλάσσω est *ferio, adspergo, maculo*, a Th. πάλλειν. Sensu diverso παλάσσομαι occurrit inf. ή, 171. de quo in loc. " Mos fuit

veterum, ut nunquam aut sacra attrectarent aut ad sacrificium offerendum accederent, nisi lotis manibus, aliquando capite, quandoque etiam toto corpore, præsertim si cæde aliqua, aut funere, aut impuro usu fœdi essent". *Ruæus*, loc. cit. (269). De appellatione ἀγελείη, conf. έ, 765. δ', 128. (270). σὺν θυέεσσιν. Exp. Sch. br. et B. Ven. θυμιάμασι, quibus Deos placabant: huc respicit Virgilianum, *thuricremis cum dona imponeret aris*, Aen 4. 453. Addit vero meliorem, μετά θυσιῶν, *cum victimis*, nam dicitur inf. 274. καί οἱ ὑποσχέσθαι δυοκαιδεκα βοῦς etc. De hac tota oratione ad v. 279. conf. sup. 87—97. (273). ἐπὶ γούνασιν. τα γονατα——τας ἱκετειας λεγει. φησι γαρ, ἀλλ' ἤτοι μεν ταυτα θεων ἐν γουνασι κειται (ῥ, 514, &c.) τουτεστιν, ἐν τῃ των θεων ἱκετειᾳ και δεησει. Sch. Ven. Valde arridet observatio. (280 etc.). μετελεύσομαι, *adibo*. Paride nominato, in preces sævissimas prorumpit Hector, 282 sqq. ἀκουέμεν, *auscultare, obtemperare*. (284). εἰ κεῖνόν γε ἴδοιμι etc. Ang. *Could I but behold him.* Mortem precatur illamque atrocissimam, ira et indignatione percitus. Credo hoc totum Euripidi ante oculos versatumfuisse in Hecub. 937—943. Sup. laudantur, γ', 39. Expletur porro sententia, κατελθόντα εἴσω (εἰς τὸ δῶμα) ἄϊδος, et in 285. (ἐμὲ) ἐκλελαθέσθαι (κατὰ) φρένα, non ut Sch. br. φρένα ἐκλελαθέσθαι. Hæc ejusmodi locutio est qualem supra notavimus, 265. (286). Nil respondet Hecuba; οὔτε γαρ συναινειν τῃ ἀλεξανδρου ἀρα (corr. ἀρᾳ) βουλεται ὡς μητηρ, οὔτε ἀπολογεισθαι, ἵνα μη παροξυνῃ ἑκτορα. Sch. B. (288). Conf. ά, 191 sqq. αὐτὸς δ' ἐς θάλαμον κατεβήσατο κηώεντα, κέδρινον, ὑψόροφον etc. Epith. κήωεις, *suffimentis–odoratus*, adhibetur ob morem antiquorum, cubicula, vestes &c. suffiendi. καίονται γὰρ ἐν αὐτῷ (τῷ θαλάμῳ) τὰ θυμιάματα. Sch. br. qui bene in loc. supra citat. exponit, εὐώδη. (289). Mavelim hic παμποίκιλα, et distingui, παμποίκιλα ἔργα γυναικῶν etc. nam ἔργον cum derivatis digammum adhibet. Spectant vero quæ hic narrantur ad Antehomerica, vel res gestas quas Noster non attingit. De navigatione Paridis post Helenam abreptam multa congessit Herodot. Euterp. §, 113 sqq. sed quæ incertæ fidei sunt. Narratur illic Syriam et Aegyptum visisse, additque Sch. circuitum fecisse ne directum iter capessentem adsequerentur Lacedæmonii. Paridis expeditio prædandi caussa suscepta fuisse videtur et forsan paria illis referendi qui Trojanos antea male affecerant, interque illos, Sidoniis. (291). ἐπιπλώς. Non pro ἐπιπεπλωκώς, ut Sch. br. nec pro ἐπιπλώσας, ut Lexic. Sed est particip. aor. 2. a πλῶμι v. πλώω, form. Ionica pro πλέω, ut recte Mathiæ, in verb. defect. §. 247. Absolvitur sententia 292, (κατὰ τὴν) ὁδὸν, καθ' ἥνπερ etc. (294—95). Locus classicus est in antiquorum arte enarranda. In cunctis quæ ad artes mechanicas spectarent jam diu valde celebres erant Sidonii. Conf. in Sac. Script. 1. Reg. V. 6. ποικίλματα interpretor secund. Sch. br. *figuræ intextæ, colore* vel *specie varia* elaboratæ. Utraque defendi potest a Th. ποικίλος, et bene ad sensum Lat. vers. *ornatu–versicolori*. Verba ἀστὴρ ὡς ἀπέλαμπεν splendorem tincturæ innuunt, veste ostro perfusa. Conf. Aen. 5, 112. (301). Precationis similis meminit Virg. Aen. 1. 483 sqq. Conf. et 11. 477. (305). Omnino prætulerim ῥυσίπτολι sec. illud Aesch. Sept.122. et ob rationes adlatas sup. ά, 141. Sic Sch. A. B. ἄμεινον δε ῥυσιπτολι. Epitheton Palladi jure proprio tribuitur. Marti contra, τειχεσιπλῆτα, έ, 31. Pulchre admodum transtulit hanc preca-

tionis formulam Virg. ut sup. 483 sqq. In v. prox. vertas; ἄξον δή—*nunc —illico, precor, frange.* Conf. inter plura sup. έ. 684. (307). σκαιῶν πυλάων, more solenni. cf. ad έ, 397. (311). ἀνένευε. Hoc ampliavit Virg. ubi sup. *Diva solo fixos oculos aversa tenebat.* (312—13). Bene temporum ratio observatur, εὔχοντο—βεβήκει. *Interea dum Numini preces funderent, abierat Hector* etc. Notatur porro separatim a reliquis (sup. 245) habitare Paridem, et regii ornatus studium. περι αβροδιαιτου και τουτο φησι. S. B. Ven. De partibus ædificii in 316. conf. sup. 242 sqq. (318). ἐν δ' ἄρα etc. Exempla, ut passim, habentur nexus orationis cui inserviunt voculæ δέ, ἄρα. 318, 319, 320, 321, 323, 325. Acute disserit Hoogev. 58. I. 112. I. sqq. et semel monuisse satis erit. (320). αἰχμή, *cuspis.* πόρκης......ἐστὶν ὁ κρίκος (*annulus*) ὁ συνέχων τὸν σίδηρον πρὸς τὸ ξύλον. Sch. br. Dicitur sec. Eustath. ex ambienda hasta, ἀπὸ τοῦ περικεῖσθαι. Diverse Sch. Ven. δια το πειρειν το δορυ δι' αὐτου. (321). ἕποντα—εὐτρεπίζοντα. Sch. B. Ven. ἕπειν est *incedere* cum altero, *sequi, comitari, curare.* Habentur composita, μεθέπειν, έ, 329. ἀμφιέπειν, έ, 667. Digammum non adsciscit ut ἔπω, *dico.* Conf. Tab. Digamm. in Edit. Heyn. (326). οὐ μὲν καλὰ etc. i. e. οὐ καλῶς ἐνέθου, *non, prout decebat, indignationem concepisti* etc. " ratus tibi infensos esse Trojanos", Sch. br. Nec id tantum *suspicatus*, sed pro comperto habens, ut colligitur ex dictis sup. γ', 451—54. Helenæ, infra, 351. Hectoris, 524—25. Alexandri ipsius, 335. (329). μαχέσαιο, *objurgares*, in sensu sup. not. έ, 875. (330). εἴ τινά που...ἴδοις, *Si alicubi*, v. *si fortasse adspexeris* &c. Ang. *Should you happen to see any one declining the contest.* (333). κατ' αἶσαν—ὑπὲρ αἶσαν, explicanda ex dictis sup. ά, 416. De locutt. consimilibus, κατὰ—ὑπὲρ μοῖραν, fuse disserit Hoogev. ad Viger. p. 88. et Zeune in not. ibid. Attigi supra. In 334, redde σύνθεο, *animum-advertas,,* et conf. ad ά, 76. (336). ἄχεϊ προτραπέσθαι. Multum explicationis conferunt Sch. B. et Br. quorum hicce sex apposuit. Sumo προτραπέσθαι in sensu τοῦ εἶξαι, *cedere, indulgere.* Bene constat versio literalis, *me ad dolorem convertere.* Nec displicet Sch. B. Ven. ἐβουλομην ἐκ της συμβασης μοι λυπης δια την ἡτταν παρατροπην τινα και παραμυθιαν (*solatium*) εὑρειν. (339). νίκη δ' ἐπαμείβεται etc. Victoriam, qui nunc potitur, cito potest amittere; hinc optime exponitur νίκη ἑτεραλκής, inf. ή, 26. θ', 171. Ad pugnam ejus cum Menelao respicit quam exitum diversum postea habituram sperat. (344). ὀκρυοέσσης. *aversandæ.* Sch. br. exp. φρικτῆς, i. e. *horrendæ.* Th. φρίξ, *horror.* Th. prioris est κρύος, *frigus*, ut adeo idem sit nexus ac inter *caussam*, et, qui inde provenit, *effectum.* μεταφορικῶς significat *detestandus*, ut πόλεμος ὀκρυόεις, ί, 64. et concinit Virg. *horrida bella.* Optime hic, ut semper, servatur personæ convenientia, κυνά se appellantis, malorum tantorum auctoris et principii. Conf. sup. γ', 180. (345). ὥς μ' ὄφελ'......οἴχεσθαι. Conf. ad ά, 415. Paullo aliter, at summa cum vi preces efferuntur in Odyss. ύ, 63 sqq. ἢ ἔπειτα μ' ἀναρπάξασα θύελλα οἴχοιτο προφέρουσα κατ' ἠερόεντα κέλευθα, ἐν προχοῇς δὲ βάλοι ἀψορρόου ὠκεανοῖο. (348). ἀπόερσε, " perdidisset me aquis submersam". *Heyne*, ex Sch. br. ἀπέπνιξε τῷ ὕδατι. ἔῤῥω de rebus omnino perditis dicitur, et hinc Lat. *erro, error;* obvium est inf. θ', 164. ἔῤῥε, κακὴ γλήνη· ί, 377. ώ, 239. (349). τεκμήραντο, εἰς τελος ἠγαγον, ἀπο του τεκμαρ. Sch. B. Ang. *have*

brought to pass, Ex themate prodeunt justa serie signiff. diversæ quæ enumerantur in Obss. Heyn. *perficiendi, constituendi, prædicendi. observandi* &c. Fortasse et τέκμωρ (τό πέρας) a Th. τέκω, cujus aliquot tempora in τίκτω reperiuntur, provenit. Imperitiæ convenit vetustorum in re ethica quod nunc profert de ministerio deorum. Conf. ad β', 112. (351). ὃς ἤδη. Ang. *Of one who was sensible of the indignation and reproaches of others.* Conf. vss. 335, 325. Notatur vero duplex sensus locutionis εἰδέναι νέμεσιν—αἶσχος. 1. *indignationem in alios concipere ; 2. aliorum, in nos, sentire.* (353). ἐπαυρήσεσθαι. Cf. sup. ά, 410. ἐπαύρωνται βασιλῆος. (355). ἀμφιβέβηκεν, semper *solet circundare*, ά, 37. (358). ἀοίδιμοι, *famosi*, in malam partem ; secund. Horatianum illud, " infelix tota *cantabitur* urbe". " ἀοίδιμος est vox media, quæ et indicare potest τὸν ἐν ᾠδαῖς φερόμενον ταῖς ἐπὶ δυσκλείᾳ". Dam. Lex. Pind. (360). φιλέουσά περ· *licet comiter-excipiens.* Vers. Lat. *officiosa licet.* Adduntur verba, ne præ aversatione et ira id facere videatur quod ex festinatione oritur. (362). ποθὴν—ἔχουσιν. Conf. β', 703. πόθεόν γε μὲν ἀρχόν. et sim. 709. (364). ἔντοσθεν πόλιος. Vult *intra urbem :* Trojanis enim maxime fore adjumento et solatio duces insigniores una egredientes. (366). Observes quam oblique perstringit ignaviam Paridis: cum abfuerit *ille*, indignatio et ira in caussa fuit (326 sqq.). Vult vero Hector domum et familiam revisere. (367). Conf. sup. έ, 686 sqq. ἢ ἤδη θεοὶ δαμόωσιν, Ang. *Or whether the Gods purpose that I shall fall* etc. (370). εὖ ναιετάοντας. Vertitur, *habitantibus-commodas.* Accipe in eodem sensu ac πόλεις εὖ ναιεταώσας, β', 648. et conf. ad β', 626. not. (373). πύργῳ· prope Scæas portas sup. γ', 145. (376). εἰ δ', ἄγε etc. De ellips. conf. sup. ad ά, 302. (377—78). πῇ ἔβη......ἠέ πῃ etc. " Ut πῇ motum ad locum, *quo ?* ita πῃ *aliquo* notat apud Hom. ζ, 377". Hoogev. doct. part. 463. 7. Ellipsis usitata est, ἐς (δόμους) γαλόων...ἢ ἐς (ναὸν) ἀθηναίης etc. quæ in Latinam transiit et in nostram vernaculam. Luculenter *Corayus* ad Heliodor. 6. 2. ἡ γὰρ ἐν καὶ εἰς, ὅταν πρὸς γενικὴν φέρωνται, συνυπακουόμενον ἐξ ἅπαντος ἔχουσιν, ἡ μὲν κατὰ δοτικὴν, ἡ δὲ κατ' αἰτιατικὴν, τὸ τόπος, οἶκος, ναὸς, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτων. κ. τ. λ. De vocc. γάλοως, εἰνάτηρ, vid. Lexic. Sch. in loc. (381). ταμίη. δέσποινα, ἡ τοῦ οἴκου προεστῶσα. *Hesych.* ὀτρηρὴ ταμίη, *The notable housekeeper.* Sic ὀτρηρὼ θεράποντε, ά, 321. (388). ἡ μὲν δὴ......ἀφικάνει, Ang. *She is now on her way.* (393). τῇ (ὁδῷ) γὰρ ἔμελλε διεξίμεναι, *hac enim erat ei egrediendum in campum.* (397). θήβη ὑποπλακίη. Conf. ad ά, 366. de Thebe, urbe Eetionis, cujus fatum narrat ipsa Andromache inf. 416. Memoratur hic πλάκος, collis silvosus, prope Andramyttum, ad cujus radices exstructa fuit Thebe. Tractum Cilices tenuerunt, de quibus vide sub finem recensus lib. 2. Recepi lect. pro vulgata ὑποπλάκῳ, quæ tamen ferenda, ut ὑποθήβας, β', 505. τοῦ περ δὴ etc. *Illius nempe jam filia.* (400). νήπιον αὔτως, *infantem adeo*, i.e. *prorsus.* Conf. ά, 133. In v. prox. ἀγαπητὸν *Gesnerus* reddit *unicum*, ut sup. τηλύγετον, γ', 174. (Luc. Catapl. 10.). μονογενῆ, Sch. MS. Lips. Sch. br. Favet Ernesti qui hæc adnotat. Pari jure reddit Heyne, *carum, dilectum.* (404). Leg. μείδησε ἰδὼν, Sine ν ἐφελκυστ. nam scriptura erat Fιδων. (407). δαιμόνιε etc. De voce conf. β', 190. Conf. quoque pulcherrima et nunquam satis laudanda Tecmessæ ad

Ajacem in Sophocl. Aj. Flagellif. 485 sqq. (408). ἄμμορον. κακόμορον, Sch. br. *illstarred, destitute.* Conf. Aen. 7. 360. *O genitor, nec te miseret natæque tuique, nec matris miseret* etc. (410). πάντες etc. Qualem nobis imaginem fortitudinis Hectoreæ præstat Andromache, cui interficiendo ne unus quidem hostis vel alter sufficit, sed totum agmen irruentium Achivorum! (412). θαλπωρή. A Th. θάλπω, *foveo, calefacio,* fit θαλπωρή, *fomentum,* et μεταφορικῶς, *spes, solatium.* Exp. Sch. br. ἡδονή, παραμυθία. Huc respiciunt Sophoclea ubi sup. 514. ἐμοὶ γὰρ οὐκ ἔτ' ἐστὶν εἰς ὅ,τι βλέπω, πλὴν σοῦ etc. ἐπεὶ ἂν σύγε πότμον ἐπίσπης, verte; *quando tibi mortem arcessiveris,* præ tua fortitudine immodica scil. (415). εὖ ναιετάωσαν β', 626. (417). σεβάσσατο γὰρ τόγε. sup. 167. (418). ἀλλ' ἄρα, *Sed contra, ut par erat* etc. σῆμα, *tumulus* quem super mortuos exstruere mos fuit. Exponitur inf. 464. χυτὴ γαῖα. Plures adhuc restant in ora maritima Troadis. Poëticus est conceptus περὶ δὲ πτελέας ἐφύτευσαν etc. quæ ibi vel ab Achille ipso vel a quodam amico clam consitæ. (422). Notetur eadem ellipsis, ut antea 284. in ἄϊδος εἴσω. (424). εἰλιπόδεσσιν. "Flexipedes adpellantur boves ob motum circularem quo circumferuntur (ἑλίσσονται) pedes", ut recte Sch. br. (425). Vid. sup. 396. (427). ἀπέλυσε. cf. ad α', 20. ἄποινα, α', 13. (428). βάλ' ἄρτεμις ἰοχέαιρα, ut sup. χρυσήνιος ἄρτεμις ἔκτα, 205. Mortes subitas, vel quarum caussa occulta esset, ad Apollinem et Dianam referebant veteres, ut nomen prioris indicat sec. Euripid. in Phaëthonte. (429, 430). Conf. Sophoc. ub. sup. vss. 518—19. τίς δῆτ' ἐμοὶ γένοιτ' ἂν ἀντὶ σοῦ πατρίς; τίς πλοῦτος; ἐν σοὶ πᾶσ' ἔγωγε σώζομαι! &c. θαλερός, ὁ ἐν ἀκμῇ ὢν τοῦ θάλλειν, ὁ ἀκμάζων νέος. Etymol. mag. p. 441, 32. Diverse attribuitur sup. β', 366. ubi conf. Sch. Ven. (435). ἐπειρήσανθ'. *Periculum fecerunt, adorti sunt.* De oppugnatione loquitur Ilii quæ fiebat ante secessum Myrmidonum, Trojanis se intra urbem continentibus. Dicit vero ἄμβατος et ἐπίδρομον, nam *muro* suberat colliculus *specula* (σκοπιή) dictus et (ἐρινεός) *caprificus* vel locus caprificis consitus, unde *ascensu facilem* fuisse constat. Conf. χ', 145 sqq. Heyn. de topog. Troad. pp. 303, 304. Tom. V. Subtiliter observat Daceria; "cela (hortatio scil. Andromaches 431.) est tres-ingenieux, pour donner à Hector un prétexte de demeurer au pied du rempart sans honte, s' il vouloit suivre ce conseil". (436). ἀμφ' αἴαντε. Vid. γ', 146. (440). ἔνισπε, *nuntiabat,* viz. ἄμβατον εἶναι πόλιν etc. (441). ἦ καὶ ἐμοὶ etc. *Omnia hæc in animo jamdudum volvo, sed timeo valde* &c. de Ionismo αἰνῶς vid. sup. γ', 158. (444). οὐδέ με θυμὸς ἄνωγεν, i. e. ἔχθιστόν μοί ἐστι. "Rudior sermo utitur vocibus generalibus". *Heyne.* Sic sæpius notata, οὐ γήθησε, οὐκ εἴασκε, etc. Sententia 444, 445. habetur supra 208. αἰὲν ἀριστεύειν etc. (446). ἀρνύμενος, σῶσαι σπουδάζων. Sch. br. (447). Sententia accipitur ut elliptica, *Non quod nescius sim me nil profecturum, bene enim novi,* etc. Durius sine ellipsi refertur sententia ad superiora, 441. Possit quoque poni pro δή, εὖ μὲν δὴ τόδε, *jamdudum pro comperto habeo.* Sic Heyne. Repetuntur versus ex δ', 163. (450). ἄλγος (τὸ) ὀπίσσω, *dolor qui futurus est,* i. e. *cædes, incendia, abreptio.* (453). οἵ πέσοιεν, *qui casuri sunt.* (455). ἐλεύθερον ἦμαρ, pro ἐλευθερίαν, ut inf. δούλιον ἦμαρ, 463. Similiter dicitur, κρητῆρα ἐλεύθερον στήσασθαι, inf. 528. Modus loquendi est inter Tragicos solennis. Sic ἐχθρᾶς ἡμέρας καταρχε-

ται, Phœniss. 550. ἐξέλυσ' ἐπίπονον ἁμέραν, Trachin. 654. (457). μεσσηΐδος ἢ ὑπερείης. Fontes Thessalici, prope Pharsalum, sec. Strab. IX. 626. Mens Hectoris quasi præsaga est, nam Andromachen postea sortitus est Neoptolemus. (459). καί ποτέ τις etc. καί τις πικρὸν πρόσφθεγμα δεσποτῶν ἐρεῖ, λόγοις ἰάπτων· ἴδετε τὴν ὁμευνέτιν Αἴαντος, ὃς μέγιστον ἴσχυσε στρατοῦ, κ. τ. λ. Aj. Flagell. ubi sup. 500 sqq. (462—63). σοὶ δ' αὖ νέον ἔσσεται etc. *Tibi vero renovabi turdolor, virum desideranti, qui servituti arcendæ par sit.* Vis inest voculæ αὖ quæ victoriam insolentem opponit duræ servituti, σοὶ δ' αὖ. Verto τοιοῦδε ita ut in nexu cum insequentibus sit. (464). ἀλλά με etc. Vertit Maro, Aen. 4. 24. *Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat.* Imitatur Tragicus ubi sup. 504. τοιαῦτ' ἐρεῖ τις· κἀμὲ μὲν δαίμων ἐλᾷ. (465). ἑλκηθμοῖο. αἰχμαλωσίας, Sch. br. (466). De syntaxi voc. ὀρέγεσθαι, vid. Math. G. G. §. 328. (468). ἀτυχθείς, ἐκπλαγείς. Forsan a Th. ἄτη. (469). λόφον. sup. γ', 371, 372. (470). δεινὸν ἀπ' etc. *Terrificas capitum quatientes numine cristas.* Lucret. II. 632. (476). Sententia aliquatenus perturbata est. Ordina; δότε δὴ καὶ τόνδε (τὸν) παῖδ' ἐμὸν γενέσθαι ἀριπρεπέα ἀγαθόν τε ὧδε, ὡς καὶ ἐγώ, βίην, καὶ (δότε αὐτὸν) ἀνάσσειν Ἰλίου, καὶ (ὡς) ποτέ τις εἴπησιν, (αὐτὸν) ἀνιόντα ἐκ πολέμου, πατρὸς δ' ὅγε (ἐστι) etc. In v. 476. δὴ habet vim obsecrandi, *detis, oro.* Sic inter multa, sup. 306. Vis quoque inest τῷ περ, 477. (479). Corrigit Dawes, Misc. Crit. p. 148. εἴποι, quia jam precatur Hector, et ob insequentia, φέροι, χαρείη. Sed ut Heyne adnotat, "Homericum est subjunctivum in similibus poni, etiam optative, eumque cum optativis promiscue poni". Obss. p. 285. Exemplum adfert sup. 459. Nec, ut sæpius monui, in nostro expectanda est oratio ita accurate constituta. Concesserim vero commode legendum εἴπῃ, ob insequentem πατρός, at non *necessario.* Iterum in v. 480. de ἀνιόντα, quo referatur, dubitant. Melius est eam *absolute* sumere, αὐτὸν ἀνιόντα, *illo e pugna redeunte.* Plura laudantur exempla hujusmodi συντάξεως, nominativo, accusativo, æque ac genit. dat. in *statu,* ut dicunt, *absoluto* positis. Conf. sup. ad ά, 171. et Sophoc. Antig. 260. Œdip. Colon. 1120. Plat. Theæt. 116. Inter Romanos etiam; Conf. Cic. de finib. II. 33, 107. ut et Hoog. ad Vig. p. 283. in exemp. luculento ex Thucydide allato. [Nec displicet altera constructio quam ex Dawes adhibet Ernesti, nempe, εἴπῃ ἀνιόντα, *de eo ex pugna redeunte dicat.* Citat Pind. Ol. 14. 31. ubi vid. not. Heynii. Constat locutiones λέγειν τινά, i.e. περί τινος, λέγειν τινά τι, λέγειν τινά, ὅτι, etc. fuisse inter Atticos frequenter usurpatas. Nec caussa est cur Schol. MS. Lips. syntaxin καινοπρεπέα dixerit cujus multa congerere est exempla.] Notandum est Sch. br. hic ab ἔναρα, *exuviæ,* deduxisse ἔνεροι, *mortui.* Etym. commune prætulerim, ἔρα. (483). κηώδεϊ. Sup. 288. (484). δακρυόεν γελάσασα. οὐκ ἁπλουν το παθος, ἀλλα συνθετον ἐξ ἐναντιων παθων ἡδονης και λυπης· εἰς γελωτα μεν γαρ αὐτην προσηγαγε το βρεφος, ἐς δακρυον δε, ἡ περι του ἑκτορος ἀγωνια. S. A. B. Vertitur, *lachrymabundum ridens.* Est in dictione Pindarica, μείδημα δυσφόρῳ τερπνῷ τε μιχθέν. Lachrymam ciebat amissa spes, at gloriæ partæ, fortitudinis admirandæ, affectus tenerrimi imago jucundiora parit. Possit δακρυόεν accipi quoque in sensu ἀνιαρῶς, λυπηρῶς, sed mentem magis commovet prior. Exp. Sch. br. μετὰ δακρύων. (486). δαιμονίη, μή μοι, etc. "Imitatus est

Silius Ital. 3. 133. *Ominibus parce et lacrymis, fidissima conjux*, etc. Adde Aen. 12. 72. *Ne, quæso, ne me lacrymis, neve omine tanto prosequere*, etc." *Ernest.* Conf. ad α', 553. de locut. μή μοί τι λίην. De δαιμόνιος cf. sup. β', 190. (487). οὐ γάρ τίς, etc. *Nemo me, præter fatum, Orco demittet.* Locutio, ὑπὲρ αἶσαν, sup. 333. γ', 59. significavit ἀδικῶς. Cf. α', 416. de αἶσα, αἴσιμος. et α', 3. de voc. προϊάπτω. (490). ἀλλ' εἰς οἶκον, etc. Hinc et ex sup. dictis 441. ansam arripuerunt Critici ad effundendas argutias de ea, quam appellant, *frigiditate* affectus quæ parum convenit amori Hectoreo. At verba simpliciter spectata nil tale secum ferunt, nec potest concipi quin vox suavissima, gestus amantissimus verba comitentur ac totum fere sensum exprimant. At fatendum est sensum rudiorem veterum etiam in ævo recentiore, caussam extitisse, cur nec in scriptis nec moribus exquisitiorem affectum erga fœminas patefecerint. Exempla profert Wood pag. 145. unde obss. desumsi, quibus adde τὴν ὀαριστὺν Ajacis et Tecmessæ, Sophocl. Aj. Flag. 368 etc. præsertim vero v. 293. (493). ἐμοὶ δὲ μάλιστα (κατὰ τῶν) οἱ ἐγγεγάασιν. Bene observat Sch. B. Ven. ἐστι δε ἠδη σκοπειν διαφορα αλεξανδρου και εκτορος. ὁ μεν γαρ φησι, πολεμος δ' ἀνδρεσσι μελησει etc. ὁ δε αλεξανδρος, νυν δε με παρειπουσ' ἀλοχος, 337. Hoc indolis ornatu ubique præstat Homerus. (496). ἐντροπαλιζομένη, *subinde se convertens.* Bene Sch. br. κατ' ὀλίγον καὶ συνεχῶς ἐπιστρεφομένη, et illud toties laudatum, *And cast a longing, lingering look behind.* Vox pulcherrime affectum depingit. De locut. θαλερὸν δάκρυ, conf. sup. β', 266. et ad v. 430. (497). εὖ ναιετάοντας. Vid. sup. β', 626. (500). αἱ μὲν ἔτι ζωόν, etc. *And mourned the living Hector as the dead.* Pope. Adeo nec spes affulserat et ubique tristissima species venientis mali mentes circumfusa. (503). οὐδὲ πάρις δήθυνεν, etc. Secundum monitum Hectoris, sup. 363. Continuatur narratio ex v. 369. (505). ποσὶ πεποιθώς, ut β'. 588. προθυμίῃσι πεποιθώς. Ex similitudine constat quid Poëta senserit de virtute Paridis, nempe, animosam esse, sed affectui prorumpenti simillimam nec satis certo constitutam, impediri posse, non extingui. Insequentem similitudinem habemus repetitam inf. ο', 263. de Hectore. (506). στατὸς ἵππος, *equus qui in stabulo continetur.* Ead. Sch. br. De ἀκοστήσας, h. v. multum sudarunt interpretes nec quidquam melius profecerunt quam ut accipiatur in sensu κριθιάσας, ἄδην πληρωθείς, i.e. *cibo satiatus* et *ferociens* (κυδιόων). ἀκοστή, *hordeum*, et generatim quemvis cibum, designat. Etymon, inter diversa, prætulerim τὸ ἀκή, *acies*, utpote *spica acuminata.* Hinc et ἀκόω, *acuo.* Argutationes grammaticorum de hoc vers. videas congesta in Steph. Thes. in voc. ἀκοστέω, et in Obss. Heyn. pp. 291, 292. Similitudinem fere integram transtulit Virg. Æn. 11. 422. sqq. Laudatur quoque Apoll. 3. 1258 sqq. (507). δεσμόν. Subtiliter, ut solet, Sch. B. Ven. δεσμος ουν αλεξανδρου ἡ ἑλενη νοηθησεται. κροαίνων. (Th. κρούω, *pulso*). Virgilianum est, *quatiens ungula campum.* (508). λούεσθαι (ἐν ῥοαῖς) ποταμοῖο etc. Conf. sup. ε, 6. (509). κυδιόων etc. Conf. huc pulchrum illud Apollonii, κυδιόων ὀρθοῖσιν ἐπ' οὔασιν αὐχέν' ἀείρει. (510). ἀγλαΐηφι πεποιθώς. accipiuntur a quibusd. in sensu ἀγλαϊζόμενος, *nitescens* v. *gaudens.* Sed prætulerim vers. *in reliance on—conscious of his comeliness*, ut ubique alias. Sic Odyss. σ', 179. ἀγλαΐην, τὸ κάλλος.

Sch. br. *splendor, lautitiæ*, Od. ὀ, 78. ϱ', 310. De hac paragoge (φι), Conf. sup. γ', 452. (511). ῥίμφα ἑ γοῦνα etc. Notatur primo constructio artifex quæ ζωγραφικῶς depingit celeritatem prorumpentis equi, dactylicis plurimis se excipientibus. Et porro a Schol. B. observatur τὸ ἀνακόλουθον in oratione, ὁ πεποιθὼς......ῥίμφα ἑ etc. pro, τὸν ἀγλαΐηφι πεποιθότα ῥίμφα γοῦνα φέρει, quod et ipsum artificiosum est ad exprimendum spiritum ferocientem, dum poëta juncturam sententiæ rumpit, ut *vinculum* equus, et quasi συναγλαΐζεται τῷ φραζομένῳ πράγματι. *Eustath.* Hanc vero ἀνακολουθίαν tribuerim potius sermoni vix accurate constituto quam arti cuivis scriptoris. Conf. ad β', 353, γ', 211. ἤθεα, τοὺς συνήθεις τόπους, Sch. br. *The haunts.* (513). ἠλέκτωρ, *Sol.* Certe synonymum cum ἀκάμας, *indefessus*, ἀκοίμητος. Th. (α) priv. et λέκτρον *cubile*. Sch. Ven. Exponit quoque. Sch. br. de *colore*, λαμπρὸς, παρὰ τὸ ἤλεκτρον, sed minus simpliciter. (515). εὖτ' ἄρ' ἔμελλεν etc. *Quum jam in eo erat ut se averteret*, &c. De μέλλω conf. Math. § 502. (518). ἠθεῖ. Junioris erga majorem adpellatio amica et formata a θεῖος eodem modo ac ἠβαιός a βαιός. S. B. et br. Vertitur plerumque, *venerande frater.* (519). οὐδ' ἦλθον ἐναίσιμον, *nec justo veni tempore*, κατ' ἐναίσιμον χρόνον. Personæ attribuitur v. 521. ὃς ἐναίσιμος εἴη, *qui æquus sit judex.* Sic mens dicitur ἐναίσιμος, *sana, integra*, Odyss. ἑ, 190. Conf. ά, 416. (522). οὐκ ἄν τις......ἀτιμήσειε. Loquendi formula sæpius jam notata *commendationem* exprimens. Vid. ά, 330. et præsertim γ', 539. (523). ἀλλὰ ἑκὼν etc. *Sed sponte tua remissior es, nec vis (virtutem, uti debes, proferre).* Hominem depingit præliando strenuum sed quem difficile fuerit præ ignavia ad pugnam excitare. τὸ, h. e. διὰ τὸ, *idcirco.* Conf. sup. 326, 351. sqq. (526). ἀρεσσόμεθ'. Respice ad γ', 362. Insequentia verte; *If Jupiter may grant, that we, having repelled the Greeks from Troy, may fix on its base the cup of freedom in honor of the immortal Gods.* Locut. κρητῆρα ἐλεύθερον videsis consimilem sup. 455, 463. Morem notat Sch. br. ὃν εἰώθασι τῷ διΐ (τῷ σωτῆρι scil.) ὑπὲρ ἐλευθερίας ἱστάναι. Notatur quoque usus τοῦ στήσασθαι, secundum Virgilianum, "crateras læti statuunt." Æn. 7. 147. Ad basem (ὑποκρητηρίδιον) spectatur super quam impositus est crater: vel forsan rectius accipitur cum Heyne, *in mensa statuere.*

NOTÆ IN LIB. SEPT. ILIADIS.

[ἐπιγραφή]. Achivos, æquis adhuc seu prosperis armis certantes, urgent Hector et Paris, in prœlium reversi—16. quod ut tandem

dirimatur, Minervæ et Apollinis consensu, Helenique suasu, fortissimus quisque ab Hectore ad pugnam singularem provocatur.—91. Menelaum qui se alacrem ostendit, cæteris cunctantibus, deterret Agamemnon—122. Mox, a Nestore instigati, surgunt ad dimicandum novem heroes, ex quibus sortis eventus designat Ajacem Telamonium—205. Congrediuntur Hector et Ajax, acriterque depugnant, donec sub noctem, viribus pares, datis invicem muneribus, discedunt—312. Hoc modo prioris diei pugna finitur. Intercedunt usque ad alterum prælium dies tres. In epulis publicis Nestor censet corpora cæsorum sepelienda et castra munienda. In Trojanorum concione Antenori, pacis et Helenæ cum opibus restituendæ auctori, respondet Paris, nihil se præter opes, sed eas propriis adjectis, redditurum—364. Priami jussu *altero mane* Idæus præco Achivis hæc renuntiat, simulque ad sepulturam mortuorum curandam inducias petit—397. dissuadente Diomede, summa re infecta, redit Idæus; de induciis tamen convenerat—413. Accingunt se Trojani ad paranda necessaria, et *altero die* mortuorum corpora, busto facto, cremant—429. Similiter Achivi, rogo facto, faciunt, et *tertio die* (433) munitiones educunt—442. Mirantur opus dii: indignatur Neptunus a Jove meliora edoctus—463. Inde instruuntur ab Achivis epulæ, et sequitur nox minax tonitribus—ad f. Ex *Wolf. Heyn.*

(4). ἐελδομένοισιν, *exoptantibus.* hinc ἔελδωρ, *res exoptata, desiderium,* sup, ά. 41. Correlatæ sunt particulæ δὲ, ἄρα, 4—7. unde nexus constituitur. (5). οὖρον, *ventum secundum,* ἐπιτήδειον ἄνεμον. *Hesych.* αἴσιον. *Philox.* Usurpatur quoque μεταφορικῶς in Pind. pass. *ventum fortunæ,* Ol. 13. 38. οὖρον δαίμονος, *auram fati.* αὔξης οὖρον ὕμνων, *adjuves, secundes cantum.* (6). ἐλαύνοντες, *agitantes, ferientes.* Exanimes laborando nautas similitudo exprimit, et superveniens militibus spes bene adumbratur a vento secundo vela inflante et finem imponente laboribus. Occurrunt hic γυῖα λέλυνται, ut sup. β', 135. σπάρτα λ. ubi mavult Dunbar λέλυται, nempe ad conservandam regulam de neutris pluralibus. Vid. not. loc. cit. nec metrum obstare censet; produci enim posse penultimam brevem operante *ictu metrico.* Sed nec satis certo constitutam regulam in sermone Homerico inveni, quam inter Atticos et recentiores invaluisse constat. Video *diplen* apponi in MS. Ven. ob eandem caussam. (9). κορυνήτης. Bellicus apparatus rudiorum hominum. ὁ τῇ κορύνῃ μαχόμενος, τοῦτ' ἔστι, ῥοπάλῳ. Sch. br. Conf. inf. 138 sqq. ubi fusius explicatur nominis caussa. Sic κορύνῃ armari solet Hercules. Conf. Theoc. Idyll. 26. δέρμα τε θηρὸς ὁρῶν χειροπληθῆ τε κορύνην. (11). ὀξυόεντι. vid. έ, 50. (12). ὑπὸ στεφάνης, *sub ora prominentiore* galeæ. Conf. ad γ', 371, etc. (15). Δεξιάδην, Dexii filium. (17 etc.) Ministerium deorum adhibetur ad excitandam μονομαχίαν quæ inter Hectorem et Ajacem brevi ineunda est. Consilium suasisse Helenum pro sua prudentia, 47 inf. quod Minervæ et Phœbo tribuit poëta, statuit Clarke; sed potius reor secundum normam poëticam illud adhiberi unde nusquam discesserit Noster, Helenumque, utpote *vatem,* induci, ad consilia aperienda Deorum aptiorem visum. Nil exquisitius in mente versatum censeo. Sic supra sacra fieri suadet, 86. (18). ὀλέκοντας, *perdentes.* Vid. sup. έ, 712. et simile, ἀλαπάζειν στίχας, έ, 166. (19). βῆ ῥα.........

ἀΐξασα, *ivit illico—concitato motu* etc. nec ῥα nec voci ἀΐξασα deest sua vis. Festinatio deæ exprimitur. (21). Mavelim περγάμου ἐκ κατιδών, ut in edit. Wolfiana. Apollinem in Pergamo considentem vidimus sup. ἑ, 460. Verba, τρώεσσι δὲ βούλετο νίκην, accipienda in sensu, *victoriam parabat, machinabatur.* Sic inf. θ', 204. σὺ δέ σφισι βούλεο νίκην, *Tu mecum una victoriam machineris.* Recte ad lit. versio Lat. reddit, *victoriam cupiebat*, nam *quid alicui cupere, velle* est, non solum *promta voluntate esse*, sed *ad perficiendam voluntatem instare.* (22). φηγῷ. vid ζ', 237. (26). ἑτεραλκέα νίκην. Redditur, *ancipitem victoriam*, et satis in propatulo est quid per epitheton velit poëta ex sup. dict. ζ', 338. νίκη δ' ἐπαμείβεται ἄνδρας. Adnotat Sch. B. Ven. γίνεται (i.e. epitheton) ὅταν οἱ πρότερον νικήσαντες, ἐξ ἑτεροδυναμίας τινος παρεισβαλούσης ἡττηθῶσιν. Luculenter Sch. br. οὕτως ἡ νίκη λέγεται, ὅτ' ἂν οἱ νικῶντες νικῶνται, ἢ ἀνάπαλιν. Hinc intellige *victoriam permutantem vices;* nam ductorum adventus Trojanis spiritus addiderat, v. 7. et pugnæ fortunam inclinabat, v. 18. Forsan huc referre licet epitheton ἀλλοπρόσαλλος, ἑ, 831. Certe obvium est ἄρης ἑτεραλκής, Æsch. Pers. 947. Notatur Herodoteum, ἑτεραλκέως ἀγωνιζόμενοι, *ancipiti Marte pugnantes.* (28). τό κεν πολὺ κέρδιον εἴη (πιθέσθαι ἐμοί scil.) Notent porro tirones discrimen inter παῦσαι πόλεμον et παύσασθαι πολέμου. Hoc redde, *a prœliando desistere*, illud, *ut alii desistant, facere.* Occurrit prius sub alia forma ἑ, 909. Passivam notes, ut πολέμου πεπαυμένοι, γ', 150. *pugnandi finem facere coacti*, non, *a pugna desistentes.* Conf. inf. 376, σ', 125. et Not. Porsoni ad Eurip. Phœn. 459. (32). ὑμῖν. *Junoni et Minervæ.* (36). πῶς μέμονας; *quidnam tibi consilium in mentem venit?* Aperitur in seqq. Danda est provocatio a Hectore fortissimis Achivorum, quam indignabundi nequeunt non accipere. (38). ἕκτορος μένος. Conf. sup. β', 666. (39). Notatur locut. οἰόθεν οἶος, *ut solus cum solo certamen ineat* etc. Simile obvium est inf. 97. αἰνόθεν αἰνῶς, i.e. *Infamia gravissima*, δεινῶν δεινοτάτη. Stigmen affixerant Alexandrini (Schol. B.). Sermonis vero simplicioris est positivum repetere ad summam qualitatem exprimendam. Sic inter Hebræos. (41). ἀγασσάμενοι. Notantur variæ signiff. *admirati*, inf. 404. *aversati*, ξ', 112. *invidentes*, Apollon. 1. 141. *Indignati*, h. l. (44). τῶν δ' ἕλενος etc. Quippe augur et antistes et ad penitiora consilia divûm admissus. Convenit S. Ven. μαντικως συνηκεν. Conf. sup. 17. Sic inf. 53. profitetur Helenus se vocem audivisse deorum confabulantium. Accipit Heyne τῶν quasi fuerit κατὰ τῶν ἀχαιῶν, sed tenendum est, τῶν (θεῶν) βουλὴν σύνθετο, κ. τ. λ. nam priori quid duriusculum inest. βουλὴν, ἥ ῥα, *consilium, quod nempe* etc. (52). οὐ γάρ πώ etc. hortamentum admirantur Critici tanquam Hectore indignum, quasi vitæ spes fortissimo heroi virtutem addere possit. Hæc vero ex sua persona profert Helenus veritus forsan ne Hector tanto se periculo objicere nolit ni certum maneat se sospitem evasurum. Quæ habet Schol. B. Ven. nempe, hæc dici ad declarandum quanta fuerit virtus Ajacis etc. argutatio est. (54). ἐχάρη μέγα. Non tam ob *salutem* promissam quam ob *gloriam* quæ illi possit contingere. Repetuntur vero vss. 54, 55, 56. ex γ', 76 sqq. ubi. conf. (57). καθεῖσε δὲ ἀγαμέμνων etc. *sedere fecit*, ut sup. κάθισον, 49. vid. ά, 565. (58). ἐοικότες, non,

ὁμοιούμεναι, ut Sch. br. in quem errorem incidisse videtur vers. Lat. Verte, *sicuti, eodem modo ac.* Pari modo ξ', 290. Somnus arbori insedit ὄρνιθι λιγυρῇ ἐναλίγκιος, gestu et more, non forma, assumtis. Conf. et ό, 237. Odyss. έ. 51. Luculentior fit usus ex ό, 592. τρῶες δὲ, λείουσιν ἐοικότες ὠμοφάγοισι. Vix putes *formam*, et non *rabiem impetumque* leonum, assumi. (61). τῶν δὲ στίχες etc. Habetur nunc descriptio aciei considentis, *galeis et hastilibus horrentis ;* Supra vero δ', 275—282. agminis instructi et una cum ductoribus ruentis ad pugnam. Bene adumbratur species ex agitatione qua, levi aura adflante, nigrescenti simile redditur æquor. φρὶξ, ἡ ἐξ ἐπιπολῆς κίνησις τοῦ ὕδατος, ὅ ἐστι, τοῦ κύματος ἀρχομένου· (*the ripple*). Sch. br. Vid. not. δ', 282. Notatur porro et hæc similitudo ex *Ioniis* esse. (69, 70). ὅρκια μὲν κρονίδης etc. β', 112. τεκμαίρεται. ζ', 349. De ὅρκια jam antea statuitur, β', 124. (73). ὑμῖν μὲν γὰρ etc. Accipe in ordine post v. 75. *Procedat nunc, quisquis fortissimus,* &c. *Vobis enim sunt principes viri,* etc. (77). Pugnæ conditiones proponit. Constat jam certari de *gloria* et *virtute* Heroum, non vero de *summa belli,* ad cujus caussas præcidendas antea initum est certamen singulare. Ex eventu apparebat nil hac via eos esse profecturos nec posse Achivos amplius induci ut se periculo objicerent, vana spe illusos, nec fœderis jure ipso tutos. (77). τανα ήκεϊ χαλκῷ. *Longo præfixa hastilia ferro.* Virg. (85). ταρχύσωσι, *justa-persolvant.* ταρχυματα, ἁ τοις νεκροις προσκηδεια, ὡς νενομισμενα, ἐποιουν. Schol. B. Sic Lycoph. 728. τὴν δὲ ναυβάται κρόκαισι ταρχύσουσιν ἐν παρακτίαις. Simile est μειλισσέμεν πυρός, inf. 410. De etymo consentiunt Sch. Damm. viz. ἀπὸ τῆς ταραχῆς. (84). σῆμα. Vid. sup. ζ', 419. Varie exponunt verba ἐπὶ πλατεῖ ἑλλησπόντῳ. 1. Intelligit Ernesti *oram* Hellesponti latissime patentem. 2. Eustathius de parte accipit quæ Mari Aegæo obvertitur—τὸ διεκπίπτον αὐτοῦ ἔξω πρὸς τῷ αἰγαίῳ, cui convenit certe epitheton. 3. Censet Wood epitheton dari ex comparatione cum aliis fluminibus ; speciem enim præ se ferre Hellespontum magni et lati fluminis, etc. Simplicius forsan est statuere, veteres nomen indidisse tractui maris multo ampliori quam quæ hodie Hellespontus dicitur, nec ab Aegæo limitibus tam arctis illud dirimi. (88). πολυκλῆϊδι. Sup. β', 175. (91). ἐρέει. Forma Ionica ab ΕΡΩ, syncop. pro ἐρέσει 1. fut. act. De formatione futuri optima habet Mathiæ, G. G. § 173. ubi conf. (93). αἴδεσθεν μὲν...... ὀψὲ δὲ δὴ μενέλαος κ. τ. λ. Pulchre exhibentur heroum animi repentino periculo commoti ; *detrectare veriti sunt, recipere timebant.* Plurimas ineptias congessit Sch. br. ad explicandum hunc terrorem, audi vero Heyne, Obss. h. l. 325. “ Probatur Homerus in hoc quod non variam opinionem sequitur, sed naturam, dum discrimine repente objecto, heroas exhibet primo commotos, nec nisi deliberatione animi et cohortatione facta ad suscipiendum periculum promtos exhibet.” Assurgit Menelaus quippe cujus maxime interesset belli caussas præcidere. (96). ἀπειλητῆρες, *jactatores vani !* (97.) αἰνόθεν αἰνῶς. Conf. sup. 39. των δεινοτατων δεινη ἐστιν ἡ λωβη. S. A & B. (99). ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε. Precationis formula vehementior et indignationem bene exprimens. Sic ἔρρετε, λωβητῆρες etc, ώ, 239. ἔρρε, κακὴ γλήνη, θ', 164. *Optem vos penitus disperdi, adeo estis*

imbelles, ignavi. (102). νίκης πείρατα, ut ὀλέθρου πείρατα, sup. ζ', 143. q. conf. Simile est νίκης τέλος· *fine*, i. e. *eventu rerum in diis posito.* Notio aureæ catenæ quæ obvia est inf. θ', 18. unde suspenduntur omnia hinc non abludit. Plures alias locutt. huc conf. θανάτοιο τέλος, γ', 349. τέλος πολέμου, τέλος ἐπέων, π', 630. et non absimiles Romanas, *summa victoriæ, belli, spei* etc. (104) βιότοιο τελευτή, *Hic tibi mortis erant metæ*, Virg. 12. 546. (109). οὐδέ τι etc. *Nec tibi opus est tali dementia*, etc. *Nec ulla tibi provenit utilitas.* (113). καὶ δ' ἀχιλλεύς, etc. *Cum illo manus conserere Achilles etiam horrere solet.* τούτῳ γε, *cum illo maxime omnium*, μάλιστα, Hoog. in voc. γέ, XIII. ἔρριγε, *a souvent craint.* Dac. sed rectius Clarke, *non sine horrore aliquo occurrit.* Addit bene, " Agamemnon le dit pour mieux persuader Menelas et pour lui faire voir qu'il peut sans honte eviter le combat contre un homme si redoutable." (117). εἴπερ ἀδειής etc. Hæc omnia ad 119. accipio de Hectore, et ab Agamemnone addi ne Hector plane *invictus* videretur. Verto Ang. *However dauntless he may be and insatiable of combat, yet I think he will gladly take repose if he escapes from the conflict*, etc. Alii referunt ad πρόμον. 116. minus commode. Notanda est præterea locut. κάμπτειν γόνυ quæ de reficiendis viribus dicitur, ἀναπαύειν, Sch. br. Sic Aesch. Prom. 32. ὀρθοστάδην, ἄυπνος, οὐ κάμπτων γόνυ, i. e. *ærumnæ cessationem non habens.* Et in loco apposito ibid. 396. ἄσμενος δέ τ' ἂν......κάμψειεν γόνυ. Vid. Not. Ernest. (121). αἴσιμα, &c. Conf. sup. ζ', 62. (122). θεράποντες. Vid. ad ζ', 18. (123.) Nestor assurgit, et narratis, quæ ipse juvenis egregie gesserat, animos accendit. (127). ὣ ἐνὶ οἴκῳ. Ad legationem respicit quam una cum Ulysse susceperat copiarum parandarum caussa. Addit Tzetzes (Antehom. 178). Palmedem. Meminit diserte Nestor inf. λ', 765. sqq. Attingit Ulysses, ί, 252. (132). αἲ γὰρ etc. " Istud γὰρ non ad id quod proxime *præcessit*, sed ad id quod *reticetur* de suo pugnandi studio, refertur." *Clarke.* Subtilius, nam orationi subitaneæ et minus secundum seriem præcedenti convenit. Vid. Wakefield, Not. ad Lucret. 3. 7. Invenitur formula passim; β', 371. δ', 189. ibid. 288. etc. Vertit porro Virg. Æn. 5. 397. *Si mihi, quæ quondam fuerat, quaque improbus ille exultat fidens, si nunc foret illa juventa; haud equidem*, etc. Adfer quoque 8. 560. *O mihi præteritos referat si Juppiter annos! Qualis eram*, &c. (133). Digressionem incipit senili more, quæ continuatur ad v. 157. Inciderant rixæ inter Pylios (Triphyliacos) et Arcadas, et prœlio facto juxta Pheas, ex Arcadum numero Ereuthalion πρόμαχος procedebat. Victoriam de illo reportatam nunc memorat Nestor. In ipsa narratione vss. 138—149 in parenthesi sumendi, descriptio scil. armorum quæ gesserat Ereuthalion. Deinceps narratio procedit ad 156. et in 157. repetitur votum, αἲ γὰρ, Ζεῦ τε πάτερ.........ἡβῶμι, etc. (134). ἐγχεσίμωροι. Sup. β', 692. (135). Phea, urbs maritima inter fines Triphyliæ et Elidis. Jardanum accipio eundem esse qui v. 133 adpellatur κελάδων, i. e. *resonans.* Diserte Sch. br. διὰ τὸν ἦχον τοῦ ῥεύματος οὕτως εἶπε τὸν ἰάρδανον ὅς ἐστι ποταμὸς ἀρκαδίας. (136). (ἐν) τοῖσι, i. e. ἄρκασι. (138). De Areithoo jam legimus sup. 8, 10.

ubi conf. de epith. κορυνήτης. (142). οὔ τι κράτεΐ γε. Vocula confirmativa est; *non equidem vi*. (143). Fallitur hic Clarke existimans poni ὅθ' pro ὅτι. Est adverbium ὅθι, *ubi*. (144). χραῖσμε. Cf. ad ά, 566. Procedit sententia; πρὶν γὰρ (ἢ τὴν κορύνην χραισμεῖν) λυκόοργος, etc. ὑποφθάς. De φθάνω, φθῆμι, cf. sup. έ, 118. (146). οἱ πόρε, nempe *Areithoo;* cave ne accipias, *quæ pugnæ fortuna Lycurgo dederat.* Ex sensu veterum eximia quæque *arma*, *artes*, &c. a Diis mortalibus tradita finguntur. Hostium cæsorum spolia dicuntur κατ' ἐξοχήν, τὰ τοῦ ἄρεως δωρήματα. Arma affabre facta, τὰ τοῦ ἡφαίστου. (149). δῶκε δ' etc. *Tum vero* v. *tum, tradidit.* Ernest. θεράποντι. Sup. ζ', 18. (150). τοῦ (*Areïthoi*) ὅγε (*Ereuthalion*). (153) θάρσεϊ ᾧ etc. Verte; *Præ audacia ejus, etsi omnium minimus natu fuerim.* Notatur locut. pro διὰ τοῦ θάρσους ἑαυτοῦ. (156). πολλὸς......παρήορος etc. Vertitur; *Multus jacebat extensus* (melius, *solutus) hinc atque illinc.* πολλός accipio de *magnitudine corporis*, non ut Clarke, δυνατός, θαυμαστός, Addit certe μέγιστος, sec. Sch. br. παρήορος, sec. Eustath. ἔκλυτος, χαῦνος. Metaphora dicitur ab equo qui παρήορος dicebatur v. juxta alteros alligatus ut in promtu esset si forte vulnerarentur. Conf. θ'. 81, 87. Huc referas exp. κεχαλασμένος. Lumen affunditur ex Æsch. Prom. 363. de Typhone loquens; καὶ νῦν, ἀχρεῖον καὶ παρήορον δέμας, κεῖται, i. e. *moles*, *pondus iners*, spatium majus quam pro solito occupans. Accipitur quoque παρήορος in sensu ἄφρων facili translatione, ψ', 603. ubi reddas, *mente soluta*, ut hic, *corpore.* ἔνθα καὶ ἔνθα, κατὰ πλάτος καὶ κατὰ μῆκος, Sch. br. (158). τῷ (*si ita fuerit)* ἔκτωρ ταχ' ἀντήσειε (τοῦ μαχησομένου), *haberet quîcum congrederetur*, etc. (161). ἐννέα πάντες. *novem omnino, non pauciores quam novem.* Additur πάντες, ἐμφατικῶς, ad exactiorem distinctionem. A Latinis eodem sensu adhibentur *ipse* et *omnis*, ut observat Zeune ad Viger. c. 4. §. 10. 4. et Conf. Obss. Hermanni, §. 90. Breviter Heyne, ut in argutiis solet. Conf. ad κ', 560. σ', 373, 470. (164). ἐπιειμένοι ἀλκήν. Locutio obvia sup ά, 149. (165). ὀπάων. θεράπων, sup. ζ', 18. (166). ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ. Conf. ad β', 651. (168). ἂν δὲ, pro, ἀνῶρτο δὲ. (171). κλήρῳ νῦν πεπάλαχθε· sorte nunc omnino experimini quis hoc consequuturus sit, ut cum Hectore pugnet. De παλάσσομαι, vid. ζ', 268. κλῆρος erat cujusvis materiæ obviæ tesserula quæ ad libitum notataest et in galeam conjecta. (172). ὀνήσει, pugnam differet et certamen acre, et forsan, occiso Hectore, facilem viam aperiet ad expugnandam Trojam. (175). ἐσημήναντο. Vid. sup. ζ', 169. (184). δεῖξ' ἐνδέξια· *Monstravit orsus a dextro.* Observat Heyne sensum pro ἐνδέξιος, *aptus*, *faustus;* vel pro ἀριστερός, *inhabilis*, *infaustus*, Homero ignotum esse. Conf. inter multa, ά, 597. (185). οἱ δ', οὐ γιγνώσκοντες etc. Minus recte vers. Lat. etsi ad literam, *Hi autem, non agnoscentes, renuerunt singuli*, Græcismo non perspecto. Est, *profitebantur se non agnoscere.* Sic Ernesti, qui exemplum citat ex Eurip. Iphig. Aul. 1502. Adde Herc. fur. 1238. Æsch. Agam. 594. Ed. *Schütz.* Notetur vero discrimen inter locutt. οὐ γιγνώσκων, ἀναίνομαι, et, γιγνώσκων, οὐκ ἀναίνομαι. Priorem reddas, *me agnoscere, nego;* posteriorem, *me agnoscere, confiteor.* Hoc in gratiam tironum monitum volo. (187).

ἐπιγράψας. Vid. sup. ζ', 168. (192) ἐπεὶ δοκέω νικησέμεν, *Quoniam me superaturum puto.* (195). σιγῇ ἐφ' ὑμείων etc. Vel ob animi superbiam ne pro timido habeatur, vel propter opinionem preces suorum posse a precibus hostium contrariis rependi. Si constet prius, quod ex Daceria expressi, ferox animus bene depingitur, magisque adhuc ex 196. ubi se corrigens, preces palam effari jubet. ἵνα μὴ Τρῶές γε, verterim, *ne preces exaudiantur, a Trojanis saltem.* (197). οὐ γάρ τις etc. Verte; *nemo enim, utcunque voluerit, me invitum superabit vel præ vi sua vel mea inscitia,* ἐπεὶ οὐδ' ἐμὲ etc. *quoniam me non rudem adeo certandi reor.* Laudatur illud in Od. θ', 179. ἐγὼ δ' οὐ νῆϊς ἀέθλων. Adde et Hymn. in Merc. 484. [Reperio in Edit. Wolf. lect. οὐδὲ μὲν ἰδρείῃ, quam ex Aristophane induxit. Optimum præbet sensum, *me non superabit vel vi vel scientia pugnandi.* Prætulerim, ut antea Bentl. οὐδέ τι ἰδρείῃ, nam antiquitus fuit Fιδρειη. Conf. π', 359. Heyn. Obss. h. l.]. (204). εἰ δὲ καὶ Ἕκτορα etc. *Sin præ studio erga Hectorem vota nostra non exaudis* etc. da saltem, ut viribus æquis discedant. (306). νώροπι. β'. 578. (210). ξυνέηκε. α', 8. (211). Insequitur descriptio Ajacis ad pugnam prodeuntis; μειδιόων βλοσυροῖσι προσώπασι, Ang. *with grim visage smiling.* Terrorem quem incutit, bene depingunt verba in 215, 216. ingentemque molem descriptio clipei qui, turris instar, hosti imminet. Ante oculos ponuntur omnia quasi sensum vividissime ferientia. (215, 216). Trojani *totos per artus* timorem sentiunt, fortissimo heroi *cor* tantum *quatit*, quod minime ad timorem refero, sed ad subitaneum adspectum monstri incedentis. Degeneres animos *timor* arguit, non vero *sollicitudo venturi.* Bene hoc illustrat Plutarchus a Clarke laudat. (217). ὑποτρέσαι, *præ metu refugere.* Sic sup. Diomedes, ε', 256. τρεῖν μ' οὐκ ἐᾷ παλλὰς ἀθήνη. (221). ὕλη, urbs Bœotiæ. β', 500. (222). ἑπταβόειον. Hinc Ovidius, *clipei dominus septemplicis Ajax.* Metam, 13. 2. De σάκος αἰόλον, dubito an sumendum in sensu sæpius notato de κορυθαίολος, *mobile*, an in Virgiliano, *arma versicolora.* Priori favet vs. 238. et Lennep. obss. etymolog. in voc. αἰόλος. Conf. sup. γ', 186. (226). ῥηξήνορα. Conf. sup. 141. ῥήγνυσκε φάλαγγας. (231). ἡμεῖς δ' εἰμὲν τοῖοι etc. Vid. sup. ζ', 463. (232). ἀλλ' ἄρχε etc. Oratio concisa et personæ Ajacis optime conveniens qui, *factis* præpotens, non *verbis*, actioni se accingit. Bene indolem hinc perspexerat Ovidius. (233). τὸν δ' αὖτε etc. Nil magis timet Hector quam ut oratio minax contemptum indicet, quare se profert artibus bellicosis apprime instructum; hinc μή τί μευ πειρήτιζε; *ne explores animum, quasi tenellus fuerim.* respicit ad verba ult. Ajacis, ἀλλ' ἄρχε etc. Bellicarum artium tres præsertim memorat quibus se præstare profitetur. 1. περιδέξιος est (φ', 163). adeoque dextrorsum vel sinistrorsum poterat scutum motare; hinc ταλαύρινον πολεμίζειν, *iterum atque iterum pugnam instaurare*, πληκτικῶς καὶ ὑπομονητικῶς, Sch. br. 2. v. 230. certaminis equestris peritus est; *novi etiam hostibus instare in pugna* (κατὰ μόθον) *equarum velocium* 3. v. 241. *Novi etiam in stataria pugna sævo Marti gressum-componere.* Huic enumerationi conveniunt quæ dicuntur β', 823. Od. γ', 725. μάχης εὖ εἰδότι πάσης. et, παντοίης ἀρετῆσι κεκασμένον. (238). βῶν, *bovem* prop. hinc *scutum e corio taurino.* (239). τό μοί ἐστι etc. i.e. δι' ὅ μοι πάρεστι, δυνατόν ἐστι. (241).

σταδίη (μάχη)—" *Stataria pugna*, in qua non excursionibus aut levibus præliis sed collata utrinque pede, firma contentione decertatur. Pugna quæ cominus initur." *Steph. Thesaur.* Dubitatur de μέλπεσθαι an sit sec. Sch. br. κινεῖσθαι εὐχερῶς καὶ ἐμπείρως κατὰ τὴν μάχην, quod prætulerim, vel παιανίζειν. Citat Vir erud. sup. memoratus Guil. Neilson, Xenoph. Anab. I. 35. ἐπαιάνιζον οἱ Ἕλληνες, καὶ ἤρχοντο ἀντίοι ἰέναι τοῖς πολεμίοις. Quod dicit Heyne, " numerose pugnare in Martis honorem" ad saltationes bellicas spectat quas primo Curetibus in usu fuisse feruntur. πρύλις Callimacho dicitur Hymn. in Jovem, quem ἐνόπλιον Scholiastes exponit. μέλπεσθαι in Pind. occurrit, *cantu celebrare*, Nem. 1. 30. *cantu* et *saltatione*, Py. 3. 139. sensu latiore quam παιανίζειν. (242). ἀλλ' (ἄγε), οὐ γὰρ ἐθέλω etc. q. d. *aperto marte, non clam et cum insidiis tecum pugnare volo.* (258, 260). οὔτασε, νύξε, nam pugna *cominus* initur. διὰ πρό· Conf. δ', 522. (261). στυφέλιξε. εἰς τοὔμπροσθεν ὁρμῶντα ἔστησε καὶ ἐπέσχεν. Sch. B. Ven. secundum sensum supra expositum, ά, 581. (262). τμήδην ἐπῆλθε, *perstrinxit*. (264). Hac præsertim parte conf. descriptionem pugnæ inter Eteoclem et Polynicem, Phœniss. 1405 sqq. Mutuo sumsit Eurip. partem similitudinis, 257. κάπροι δ' ὅπως θήγοντες ἀγρίαν γένυν ξυνῆψαν etc. Ob oculos tota manifesto versabatur. (269). Quo major vis lapidi imprimatur et majore contorqueatur nisu, ἧκ' ἐπιδινήσας. De ἐπέρεισε, Conf. sup. έ, 856. (270). μυλοειδέϊ πέτρῳ· *Saxo instar molaris rotundo*, secund. versionem Schrev. De *magnitudine* vero cogitandum non tantum de *forma*. Retinuit Heyne *molari veluti saxo*. Laudatur illud Statii, Achill. 2. 427. *Excipere immissos curvato umbone molares.* Adde Aen. 8. 250. *vastisque molaribns instat.* Lapis adactus βλάψε, *læsit, impedivit genua*. Propria vis τοῦ βλάπτειν est, *cursui obstare;* hinc *impediendi, damnum inferendi* notio facile provenit, ut sup. ζ', 39. ὄζῳ ἔνι βλαφθέντε. ἔβλαψε φρένας, βλάψε φίλον ἦτορ κ. τ. λ. Cognata significatio est verbi στυφελίζειν, ά, 581. (272). ἀσπίδι ἐγχριμφθείς. Scutum lapis percusserat quod vi magna in Hectorem impulsum humi stravit. Languidior notanda est expositio Sch. br. προσπελασθείς. ἐγχρίμπτεσθαι h.l. est, *violenter admoveri*, et tunc respondet τῇ ἶνι ἀπελέθρῳ qua saxum contorquetur. Alias certe est simpliciter, *admoveri*, ut observes in Aesch. Supp. 803. et infr. ψ', 334. 338. obvia vox est in Eurip. Hipp. 218. κύνες βαλίαις ἐλάφοις ἐγχριμπτόμεναι, i. e. *avide insectantes*. (273). καί νύ κε δή—οὐτάζοντο, *et nunc illico erant invicem cominus petituri ni accedissent præcones*, etc. Habemus hic αὐτοσχεδὸν οὐτάζειν quod πλεοναστικὸν quodammodo videtur, si verum sit quod statuit Sch. br. sup. δ', 540. de significatu verbi οὐτάζειν. Obvium est αὐτοσχεδὸν οὖτα, inf. ό, 746. Præcones in 274. dicuntur διὸς ἄγγελοι. Conf. sup. ά, 334. ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν, nempe in rebus sacris, pactione fœderum etc. Hi erant qui principes viros comitabantur officium præstituri. Designantur, ὀτρηροί, ob *assiduitatem*. θεῖοι, ἀγαυοί etc. ob *honorem* officii. βοῶντες, ἠπύται, λιγυφθόγγοι, etc. quippe in concione clamorem compescentes. Inter Romanos *Fetialium* munus affine fuit quatenus ad artes bellicas spectabat. Conf. Rosin. Antiqq. pp. 223. sq. Notandum quanto cum artificio certamen singulare hic habemus repressum; præcones auctoritatem

interponunt ne pugnantium alterutro occiso, rerum summa conturbetur; Præco Trojanorum loquitur, nam Hectori periculum maxime imminebat. (277). μέσσω, dualem recepi ut concinniorem. Video comprobatum in Optt. Editt. etsi Wolfe, quod miror, habet μέσσῳ. In Romano sermone etiam prior ratio se magis commendat. Conf. Aen. 7. 169. 10. 379, etc. (279). πολεμίζετε...μάχεσθον. Dualem cum plurali habemus hic conjunctum, et ambo ad nomen duale relata, παῖδε. Plura videas de hac materia supr. γ', 453. (281). τόγε δή, etc. *Hoc (vos fortes esse) jam antea pro comperto habemus.* At subit nox, nec certandum est ulterius. Laudantur Virgiliana, *seræ decedere nocti. Suadentque cadentia sidera somnum.* et Homerica, Il. θ', 502, ι', 65. ψ', 48. 644. etc. quibus adde Pind. Py. 1. 5. Oratio quæ sequitur Ajacis animo elato convenit; conditiones nec renuit nec amplectitur, sed Hectori, qui provocaverat, præconem remittit. Wolfiana lectio, ἤπερ ἂν οὗτος, arridet, sed editt. pene omnes consentiunt in εἴπερ. Subintellecta γνώμη v. pari quavis, commode reddas priora, Ang. *I will accede to whatever he proposes.* (287). Cessationem pugnæ proponit Hector qui et ipse Ajacis fortitudinem agnoscit et munus expetit ad memoriam rei servandam, 299. Hoc solenne fuisse jam constat. Insigne exemplum obvium est sup. ζ, 230 sqq. in veteri amicitia renovanda. Discrimen vero notandum inter hæc et munera hospitalia, ξεινήϊα, de quibus sup. dictum ζ', 218. Subjicitur enim, ὕστερον αὖτε μαχησόμεθ', quod facere nequibant qui munera hospitalia permutaverant, ζ', 226. (292). ἄμμε διακρίνῃ, *nos dirimat.* (294). ὡς σύ τ' ἐϋφρήνῃς etc. Ad priora respicit, 290. νῦν μὲν παυσώμεσθα μάχης. *Nunc equidem a bello absistamus, ut, te sospite, lætentur socii,* &c. Subjiciuntur similia de seipso, forsan ne nimis vaniloquus videretur. (298). θεῖον δύσονται ἀγῶνα. Varie reddunt ἀγών, ut sit vel *cœtus* ipse mulierum ἱερῶν, vel *locus* quo conveniebant. Brevis Sch. accipit pro, τῶν θεῶν ἄθροισμα, quo sensu et Porphyrius, quæst. 20. interpretatur, *cœtum deorum,* i.e. *imaginum* (ἀγαλμάτων) quæ in templis reposita sunt. Sed minime tenendum arbitror. ἀγών pro *cœtu* auctoritatem vendicat Pind. Py. 10. 47. pro *loco*, Py. 1. 84. 9. 202. Nost. Odyss. θ', 260. et Porphyr. ipse exponit θεῖον ἀγῶνα, *templum, quippe locum sacrum existens.* Expositionem priorem illustrat Aesch. ἑπτα, 205. Blomf. collat. cum 244, Ibid. et citant grammatici; sed alienum censeo. Facilis est interpretatio si meminerimus processionem et sacrum indici sup. ζ', 269 sqq. et interea Hectorem ad prælium regressum Achivorum proceres provocasse; pugna dehinc cum Ajace iniri poterat priusquam preces finirentur et aptissime conveniunt, θεῖον δύσονται ἀγῶνα, *templum divinum intrant preces pro mea salute oblaturæ.* δύσονται a form. δύσω, non ut vers. vulg. cum significatione futuri, *ingredientur.* Vid. γ', 328. (302). ἀρθμήσαντε, *conciliati.* ἀρθμὸν τὴν φιλίαν φησί, Sch. br. ἁρμονίαν τῆς ψυχῆς. Etym. mag. h. e. *conjunctionem animi*, sec. Th. 'ΑΡΩ. Illustrat Aeschyli vs. Prometh. 191. εἰς ἀρθμὸν ἐμοὶ καὶ φιλότητα......ποθ' ἥξει. (305). ζωστῆρα. Sup. γ', 132, 133. φοίνικι. Sup. γ', 141. (308). Versum obvium habemus sup. ε', 515. ἀρτεμέα, *viribus integris.* (309). χεῖρας ἀάπτους. Conf. ad α', 567. (310). ἀελπτέοντες. De sensu constat quem bene Daceria assecuta est; *ne pouvant croire qu'il fut en vie, tant ils avoient craint pour lui.* Dicitur de iis qui omnino præter spem vota

consequuntur. Hanc porro lectionem ex Ernestio recepi, nam Ionicum magis sonat. Locum Herodoti quem laudat quæras in Polyhymn. §. 168. p. 161. Ed. Glasg. (312). "Ergo Ajax pro victore habitus? Scilicet Hector vulneratus, et prolapsus, et, fortunam pugnæ non amplius se tentare velle, professus erat". Heyn. ex Sch. B. Notatur ex Etymol. absurda lectio κεκαφηότα νίκῃ, *vix spirantem præ victoria*, ex έ, 698. quod prorsus alienum est. Conf. Ibid. Obss. p. 360. κέχαρα est perf. med. a χαίρω, unde κεχαρώς, κεχαρεώς—εῶτος, —ηότος, etc. (314). ἱέρευσεν, *mactavit*. proprie, *sacrificavit*, ut inf. φ', 131. sup. ζ', 94. 275. Hoc in honorem Ajacis; epulæ habitæ, et, more solenni, deo τῷ σωτῆρι portio sacrata, unde proprietas vocis, quæ ex sacris rebus desumitur, ad designandam rei, quæ instat, solennitatem. Conf. Odyss. ρ', 180, 181. ύ, 250, 251. Insignis est locut. Od. ώ, 214. δεῖπνον ἱερεύσατε συῶν, quam interpretor, (εἰς τὸ) δεῖπνον ἱερεύσατε (τοὺς τῶν) συῶν, ὅστις ἤ, &c. sententiam pro integra videtur Eustathius sumsisse. De ἕπω, ἀμφιέπω, Conf. sup. ζ', 321. δίεχευαν, *in partes majores escas diviserunt*; μίστυλλον, *comminuebant*. Sup. ά, 465. (320). δαιτὸς ἐΐσης. Conf. ad ά, 468. (321). νώτοισι δ' αἴαντα, etc. *Ajacem vero honoravit perpetuo tergo*, ut transtulit Virg. Aen. 8, 182. i.e. totum apposuit in honorem fortitudinis. Conf sup. δ', 257. De simili more inter Laconicos disserunt Herodot. *Erato*, §. 57. Xenoph. de repub. Lacon. De locutione ὑφαίνειν μῆτιν, jam antea dictum, γ', 212. conf. ζ', 187. (325). ἀρίστη βουλή. Schol. Ven. B. recenset. Litem, quantum potuit, inter Achillem et Agamemnonem diremit, ά, 247 sqq. Reditum Græcorum prohibuit, β', 336. Præcepta dedit rei militaris, β', 360. iterumque, δ', 303 sqq. Principes excitavit ad certamen singulare, ή, 123. (328). πολλοὶ γὰρ etc. Sententiam inverso ordine quidam spectant, viz. χρή σε παῦσαι πόλεμον etc, πολλοὶ γὰρ τεθνᾶσι· Malim vero interpretari τὸ γὰρ, *sane, quoniam nempe*, pro etymo γὲ ἄρα. Ernestio videtur aut abundare aut pro μὲν poni quod æque durum videtur ac ratio, quam reprehendit, Clarkii. Constat hanc particulam non semper rationem reddere, sed sæpe inchoare sententiam, ut in Aesch. Prom. 836. Sic inter Romanos, *nam*; Conf. Cic. pro Arch. cap. 3. Terent. And. I. 1. 14. et hic vim maximam inesse propter insequentes 331, τῷ, μέν, quæ in apodosi ponuntur. Ang. verterim; *Son of Atreus! seeing that many of the Grecians have perished*, &c. *It is therefore your duty to put an end to the contest*. Minime cum Clarkio confugiendum ad ellipses reor, cum sententia, per se absoluta, infirmior potius tali junctura redditur. (330). Notio erat recentiorum animas, corporibus inhumatis, circumvolitare, nec requiem dari nisi funeris honorem consecutis. Conf. inter plur. Horat. Carm. 1. 28. Ad orcum descendisse hic feruntur. At *sensus* idem, licet paullum varietur *superstitio*. Ex imprecatione sup. ζ', 60. constat ultionem maxime horrendam fuisse corpora exsequiis privari, et ex 334 inf. religiosum esse ut ossa quisque colligeret et domum reportaret. Sic inf. ψ', 253. cineres Patrocli leguntur et in *theca* ponuntur. (332). κυκλήσομεν. *Curribus advehemus*. Consentiunt Eustath. Sch. br. Ven. B. κύκλα γὰρ οἱ τροχοί. Inferunt quoque aliam vers. ἐν κύκλῳ συνελάσομεν, quod durius. Porro dicitur inf. ἁμάξαων ἐπάειραν, 426. A Barnes priorem comprobari

video. (333—341). Notatur oratio ex temporibus diversis conflata, κυκλήσομεν fut. κατακείομεν, χεύομεν, δείμομεν, præs. indic. dehinc iterum ποιήσομεν, ὀρύξομεν fut. quæ interposita sunt accipio pro præs. subjunct. κατακείωμεν, etc. fere ut sup. ά, 67. βούλεται pro βούληται. Nec ad certas regulas revocanda est hæc, pæne dixerim, licentia, quæ sermoni non adhuc ad unguem polito convenit. τυτθὸν ἄπο πρὸ νεῶν, bene vertunt, *ante naves, parvo interjecto intervallo.* ἀπόπρο, Wolf. quosd. codd. secutus. (336—337). τύμβον δ' ἀμφὶ πυρὴν etc. Verte; *Tumulum vero circa pyram unum aggesta-terra faciamus, egressi, communem in parte exteriore campi.* Locut. ἀμφὶ πυρὴν lucem accipit a ψ', 256. τορνώσαντο δὲ σῆμα, θεμείλιά τε προβάλοντο ἀμφὶ πυρήν. Non satis constat in ipso loco, quo pyra educta est, tumulum exstrui, nam verba ἀμφὶ πυρὴν indefinite ponuntur. Attamen in tali sensu commode possunt accipi, nam verisimile est terram *circa pyram* paratam haberi, quæ, corporibus crematis, in eodem spatio congereretur. Hoc tenet Heyne. Vox ἐξαγαγόντες redditur in Lat. vulg. *egressi.* Ab Heynio, quasi pro ἐξάγωμεν, *educamus in altum.* Obss. Illud omnino prætulerim, quod Schol. vetustiores quoque, favetque ζ', 252. quod conf. ἐξάγω in sensu *exeo, egredior,* obvium est in Xenoph. Pæd. 1. 4. 14. Aristoph. Ran. 515. ἄκριτον, in quo cineres omnium sine aliqua distinctione reponerentur. Virorum illustrium reliquiæ statim post cremationem collectæ, ut inf. ψ', 252, 253. et in phiala servatæ. ἐκ πεδίου, an commode jungi potest cum ἐξαγαγόντες interposito ἄκριτον, hæreo. Interpretatur Heyne ἐκτόσθεν τοῦ πεδίου, "in planitie ante frontem castrorum et ordinum". Sic quoque Sch. Ven. B. et Feith. antiq. Hom. 1. 15. §. 3. (337). ποτὶ δ' αὐτὸν, i.e. juxta tumulum ad latus dextrum. Tenendum est tumulum fuisse exstructum versus campos, in extrema ora, quæ ad Simoentem procurrebat, et ejus lateri dextro adstructum fuisse vallum, quod ante frontem versus eam partem tenderet quæ ab Achille et Myrmidonibus teneretur. Hæc accuratissime definivit Heyne in exc. ad ή, h. l. T. V. pp. 400 sqq. πυργοί ad lit. *turres,* συνεκδοχικῶς pro *vallo* v. *muro* in quo turres exstructæ. Confirmatur ex v. 436. inf. τεῖχος ἔδειμαν. Pindaricum occurrit, νέον πύργον ἐσαλλόμεναι, *in recens exstructum murum insilientes.* Ol. 8. 49. collat. cum 44. (338). εἶλαρ. φύλαγμα, Sch. br. *ut sit propugnaculum et navium et nostrum-ipsorum.* Sententia procedit; *In illis* (πυργοῖς, *muro*) *faciamus portas bene compactas ut per ipsas pateat via qua currus pertranseant; juxta quoque, ad partem exteriorem, fodiamus altam fossam, quæ circumducta equos militesque contineat ne quando ingruat bellum Trojanorum superborum.* Conf. ad ὁδὸς ἱππηλασίη, inf. ί, 384. Verborum, ἐρυκάκοι ἵππους etc. μήποτ' ἐπιβρίσῃ πόλεμος, sensus est; *militibus propugnaculo sit si quando sæviat bellum.* Aperitur consilii totius, quod de castris muniendis proponit, ratio; antehac enim Trojani inter mœnia conclusi, nec justa acie decernere audebant. Spiritus sumebant perlata de Myrmidonum secessione fama. Notandum præterea quanto cum artificio species prætenditur cæsos sepeliendi quum revera munitionem exstruere velit, non tantum de mortuorum honore quam de superstitum salute providus. (346). Trojani quoque conveniuut consilium acturi, et constat ex v. inf. 348. principes militum advenarum interfuisse. Hinc ἀγορὴ τετρηχυῖα, ob

sermonis *discordiam* scil. Exponit Sch. br. βαρβαρώδης, et congruit β', 803, 804. collat. cum 867. et similitudine eximia, δ', 433. οὐ γὰρ πάντων ἦεν ὁμὸς θρόος οὐδ' ἴα γῆρυς etc. Alteram notionem inducit vox δεινή, i. e. *trepida*, viz. concilium metu plenum, rationibus discors. Huc spectat altera expositio Scholiastæ brev. τεταραγμένη ὑπὸ τοῦ θορύβου. Nec mirum; Paris devictus, militum strages, Diomedis virtus admiranda, spem omnem prope abstulerant, nec jam restabat, nisi in præcidenda caussa belli, salutis ulla ratio. Jure Antenori tribuitur consilium; Vid. sup. γ', 207 sqq. (351). νῦν δ' ὅρκια πιστά etc. *Nunc vero fœderibus violatis pugnamus; idcirco nec spes est quid melius nobis eventurum nisi sic agamus.* Notanda est locutio ψεύσασθαι ὅρκια, et conf. δ', 236. πιστά, *fidem facientia.* Versum insequentem uncis includit Wolfe proculdubio ab aliena manu profectum. Verba ἵνα μή a Scholiastis fere cunctis accipiuntur pro ἐὰν μή, nec potest aliter se expedire sententia nisi ad versionem Clarkii confugiamus quam minime tenendam existimo. (Vid. Weller, 350. Fisch. 400.) Sensus bene a verbis τῷ οὔ νύ τι κέρδιον ἧμιν definitur, *Idcirco* (ob fidem violatam) *res nobis nunc improspere cedunt.* Menti præterea, mala prævidenti, bene aptatur clausula. De Crit. vers. adeas Heyn. Obss. T. V. p. 369. (357). Ἀντῆνορ etc. *Antenor, hoc mihi ingratissimum profers consilium; nosti aliud multo melius excogitasse. Sin hoc ex animo proponis et de industria, mentem opinor jamjam tibi deos ipsos ademisse.* De locut. εἰ δ' ἐτεὸν, conf. sup. ε', 104. Locutioni φρένας ὤλεσαι similem conf. φρένας ἐξελεῖν inf. 377. et sup. ζ', 234. in sensu leniori. (363). κτήματα, i.e. κατὰ τὰ κ. *as far as regards the effects* &c. Loquitur de præda quam una cum Helena abripuerat. Meminit sup. γ', 91. 255. 282. 285. In loco posteriore τιμήν, ποινήν insuper exigit Agamemnon, quæ, quippe *mulcta honorifica,* non inter κτήματα recensenda est quæ Hector promiserat reddenda, γ', 93. Ad fœdus sanciendum quam fuerit necessaria hæc rerum restitutio videre est ap. Liv. 8, 39. et pass. (364). καὶ ἔτ' οἴκοθεν etc. *Et de propriis rebus alia insuper præbere.* Hoc non ut mulctam exigendam, sed, ne ad Helenam repetendam procliviores sint Achivi, dicit Alexander. (366). θεόφι μήστωρ ἀτάλαντος. Benevolus fuit senex et ad consilia mitiora proclivis; hinc ne in partes diversas abeat concilium, secundum monita Antenoris legationem parat, filii vero conditiones nuncupat, 374. Durius paulo Daceria; "Homere a voulu nous enseigner ici qne quand l'injustice est porté a un certain point, toute la sagesse s'éclipse, ou si elle parle, on ne l'ecoute point." Adnotat Sch. B. Ven. "Priamum nec filio nec Antenori contradicere, veritum scil. ne discidium inter Trojanos oriretur. Poterat quoque suspicari Græcos diuturno bello confectos conditiones pacis lubenter recepturos." Porro non ut suas vel populi Trojani, profitetur rex, sed ut μῦθον Ἀλεξάνδρου, conditiones ejus qui bellum inceperat. (370). Lego κατὰ πτόλιν, non ut in Editt. prioribus κατὰ στρατὸν, et convenit quod supra habetur, 345. Nec obstat vs. 380. quem ex alieno fonte haustum puto, λ', 729. σ', 298. et æquo jure hinc ejiciendum ac supra v. 353. obvium est inf. 477 Τρῶες δὲ (δαίνυντο) κατὰ πτόλιν ἠδ' ἐπίκουροι. Plures codd. iique melioris notæ πτόλιν agnoscunt. Conf. crit. Heyn. V. pp. 371, 372. (371) ἐγρήγορθε. Excu-

biæ noctu studiose factæ, dispositis per castra vigilibus, multisque ignibus accensis. Hoc jubet Nestor inf. ί, 66. sq. Principes etiam noctu discurrebant per castra visuri, an custodiæ rite haberentur, inf. κ', 180, sqq. Sic in Rutulorum castris apud Virg. Æn. 9, 166 sqq. *Collucent ignes; noctem custodia ducit, insomnem ludo.* Nec aliter h. l. Priamus. Conf. inf. ϑ', 517 sqq. ἐγρήγορθε pro ἐγρηγόρατε statuunt plerique. A verbo ἐγείρω profluunt ἤγορα, ἐγήγορα, ἐγρήγορα, et (ρ) epentheticum censet addi Mathiæ (G. G. § 168. Obs. 2) ob formam ἔγρομαι, quæ obvia est inf. 434. Poterat ex hisce mixta forma in usum venisse, nec satis tuto comminiscitur Heyne deforme illud ἐγρήγορμαι, cujus ne quidem vestigia observare possum. Incultissimæ certe linguæ est. Adeas Steph. Thes. p. 1074. (376). παύσασθαι πολέμοιο. Vid. sup. 29. Versum video quoque Wolfium damnasse in Edit. sua auctoritate fretum M.S. Veneti. Nec sensui officit; promovet magis. Nam veteres critici, ut semel monuisse satis sit, de expedienda junctura plus æquo solliciti, sensum nunc infirmiorem reddebant, nunc conturbabant lectiones, dum vel nova fingerent vel jamjam nota e locis alienis inferrent. (382). θεράποντας Ἄρηος. Vid. sup. ζ', 18. (384). ἠπύτα. alibi λιγύφθογγος, ut β', 50. Respice sup. not. 273. De forma conf. ad ά, 175. (385). Ἀτρεΐδη etc. *Atridæque et alii principes Achivorum, me jussit Priamus cæterique Troes illustres, sermonem Alexandri referre siquidem vobis cordi fuerit,* &c. Locutio 387. αἴ κε γένοιτο φίλον, passim obvia est; in ά 66. cum *indicativo,* βούλεται. Sup. 375. et inf. 394. cum *subjunctivis.* Expletur vero sententia; αἴ κε γένοιτο φίλον ἐμὲ εἰπεῖν μῦθον etc. (390). ὡς πρὶν ὤφελλ' ἀπολέσθαι! Hæc Idæus sua subjicit; *Utinam prius periisset quam tantum facinus patraverit.* Hinc et a v. insequenti 393. colligere est quam fuerit invisus Trojanis. Conf. γ', 453, 454. ζ', 524. Similia audit ex Helena ipsa, sup. γ', 428. ὡς ὤφελες αὐτόθ' ὀλέσθαι. De locut. conf. ad ά, 415. (393). Emphatica hæc sunt, ἦ μὴν Τρῶές γε κέλονται, *sane quidem reddere jubent, Trojani saltem.* Gratiæ ineundæ caussa dicta fortasse, et ad partes referenda quæ consilia Trojanorum turbabant. Vid. Hoogev. 96. III. (398). ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ. Bene observat Eustathius, τῶν ἑλλήνων τὸ μὲν πλῆθος σιγᾷ, etc. "Silent milites, nam regum erat responsum dare; silent Reges non modo Achivos veriti ne sui tantum caussa bellum suscepisse videantur Atridæ, sed quia fidenter sperant fortissimos viros nihil ignavius dicturos" nec fefellit spes. Spe victoriæ accensus Diomedes, ne amplius proferantur conditiones pacis, Helenam ipsam aspernatur. (401). Syntaxin notes: γνωτὸν δέ ἐστιν ἐκείνῳ, ὃς καὶ μάλα νήπιός ἐστι (*etiamsi admodum insipiens sit*) ὡς πείρατα ὀλέθρου etc. (*ad extremum diem Trojanos nunc pervenisse*). Conf. β', 15. et sup. 143. ὡς κεν ὀλέθρου πείραθ' ἵκηαι. Mortem quæ instat, cladem illico futuram, designant verba. ἐφῆπται, *impendent.* (406). Ἰδαῖ', ἤτοι etc. *Idæe! Tute ipse audis quod tibi patefaciunt, consilium Achivorum; mihi quoque sic placet. Quod ad mortuos, justa fieri non invideo; Nil impedit enim quo minus erga cadavera gratum præstemus officium.* De sensu τοῦ ἀμφί in vers. 408. adeas Herodot. v. 19. VI. 62. Sup. γ', 157. obvium est τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικί. Inter Romanos similiter adhibetur præp. *circa,* ut in Plin 8. 16. Vers. 409. verteris ad lite-

ram, *de cadaveribus enim nullâ est parsimonia* etc. et ordines; οὐ γὰρ γίγνεταί τις φειδὼ ὥστε μὴ μειλίσσειν νέκυας κ. τ. λ. Locutioni νέκυς κατατεθνειώς affinem notes Sophocl. Antig. 515. ὁ κατθανὼν νέκυς, quam a Brunckio refictam video ὁ κατὰ χθονὸς νέκυς. ἐμφατικῶς dicit in 410, ἐπεί κε θάνωσι. sensum expressit Virg. Aen. 11. 104. *nullum cum victis certamen, et æthere cassis.* Ibid. μειλισσέμεν πυρός. κηδεύειν, τῆς ταφῆς μεταδιδόναι. Sch. br. Hinc in Aesch. usurpatur vox μείλιγμα, *placamen*, ad designandos solennes ritus quibus *placantur* manes: χοὰς......νερτέροις μειλίγματα, Choëph. 15. Omissos queritur Clytæmnestra, Eumenid. 107. [In cunctis, quas vidi, editt. vertitur νέκυς in præced. 409. *cadaver*; et bene, ob ea quæ sequuntur, πυρὸς μειλίσσειν. Est quoque in Odyss. λ', 490. obvium; νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν, h. e. *manibus imperare;* hinc commode verteris μειλίσσειν νέκυας, *placare manes*, formula inter Romanos probata.]. (516). ἀπέειπε. *renuntiabat.* (420). Lectionem Aristarcheam hic præferendam censeo, ὠτρύνοντο, νέκυς τ' ἀγέμεν etc. Receptam ὤτρυνον reddit Clarke, *properabant*, quod potius priori (ὠτρύνοντο) convenit. νέκυς pro νέκυας solennis est. ἕτεροι δὲ (ὠπλίζοντο ἰέναι) μεθ' ὕλην, ut supra 418. (421). ἠέλιος μὲν etc. *Dein quidem Sol recens percutiebat arva, cœlum ascendens ex leniter-fluente profundo Oceano.* Notanda est locutio, προσβάλλειν ἀρούρας ἀκτῖσι, quæ optime depingit exorientis luminis emissionem. Sic in Od. ἑ, 479. ἠέλιος φαέθων ἀκτῖσιν ἔβαλλεν, et videtur translatum Lucretianum illud, *verberibus radiorum* &c. V. 1103. Illustrat Wakefield in loc. Hinc quoque ἀκτίνων βολαί, βολαὶ ἡλίου. locutt. inter Græcos usitatæ. Conf. Phœniss. 171, 172. ἐῴοις ὅμοια βολαῖσιν ἀελίου. In 422. summo cum ingenio depingitur aquarum leniter volventium motus, quum necdum ingruerit tempestas, sed sursum et deorsum tranquille agitur æquoris undosi sinus. Non absimiliter oceanum appellat Aesch. τὸν περὶ πᾶσαν εἱλισσόμενον χθόν' ἀκοιμήτῳ ῥεύματι. Prom. 138 &c. et bene Strabo, I. 9. ἔχει (vox ἀκαλαῤῥείτης) τινὰ ἔμφασιν τῆς πλημμυρίδος ἐχούσης τὴν ἐπίβασιν πρᾳεῖαν καὶ οὐ τελέως ῥοώδη, fere ut supra exposui. Quod ad rationem temporum, constat hunc *secundum* esse diem a certamine inter Ajacem et Hectorem ex hoc loc. et v. 381. sup. collatis; nec posse, ut ratio Heyniana postulat, de die provectiore accipi verba ἠέλιος μὲν ἔπειτα etc. Designatur certe tempus matutinum. Quum sic se habeat ratio, restat temporis quod satis sit ad justa facienda et ad extruendas munitiones, neque intra spatium tam breve coarctantur omnia ut *miraculum* potius quam *opus* confecisse dicantur Achivi. Conf. Obss. Heyn. pp. 379, 380. (424). χαλεπῶς, pro χαλεπὸν ἦν διαγνῶναι, vel, ἐδύναντο χαλεπῶς διαγνῶναι. (425). βρότον αἱματόεντα, *cruorem.* (427). οὐδ' εἴα κλαίειν πρίαμος etc. Veritus nempe ne nimium temporis tereretur; ne milites porro, fletui indulgentes, crastino certamine molliori animo erga hostes fierent. Hæc D. Dacier. Inter gentes barbaricas cum magno ejulatu celebrabantur exsequiæ. Conf. ώ, 720 sqq. (428). πυρκαϊῆς ἐπενήνεον. πυρκαῖς ἐπισώρευον, Sch. br. At legendum est in genitivo, non πυρκαϊῆς, ut editt. priores ante Heynianam. Acceperat ille ex Sch. Ven. (433). ἦμος δ' οὔτ' ἄρ πω ἠώς etc. *Interea dum prima lux nondum advenerat, adhuc vero crepusculum esset, excubias agebat circa pyram delecta manus Achivorum.* Verba νὺξ ἀμφιλύκη optime a Macrobio exponuntur

in Saturn. I. 17. λύκη est *prima lux* quæ præcedit exortum Solis (*the dawn*). λυκόφως, *tempus* quando apparere incipit. Hinc anni adpellatio vetusta, λυκάβας, et epitheton ipsius Apollinis, λυκηγενής, sup. δ', 101. 119. ὁ γεννῶν τὴν λύκην. Adeas Sch. Ven. Damm in voc. ἀμφιλύκη. Oppian κυνηγετ. l. 3. et quæ disserit Bloomfield, Gloss. in Sept. ap. Theb. 133. Quæ de etymo comminiscuntur Aelian. et Eustath. teneri nequeunt. Convenit Maronis, *sublustri noctis in umbra*, Aen. 9. 373. [λύκος, epitheton solis, a λευκός, *albus*, desumi docet Lennep in Lexic. Etymolog. voc. λυκάβας]. (435). Conf. sup. 336—341. (440). ἐπ' αὐτῷ (τῷ τάφρῳ), quod fuit, ἐγγύθι τάφρον, supr. 341. i. e. *juxta, prope fossam.* (441). σκόλοπας. ὀξέα ξύλα, ἅπερ τῷ τείχει (anne τάφρῳ ?) ἐπήγνυον. Sch. br. Sudes imæ *fossæ* et lateri impactas, et in ora superiore eminentes. Sic inf. μ', 55. *Stakes.* (444). θηεῦντο, *admirabundi conspiciebant.* Nequit melius describi insolita species quam præ se ferebat hæc munitio Achivorum in ætate quum necdum ars militaris provecta fuit nec castra muniendi satis cognita ratio. Dii ipsi admiratione perculsi: Neptunus etiam qui, ne quid pateretur gloria sua, magnopere timet, inducitur loquens. Cœlum ipsum conturbat res inopinata. (446). ζεῦ πάτερ, etc. Sententiam interpunxi et legi secundum M. S. Venet. et verto; *numne aliquis est mortalium qui consilium ad deos referet amplius? nonne vides munitionem quam pro navibus exstruxerunt Achivi, fossamque circumduxerunt*, etc. Sine interrogatione legit Eustathius et exponit ἐνίψει per κακολογήσει, quod una cum commento de Titanibus, longissime petitum judico. Rectius Sch. br. in Ed. Schreveliana, qui apponit, ἐρεῖ, λέξει. Sch. Ven. ἀνακοινώσεται. quod et Sch. Lips. qui integram apponit, ἀνακοινώσεται διὰ θυσιῶν, συνεργοὺς αὐτοὺς θέλων λαβεῖν. Adduntur posteriora ob sequentia 450. οὐδὲ θεοῖσι δόσαν ἑκατόμβας. Conf. inf. μ', 6. In 448. vacillant lectiones inter οὐχ ὁράας δ', ὅτι αὖτε, οὐχ ὁράας, ὅτι δ' αὖτε, et quam apposui. Secundam edidit Wolfe quæ satis concinna, at prætulerim constructionem, οὐχ ὁράας τεῖχος, ὅ τε (ὁ, *quod*) ἐτειχίσαντο ἀχαιοί, et hæc est ratio Heyniana. Sic inf. 452. ὅ τ' ἐγὼ καὶ Φοῖβος......πολίσσαμεν. (451). κλέος τοῦ (munitionis scil. Achivorum) ἔσται (ἐπὶ τόσην τὴν γὴν, ἐφ') ὅσην ἠὼς ἐπικίδναται. Conf. Horat. Carm. 4. 14. " *O, qua sol habitabiles illustrat oras*, maxime principum !" ἀθλήσαντε, *labores perpessi.* (454) ὀχθήσας. Conf. ad α', 517. Jupiter Neptunum conquerentem solatur, gloriam ei integram fore pollicitus et ad mœnia Achivorum subruenda hortatur. Ad v. 456. sensus est; *non equidem mirer si quis alius deorum multum te debilior, hoc consilium* (νόημα, *opus excogitatum*) *reformidarit; nil vero tibi metuendum est*, etc. Verba, 458. σὸν δ' ἤτοι κλέος ἔσται, etc. repetuntnr ἐμφατικῶς a v. 451. q. d. *Immo tua erit gloria quæ longe lateque extendetur.* (459). αὖτε, *retro.* (461 sqq.). Munimenti excidium describitur inf. μ', 17—33. Crediderim poëtico more illic adumbrari mutationes quæ in hac regione Troadis a motibus terræ, ingruente mari, fluviorum alluvie et exundationibus orta sunt. *Campi ubi Troja fuit*, etiam in tempore Strabonis speciem valde diversam ab ea præbebant quæ ante oculos Poëtæ versabatur, nec dubitandum est quin longior dies mutationes majores magisque observabiles intulerit. Poëta ipse plerasque auditu vel visu novisse poterat. Conf.

Wood. descript. Troad. p. 267 sqq. (463). ἀμαλδύνηται. Exponit Schol. br. ἀφανίζηται, q. d. *dilabatur et evanescat.* [De them. ἀμαλός, plura congerit Lennep in Lex. Etym. viz. ortum esse a μαλός. Thema antiquum extitisse μάλω v. μόλω, conjicit a superstite Lat. *mollis*, et inde provenisse μαλάσσω, μαλακός, in lingua recentiore. Inde quoque natæ significationes, quæ in derivatis cernuntur, abolendi, corrumpendi, perdendi, et similes. Sed nec attigit, ut opinor, veram radicem. Est אמל *languidus, infirmus.*] (465). δύσετο. Conf. sup. β', 35. (458). εὔνηος. Narrationem infert Sch. br. ex Asclepiade de furore Lemniis viris illato propter Veneris sacra posthabita. Jason redux ad Lemnum appulit, ibique, Hypsipyle amata, filios duos genuit, quorum natu major nunc regnabat. Hoc insigne est ad demonstrandam expeditionem Argonauticam nostro non ignotam, et ad definiendum quantum temporis inter eam et bellum Trojanum intercesserit. (470). χωρὶς δ' ἀτρείδης etc. *Atridis vero, proprium munus, dedit Jasonides ferendum, mille mensuras* (*congios* Schrev.) *vini.* χωρίς, δῶρον ἔξοχον, nam subjicitur, οἰνίζοντο οἱ ἄλλοι. μέθυ notatur, antiqua vox pro οἶνος. (475). δαῖτα θάλειαν. Exponitur, *opiparam, pinguem, lautam*, τοῖς ἀγαθοῖς θάλλουσαν, Sch. br. Th. θάλλω, *germino, vireo*, μεταφορικῶς, *abundo*, ut ἀνθέω, sæpius. Sic Odyss. λ', 414. εἰλαπίνη τεθαλυῖα. et inf. ί, 208. συὸς ῥάχιν τεθαλυῖαν ἀλοιφῇ, *florentem*, i. e. *abundantem pinguedine.* Hinc θαλίη, *vita copiosa*, infr. ί, 143. et θάλεια Pind. pass. ut et θαλίαι, *convivia lautiora*, apud priscos Græcos, quia ad ea homines conveniebant in honorem Deorum. Sic Athenæus, 2. 3. In sensu synonymo a quibusd. exponitur δαὶς ἐΐση, sup. ά, 468. Porro locus classicus est, 473—75. de modo emtionis, quæ non pecunia gerebatur, sed permutatione parium. Conf. sup. ad ζ', 236. Huc respicit Plin. Hist. Nat. 33. 1. Ejusdem generis emtionem apud Theocritum invenimus Idyll. 1. 57 sqq. et in Pausan. Lacon. de regia Polydori. Adi Feith. Antiqq. 2. 10. 2. (477). τρῶες δὲ κατὰ πτόλιν etc. Conf. supra ad 370, 380 vss. (478). παννύχιος δέ σφιν etc. *Nocte tota ipsis mala consiliatus est providus Jupiter, horrendum tonans; hos vero* (*Trojanos*) *pallidus timor occupabat. Vinum dehinc e poculis humi fundebant, nec ausus est quisquam prius bibere quam præpotenti Saturnio libasset.* Tractus circa Idam tempestatibus crebris vexati, ut hodierni etiam memorant; hinc jure optimo Juppiter Tonans ibi consedisse fingitur. Meminit Heyne procellæ quæ copias Xerxis hic castra metatas valde conterruit; est in Herodot. Polyhymn. 42. (479 etc.). χλωρὸν δέος, *pallidus ora Timor.* Virg. χλωρὸν, ἀντὶ τοῦ, χλωροποιόν (*pallescere-faciens*). Sch. br. Apposite hic subjicit Daceria; “ Dans le danger la devotion se redouble. Les libations ne se faisoient d' ordinaire qu' apres le repas ; ici on le fait a chaque fois que l' on boit, ou une seule fois avant que de boire ; l' autre me paroît plus naturel, car la peur est ingenieuse et superstitieuse.” Obvia sunt iterum verba de Achivis ipsis, θ', 77.

NOTÆ IN LIB. OCTAVUM ILIADIS.

[ἐπιγραφή]. Concilio deorum facto, minis interpositis, denuntiat Jupiter, sibi non placere, ut deorum aliquis alterutri pugnantium parti opituletur 1—29. Ipse in Idam se confert unde pugnam prospicit—52. Dubia victoria pugnant exercitus usque ad medium diem—68. Tum Achivi in fugam convertuntur, gravibus procellis et fulguribus perterriti—77. Fugiunt proceres Achivorum, instat Hector, cui a Diomede obviam itur—117. Pugna demum restituitur—129. Jam iterum res in eo erant, ut Trojani in fugam verterentur, cum fulmine ante equos caduco conterriti Nestor et Diomedes et ipsi fugiunt—157. Insequitur Hector, Trojanos hortatur, indignabunda conspicit Juno —211. et, Achivis jam intra vallum compulsis, Agamemnoni consilium subjicit confirmandi verbis animos Achivorum et obtestandi Jovem; tum ostento objecto, melior spes subnascitur—250. Jam Achivi, aliquamdiu superiores, novo impetu repellunt Trojanos, quorum multos sagittis configit Teucer, vicissim ab Hectore vulneratus—334. Nunc iterum Hector Achivos intra vallum se recipere cogit—349. Minerva et Juno, de Jovis iniquitate conquestæ, Achivis suppetias laturæ, curru conscenso, missa a Jove Iride, deterrentur—437. A Jove in Olympum reverso acriter objurgantur—484. Nocte ingruente intercipitur pugna; Hector concione facta, quæ noctu curanda sint, imperat; crastino die redintegrandam pugnam denuntiat—541. Excubiæ per noctem aguntur, atque ut insidias hostibus aut navigationem præcludant, crebras per urbem campumque ignes accendunt Trojani—fin. *Wolfe, Heyne.*

¶. Passim in hoc libro obvium est ministerium deorum, eventus quippe graves, atrox certamen, resque eo jam cessuræ, ut, facta internecione, finiretur bellum. Jovis habetur, 1—40. 40—52. 69–76. 130—171. 245—247. 397—408. 338. 438—483. Junonis, 198—211. 218 sq. 350—437. Ibidem quoque Minervæ. Inducitur Neptunus Junonem dehortans ne cum Jove certamen ineat.

¶. κόλος μάχη. Est ἐπιγραφῆς pars altera quæ libro præfigitur. Aliter κολομαχία, (*pugna mutila*). A Barnes notatur apponi ob v. 485. ubi nox describitur inducta et *pugna dirimitur* Achivorum.

(v. 1.) ἠὼς μὲν κροκόπεπλος etc. Simplex et pulcherrimus verborum apparatus quem ampliavit Maro in vss. laudatis Aen. 4. 584. "Et jam prima novo *spargebat* lumine terras Tithoni *croceum* linquens *Aurora* cubile. [Verba Lucretiana transtulit, *Primum, Aurora novo quom spargit lumine terras,* quem secutus quoque Sil. Ital. 16. 230. emendante *Wakefield.* Congeruntur quoque epitheta, ῥοδοδάκ-

τυλος, ἠριγένεια, etc. sup. ά, 477. quarum priorem paululum variavit Boëtius, 2. 3. et pulcherrime idem Lucretius 5. 655 sq. Lux primo subrubra, dein, crocei velaminis instar, omnia circumcingens, aptis epithetis designatur]. Vox ἐκίδνατο, mentem ad ή, 421. reducit. προσέβαλλεν ἀρούρας, et ad Arati Diosem. sub init. πρωτὴ ἀποκίδναται αὐγή. Porro in Sch. br. longa adnotatio est de diversis intervallis temporis quæ a voce ἠώς designantur. In v. 2. ad epith. τερπικέραυνος mire ibid. Schol. ὁ τρέπων τοὺς ἐναντίους κεραυνοῖς, τοῦτ' ἐστι, καταγωνιζόμενος. Th. manifestum est τέρπω. (4). Ordina, θεοὶ δ' ὑπήκουον πάντες, *auscultabant omnes*. ὑπακούω est, *morem gero*, quæ notio hic non locum habet. Hinc parum abest quin restituerim ἅμα pro ὑπὸ quod recepit Ernesti, etsi contra fidem opt. codd. Inf. habetur ἅμα πάντες αἰνεῖτε, 8, sq. (5 etc.) κέκλυτέ μευ, &c. Concionatur deorum Pater nec rationes tamen aperit consilii quod molitur opitulandi Trojanos. Suboluisse quid sinistri videtur Minerva inf. 33. Parat Jupiter ultionem Achilli, promissi memor sup. ά, 528. (7). μήτε τις οὖν etc. *Ne quis igitur inter Deos vel fœmina vel mas meo proposito obviam ire audeat; sed comprobetis simul cuncti, ut quam celerrime hæc, quæ molior, perficiam.* In v. 8. διακέρσαι exponitur, διακόψαι, Sch. br. hoc est, παραβῆναι. Conf. π', 120. locut. ἐπικέρσαι μήδεα μάχης, *præcidere*, i. e. *conturbare rationes belli.* In v. eod. sq. αἰνεῖν ἅμα πάντες, *omnes in unum consilia referre*, est sup. β'. 379. βουλευέσθαι ἐς μίαν, ubi conf. Pro αἰνεῖν in sensu *comprobare* adeas Pind. Py. 3. 25. Sic in sermone Lat. *laudare*. Locutionis, *Laudare aliquid*, i. e. una operam navare ut aliquid efficiatur, vide sis exemp. in Aen. 11. 460. Expositioni quam præbet Sch. br. συγκατατίθεσθαι suppleas δόξαν, ut sit, αἰνεῖτε ἐμὸν ἔπος. Sic sup. γ', 461. ἐπὶ δ' ἤνεον, i. e. μῦθον, ἔπος, quod latet in verb. ἔφατο quod præcedit. Et consimiliter ή, 344. ί, 710 etc. Adde Pind. Py. 4. 396. (10). ὃν δ' ἂν ἐγὼν etc. Obvium erat simile sup. β', 391. sed syntaxi minus impedita. Offendit ἐθελόντα ἐλθόντα (pro, ἔρχεσθαι), nec minus conjectura Bentleii, ἐλθόντα νοήσω, ἐλθόντ' ἢ etc. Certe hanc repetitionem quæ in pluribus locis venustatem maximam adfert, sæpius observavi; Conf. Lucret. 5. 299. Cic. in Arat. 554. Nost. ύ, 371. At sententiam potius ordinarim, facta distinctione post ἐλθόντα, insequenti modo; ὃν δ' ἂν ἐγὼ νοήσω ἐλθόντα, ἐθελόντα ἢ ἀρήγειν Τρώεσσιν κ. τ. λ. Fatendum tamen aliquid τοῦ ὑπερβατοῦ inhærere. Legas fortasse, facta distinctione post νοήσω, ἢ ἐθέλων Τρώεσσιν ἀρηγέμεν etc. πληγεὶς οὐ κατὰ κόσμον κ. τ. λ. (16.). τόσσον ἔνερθ' ἀΐδεω etc. Commentati sunt veteres de regionum hac distinctione, et in Edit. Villois. Sch. Ven. τὸ διάγραμμα video cosmogonicum ubi ordo habetur, αἰθὴρ, ἀὴρ, γῆ, ᾅδης, τάρταρος, circulari figura in zonas quasdam partita. Epith. ἠερόεις, Tartaro tribuitur secundum veterum figmenta de loco tenebroso, caloris experte, qui sontibus plectendis destinatus fingitur. Etymon varie constituitur; Arridet maxime Chald. דרדר *decidit*, quo sensu Hebræi *infima terræ* vocant, ut hic Noster, et Virg, in Æn. 6, 577. sqq. et pass. Sic Hesych. τάρταρος, ὁ ὑπὸ τὴν γῆν κατώτατος τόπος. Contra cacumen cœli, βηλὸς θεσπέσιος, sup. ά, 591. In v. 17. Epith. σιδήρειαι, χάλκεος, firmitudinem exprimunt. (18). εἰ δ', ἄγε. Conf. sup. ad ά, 302. ἵνα εἴδετε, pro ἵνα εἴδητε, in syntaxi minus absoluta. Conf. sup. ή, 353.

Collato ά, 67. (19). σειρὴν χρυσείην. Sic vates Rom. de rerum Nat. 2. 1153. *Aurea de cœlo demisit funis in arva* sqq. unde quid senserit, apparet. Constat sub hac imagine ob oculos præsertim poni invictam Dei potestatem, et, cui nil obstat, dominium in rerum compage adornanda. Simplicius est ponere, nihil amplius in mente versatum fuisse quam ut specie simplicissima et forma maxime obvia, omni, quod reconditius sit, prætermisso, tales cogitationes nobis patefaciat poëta. Sic Barnes e Just. Mart. τῷ ἑνὶ καὶ πρώτῳ θεῷ τὴν ἐξουσίαν καὶ τὸ κράτος ἁπάντων ὅμηρος διὰ τῆς χρυσῆς ἐκείνης ἀναφέρει σειρᾶς. Non abnuerim tamen quin lateat aliquid scientiæ exquisitioris, nec desunt qui physices prima elementa, virium primam et absolutam legem quæ partes universi sustinet et complectitur, hic sub specie sensibili adumbrari. Possit hoc cognosci per *effecta* saltem et in mente adhuc teneo qualem mihi imaginem veri systematis præstabat conceptus Pythagoreus de harmonia sphærarum, qui, legem quodammodo assecutus, phantasiam dehinc confinxerit. Adi M'Laurin, view pp. 138 sq. Breviter concludendum est vim et prudentiam Dei imagine hac constitui. Pro commentis adeas Sch. br. Plat. in Theæt. T. 2. p. 71. et Sch. Venet. Facete meminit Lucian. in tract. de conscrib. hist. § 8. (21). ἀλλ' οὐκ ἂν ἐρύσαιτε etc. i. e. *viribus meis haud resistere poteritis nec consilium meum irritum facere, adeo estis præ me nihili.* (23.) ἀλλ' ὅτε δὴ, etc. *Sed ubi in mentem mihi serio venerit, una cum ipsa terra, ipso mari, vos sursum traherem, et deinde cacumini summo Olympi catenam circumdarem; Hæc omnia vero, partes universi, pendebunt sublimia. Adeo vis mea præstantior est.* De locut, πρόφρων ἐθέλειν, conf. ά, 77. 543. Exponitur a Sch. br. μετὰ προθυμίας. Vertit bene Ernesti, *At vero si me lubido capiat.* Recte porro geminatur τό (σ) ἐρύσσαι secundum legem expos. supra ά, 141. In 26. voculæ αὖτε inest vis. Respice ad 21, et sic vertas; *Haud equidem, etsi summis connixi viribus, me deorsum trahetis, at contra* (αὖτε) *a me, facili nisu, omnia forent sublime rapta.* (29). μῦθον ἀγασσάμενοι, *his dictis animos perculsi ac perterriti.* Forsan et *indignabundi,* ut sup. ή, 41. Diverso sensu obvia vox est ή, 404. μάλα κρατερῶς, *valde minaciter.* (30). ὀψὲ δὲ δὴ, *sero tandem.* Bene inducitur Minerva quæ Jovem excandescentem alloquitur demulcetque. Obs. Sch. Ven. In v. 32. obvium est ὅ, ut passim, pro ὅτι. (33). ἀλλ' ἔμπης etc. *Nos tamen miseret Achivorum qui jamjam perituri sunt, malo fato expleto.* Notatur locut. οἶτον, μοῖραν ἀναπλῆσαι, quæ serius inter Latinos recepta; bene vertitur Ang. *having filled up the measure of their evil destiny.* Conf. sim. Od. έ, 207. κήδε' ἀναπλῆσαι, *exantlare labores;* et supr. δ', 170. μοῖραν βιότου ἀναπλῆσαι. ὄλωνται ἂν ponitur in futuro sensu sec. morem Homericum. (36). βουλήν. De consilio loquitur quod postea narratur in lib. 9. placandi Achillem. (39). οὔ νύ τι θυμῷ πρόφρονι μυθέομαι. Ang. *I speak not now with intent decisively hostile.* Conf. infr. ώ, 140. εἰ δὴ πρόφρονι θυμῷ etc. *Si ex animo hoc vult Jupiter.* Ang. *in earnest.* Monet Heyne πρόφρονα dici, qui sit animo in aliquid *proclivi,* hinc *pertinaci, infesto,* fere ut Virgilianum *Teucris addita Juno,* Aen. 6. 90. Cf. Obss. p. 420. ubi sup. Hoc verum esse arbitror ex inseqq. ἐθέλω δέ τοι ἤπιος εἶναι. De voc. τριτο-

γένεια, conf. δ', 515. (41). ὄχεσφι. Vid. supra, δ', 452. τιτύσκετο, ὑπεζεύγνυε τῷ ἅρματι, ἡτοίμαζε. Sch. br. Repetitum habes inf. ν', 23. Conf. in sensu diverso, sup. γ', 80. Epith. χαλκόποδε de firmitudine dicitur, ut alias. Exponit Sch. br. secundum hanc notionem στερεόποδας. Sic in Electra Sophocl. v. 491. χαλκόπους ἐριννύς. Affine obvium est sup. ά, 426. de sede deorum firma et stabili et quod Pind. habet Isth. 7. 62. χαλκόπεδον θεῶν ἕδραν. (43). γέντο, arripuit. Absurde quidam pro ἐγένετο statuunt, idque usurpatum pro ἔλαβε. Est pro ἕλετο. Voce syncopen passa et (λ) in (ν) mutato (ut in κέντο pro κέλετο, ἦνθε dorice pro ἦλθε) prodit Fεντο, γέντο. Nam (γ) pro spiritu aspero vel digammo ponitur, ut γάδεται, γοῖνος, γέντερ in Hesych. pro ἥδεται, Fοινος, Fεντερον. Conf. Ernest. Callim. H. ad Cerer. 44. Dawes, Misc. Crit. sub init. [Aliter Lennep in Dict. Etym. radicem fingit ΓΕΩ in sensu, *capio*. Conf. in voc. γέντα.]. (45). οὐκ ἄκοντε, i.e. *summa celeritate*. Locutio usitata. Conf. έ, 767. (48). γάργαρον. Cacumen Idæ Gargarus. Duo alia memorantur a Sch. br. Lectus. Phalacra. De epith. πολυπίδακα, vid. Strab. 13. 874. De agris sacratis, quæ τεμένη dicta, vid. sup. β', 696. θυήεις βωμός, *ara cui odores ingerebant, thuricrema*, ut vertitur in Aen. 4. 453. allat. supr. ζ', 270. Adde et Georg. 4. 379. ubi *ignes Panchæi* sunt proculdubio θυμιάματα quæ in sacris adhibita, necnon et Aen. 1. 708. ubi verba "flammis adolere Penates" accipio ex mente *Ruæi*, "Suffitu Penates colere". De critica ad h. l. non spectante conf. *Wakefield* ad Lucret. 5. 798. Errorem notes Sch. br. θυήεις......ἐφ' οὗ θύουσιν. (51). κύδεϊ γαίων. Eadem locutio obvia est sup. ά, 405. at sensu paullum diverso. Bene Schol. Ven. τῇ ἑαυτοῦ ἐνηδόμενος δόξῃ καὶ ἀρετῇ. (53). οἱ δ' ἄρα etc. "Vocula, ἄρα, nequaquam hic supervacua est; sed eleganter *connectit* quod erat supra dictum, ή, 476. παννύχιοι μὲν ἔπειτα......δαίνυντο". *Clarke*. (54). ἀπὸ δ' αὐτοῦ etc. Verte; *eaque* (cœna) *confecta se armarunt*. Similis locutio reperitur in Herod. VI. 129. γενέσθαι ἀπὸ δείπνου, Ang. *to have done supper*. Conf. Mathiæ, G. G. Const. §. 573. (55). ἀνὰ πτόλιν. Conf. sup. 370—80. lib. præc. In 56. verte; *animis vero ardebant vel sic* (i.e. pauciores licet existentes) *pugna certare*. In v. insequente obvia est vox χρειώ, *necessitas*, quæ habetur supra, ά, 341. Est χρειώ (χρειόος,—οῦς. χρειόϊ,—οῖ) Ionismus pro χρεία. Pro eodem dicitur et χρεώ, ut inf. ί, 197. et alias, χρειοῖ ἀναγκαίῃ, *sæva necessitate*. (58). πᾶσαι δ' ὠΐγνυντο πύλαι, male, quoad sensum, reddit Lat. vers. *omnes aperiebantur portæ*, unica enim aperta est, viz. quæ versus castra Græcorum ducebat, Scæa. Enimvero πύλαι solenniter a nostro usurpatur ut πύλη, quæ bipartita fuit, et πᾶσαι πύλαι etc. recte vertitur; *porta, quam late patuit, aperiebatur*. Conf. locutt. πύλας σκαιάς, ζ', 392—93. αὐτομάτας, έ, 749. de porta quam in muro fecerunt Achivi, ή, 339. et de eadem, δικλίδες πύλαι, μ', 455. Sic Pind. Isth. 6. 111. παρ' εὐτειχέσιν κάδμου πύλαις. In Virg. Aen. 2. 612. 6. 631. eædem sunt obviæ. (60—65). Versus repetiti a δ', 446 sqq. (66). ὄφρα μὲν ἠὼς ἦν etc. *Quamdiu tempus matutinum fuit et crescebat sacer dies, tamdiu utramque aciem tela attingebant, cadebatque populus*; male redditur ἀμφοτέρων βέλε' ἥπτετο, *utrorumque tela attingebant*, in Lat. vulg. Locutioni ἱερὸν ἦμαρ, affinis est κνέφας ἱερὸν,

λ', 194. Conf. sup. de epith. β', 57. Notatur a Sch. br. usus τοῦ ἠώς, designantis τὸ ἑωθινὸν κατάστημα ἕως μεσημβρίας. *The forenoon.* V. 68. ἠέλιος μέσον οὐρανὸν ἀμφιβεβήκει, expressit Maro, *medium sol hauserat orbem.* Georg. 4. 425. (69). καὶ τότε δὴ etc. *Et tum demum lances aureas attollebat pater atque imponebat fata duo mortis quæ–somnum–diuturnum–adfert.* Hæc τάλαντα sunt omnia gubernantis Dei consilium et providentia. ἡ τοῦ διὸς διάνοια. Sch. br. Ex hoc loco constat quid senserint Veteres de summo imperio Dei. Non Jovis erat, quid fatale esset, indicere, sed exquirere ac promovere. Hinc 75 sqq. κῆρε τ. θ. exponit Sch. Ven. θανατηφόρους μοίρας, nec deest epitheto τανηλεγής venustas summa. Conf. similia in χ', 209. quum congressuri sunt Hector et Achilles. (73). Immerito hic et insequens a Venet. rejiciuntur et ob ineptas rationes. Notatur et a Wolfio. Vult poëta amplius ostendere quantum nunc facta fuerit præstantior fortuna Trojanorum, et subvenit illud χ', 212 sq. ῥέπε δ' αἴσιμον Ἕκτορος ἦμαρ, ᾤχετο δ' εἰς ἀΐδαο etc. Commode tamen abesse possint 73, 74. et sensus finiri ad 72. [Lancem quæ versus terram deprimitur *mortem* designare, et illam quæ ad cœlum attollitur *vitam*, quia cœlum vitæ domicilium est, ab Eustathio desumptam video in not. Daceriæ. Subtiliter in not. præced. observatur *Fatum* ipsum a *Sole* designari 64 sqq. nam nihil aliud poëtæ obversatur quam ut eventuum series et ordo, sole i.e. *tempore* progrediente, explicetur.]. (75). ἔκτυπε. Bene a Clarkio observatur intonuisse Jovem tempore meridiano cœloque sereno, id quod mali ominis loco semper habebatur, ut ex loc. cit, Od. υ, 113. apparet. Sic Georgic. 1. 487. Horat. Od, 1. 34. Hinc Achivorum subitus pavor (χλωρὸν δέος, 77.) explicatur. Exemp. valde congruum a D. Dacier profertur e sacris codd. Reg. I. 7. 4. (79). οὔτε δύ' αἴαντες μενέτην etc. Nec Telamonis nec Oïlei filius. Obversatur illud Pindari, Nem. 9. 68. ἐν γὰρ δαιμονίοις φόβοις φεύγοντι καὶ παῖδες θεῶν, i.e. heröes. Exemp. adfert vers. Benedict. ex hoc loco. De voc. θεράποντες, conf. sup. ζ', 18. (80). γερήνιος. Vid. β', 336. (81). ἵππος. Nempe equus qui παρήορος adpellabatur, (cf. sup. η, 156.) ut et σειραῖος, *funalis.* Adjunctus erat ad supplendam vicem alterius forte interfecti, et *habenæ* quibus adnectebatur dicuntur παρηορίαι, inf. 87. Meminit ritus Dionys. Halic. VII. Addit autem in sua ætate consuetudinem adjungendi παρηόρους desiisse. Conf. et Feith. 4. 11. §. 4. ζύγιοι (jugales) erant qui currum trahebant. Sic Aen. 7. 280. *geminosque jugales.* (83). ὅθι τε πρῶται etc. *ubi nempe primi crines equorum fronti innascuntur; maxime autem lethale est.* ἐμπεφύασι, *innasci solent;* sup. α, 37. πέφυα est perf. act. a φύω, in quo verbo Ionici et Aeolici rejiciunt (κ) in perfecto eadem analogia ac in verbis quibusdam puris; ex. gr. ἑστηώς a στάω. τεθνηώς quasi a θνάω. βεβαώς a βάω. μεμαώς a μάω. Vid. Math. Gr. §. 183. Obs. 7. (84). μάλιστα δὲ καίριον (μέρος) ἐστί. Sic inf. λ', 439. κατὰ καίριον. Exponit luculenter Sch. br. εὔκαιρον δὲ πρὸς θάνατόν ἐστι ἐν τοῖς ἵπποις τὸ μέρος τοῦτο, ἐπικίνδυνον ὄν, peropportuna pars vulneri infligendo. (85—87). ἀλγήσας δ' ἀνέπαλτο. Valde tenuiter Lat. vulg. *dolore correptus erigebatur.* Melius vers. Schrevel. *resiliit dolens.* Optime Maro transtulit; *Quo sonipes ictu furit arduus, altaque jactat, vulneris impatiens, erecto*

vertice crura. Aen. 11. 638. *Tollit se arrectum sonipes* etc. 10. 892. Verba κυλινδόμενος περὶ χαλκῷ miro errore accepit Sch. br. de *cantho, parte exteriore rotarum, circum quem se volutasse fingitur equus.* Conatus exprimitur equi se expedire cupientis; *circa ferrum se volutans.* Sic Eustath. 583. 4. χαλκῷ, τῷ τοῦ ὀϊστοῦ σιδήρῳ. Verba inseqq. παρηορίας ἀπέταμνε reddas Ang. *was in the act of cutting off the side reins,* ut cæteros equos expediret scil. Sic inf. π', 474. equum παρήορον Sarpedoni abscindit Automedon. De παρηορίαις conf. sup. 81. Nescio annon nimis subtiliter argutati sint veteres de usu imperfecti (ἀπέταμνε) in hoc vers. Hoc, inquiunt, impotentiam senis exprimit, aoristos enim, ἤϊξε, ἀπέκοψε, in usu fore si de juvene narretur, ut in loc. cit. π', 474. Conf. not. Clarkii. Adde Gesner. Orat. ad Græc. §. 51. (94). πῇ φεύγεις, etc. *Quo fugis, obverso tergo, ignavus veluti, in caterva? (Cave) nequis tibi in-fugam-verso hastam tergo infigat.* Sic in editt. optt. componitur oratio quæ animi valde accensi, Diomedei, est. [Ellipsis vero in 95, unde vis sententiæ pendet, Davisio videtur displicuisse qui corrigit; μετὰ νῶτα βαλὼν σάκος, ὥς ἐν ὁμίλῳ μήτις τοι φεύγοντι κ. τ. λ. Crisis non arridet. Vid. Not. Cic. de Orat. II. 72. Hinc, quod Ulyssi exprobrat Ajax, desumsisse videtur Vates Pelignus, Metam. 13. 65—69.]. (104). ἠπεδανός, *enfeebled.* De etymo Sch. br. οἱονεὶ ἀπεδανὸς, ὁ μὴ δυνάμενος δι' ὑπερβολὴν ἀσθενείας ἐν τῷ π έ δ ῳ στῆναι. Contrarium est ἔμπεδος. (105). ἐπιβήσεο. Conf. de hac forma, έ, 109. 221. γ', 262. β', 35. Vss. 105, 106, 107. ex έ, 221 sqq. translati. Currum et equos Aeneæ abductos a Sthenelo vidimus έ, 323. (108). οὕς ποτ' ἀπ' αἰνείαν, etc. h. e. οὓς αἰνείαν ἀφειλόμην. Constructio usitatissima est ἀφαιρεῖσθαι τινά τι. Sic ά, 275. μηδὲ σὺ τόνδ' ἀποαίρεο κούρην, *neque tu ab isto adimas puellam.* Conf. ό, 462. Xenoph. Instit. Cyr. 3. 1. 9. Inf. 237. Od. λ', 201, 202. ἀφαιρεῖν adsciscit *dativum* τινί. Mathiæ. §. 412. Obs. De voc. μήστωρ conf. δ', 328. (109). τούτω μὲν, etc. *Illos quidem (tuos) curent famuli: hos vero (meos) in Trojanos dirigamus, ut et Hector sciat an et mea in manibus insaniat hasta.* θεράποντε, ζ', 18. De schemate δόρυ μαίνεται, vid. δ', 126. et exemp. (quod Daceria adfert) in sac. codd. Reg. 2. 1. 22. Constructio ὄφρα εἴσεται rudioris formulæ est: conf. sup. ή, 353. (116). σιγαλόεντα. Respice ad έ, 226. (119). καὶ τοῦ μέν ῥ' ἀφάμαρτεν, etc. *Ab illo* (Hectore) *equidem aberravit.* [Doct. Ernesti non assequitur usum voculæ ῥά in hoc versu. Illatam censet ob metrum, qui tamen constat ejecto ῥά, quia μέν in *cæsura* est. Usum vero exempla passim probant, ut inf. 302. 387. et subtiliter vim discutit Hoogev. doct. part. §. 12. Pergit Ernesti; "esse porro debebat, τὸν δ' ἡνίοχον, sed versus non patitur. Et sæpe sic subjectum repetitur, ut mox 126. ὁ δ' ἡν. μ. θ. ubi sensus desiderabat ἄλλον δ' ἡ. μ. adde infr. v. 302." Atqui Noster nunquam articulo utitur: ό, ή, τό, apud illum sunt, ἐκεῖνος,—η,—ο. Hallucinatur ideo vir doctus nisi velit id esse in aliis scriptoribus sollenne, quod faciliter concedo.] (122). ὑπερώησαν. Ang. *recoiled.* Sic. έ, 295. παρέτρεσσαν δὲ οἱ ἵπποι ὠκύποδες, etc. Supra habetur ἀνέπαλτο, 85. (124). ἕκτορα δ' αἰνὸν ἄχος, etc. *Dolebat vero graviter Hector, auriga interfecto; illum vero sivit, tametsi ob socium dolens, jacere, et aurigam impigrum quærebat. Nec diu rectore indigebant equi,* etc. Verba πύκασε

φρένας ad lit. *mentem obfuscavit*, bene effectum doloris depingunt qui, nubis instar, tenebras quasi et caliginem animo circundat. Conf. sup. ά, 103. de locut. φρένες ἀμφιμέλαιναι huc spectante; Adde Hesiod. Sc. Herc. 429. θυμοῦ ......κελαινὸν πίμπλαται ἦτορ. Menti obversatur contrarium illud Pindari, λευκαὶ φρένες, phrasis insolens quæ varie exponitur. ἡνιόχοιο (ἕνεκα subaud.), ut ἑταῖρον in vers. inseq. De voc. μεθέπω, v. 126. conf. sup. ζ', 321. præsertim έ, 329. Convenit exp. Sch. br. ἐπῄει, ἐδίωκεν, ἐζήτει. (129). ἐπίβησε. *conscendere-fecit*. (130). ἔνθα κε, &c. *Tum fuisset clades atque facta exitialia edita fuissent; et nunc, sicuti oves in stabulo, conclusi fuissent Trojani in Ilio, ni cito animadvertisset sator hominum ac deorum. Graviter dehinc tonans candens fulmen emisit, et humi ante equos Diomedis dejecit: Terribilis vero exorta est flamma sulphuris ardentis, equique conterriti sub curru consternati sunt*, &c. σήκασθεν. Th. σηκός, qui et aliquando pro templo secund. Sch. br. ponitur. θέειον, θεῖον, *sulfur*. Congruit etymo probatissimo, θεῖος, *divinus*, epith. Persii Sat. 2. 25. *sulfure sacro*. (136). καταπτήτην. Vertit Dac. *se cabrent près a renverser le char*. A radic. πτέω profluunt formæ, πτῆμι, πτοέω, πτώσσω, πτήσσω, etc. Conf. β', 312. De ὄχεσφιν conf. ad δ', 452. De σιγαλόεντα, έ, 226. (140). ἦ οὐ γιγνώσκεις, etc. *Nescin' tu, non amplius tibi Jovem auxilium ferre? At equidem ex ostento hoc conjectare poteris: neque amplius decertandum nobis est, nam Jovis proposito nemo, vel fortissimus, obstare valet*, ἀνὴρ, οὐδὲ μάλ' ἴφθιμος, οὔτι ἐρύσαιτο νόον Διός. Sensu non absimili vocem (νόον) usurpavit Hesiod. ἔργ. 105. Διὸς νόον ἐξαλέασθαι, Jovis *decretum* evitare. Pari lege *Mens* et *Mentes* prostant apud Latinos. Locut. similis obvia est supr. 8. διακέρσαι ἔπος. Hæc vero potius significat *consilium irritum facere*, altera, *impedire*. [A Wolfe lectam reperio εἰρύσσαιτο, a Th. ἐρύω, *traho* scil. sed perperam, etsi consentiente Opt. M.S. Ven. Nam vox digammata est ἐρύω, *traho*, Conf. sup. ά, 141. Est ab ἐρύω *servo, custodio*, unde facile provenit notio *inhibendi*, et *coercendi*, τοῦ βιάζεσθαι. Hinc prodit ἐρύκω, et forsan ἐρητύω, sup. β', 75. Adi. Heyn. Obss. p. 440.] (146). Leniter et non pro spiritu quem gerebat sup. έ, 251. respondet Diomedes Diversa vero res agitur; nam cum fugam meminisset Sthenelus, nullum erat prodigium, quod Jovis iram indicaret, et ferociebat animus Diomedis ob recens facta. Nunc ingruit acies adversa, sui in fugam dilapsi, Jovis auxilium ablatum; monet præterea Nestor, spe victoriæ venturæ proposita, et *relligioni* cedendum suadet, non *ignaviæ*. (150). τότε μοι χάνοι, etc. Ad celandum pudorem scil. ob facinus tam grave admissum. Conferas ad δ', 182. (156). θαλεροὺς. Vid. supr. ζ', 430. (439). βέλεα στονόεντα χέοντο, *tela tristia*, πολλῶν στεναγμῶν αἴτια. Sch. br. quæ aliter ἐχεπευκέα, περιπευκέα, etc. dicuntur. Epitheton forsan Pind. obversatum in Isth. 8. 54. sq. χάλκεον στονόεντ' ἀμφέπειν ὅμαδον. (160). τῷ δ' ἐπὶ μακρὸν ἄϋσε etc. Vertit Lat. vulg. *Tum vero altum inclamavit*; ut et sup. έ, 101. *Super hoc autem altum clamavit*. Perperam in utroque loco, viam sternente Sch. br. Est ἐπήϋσε τῷ, h. e. Diomedi. Videtur verum perspexisse Barnes, *Super eum altum clamavit*, &c. (162). Tria memorat in hoc versu quæ sortiti sunt præstantiores. Vid. not. δ', 257. vs. repetitum habes inf. μ', 311.

de Glauco et Sarpedone. (163) νῦν δέ σ' ἀτιμήσουσι, *nunc vero te dedecore afficient ; mulieris instar es. Male pereas, timida puella ! quoniam non, me cedente, mœnia nostra conscendes, nec uxores in navibus abripies ; priusquam hoc eveniat, tibi fatum arcessam.* In v. 164. de ἔῤῥε, conf. ζ', 348. γλήνη accipitur vulgo in sensu τοῦ κόρη, i. e. *oculi pupilla ;* inde, quem primitus notat κόρη, significatum arcessivit γλήνη, i. e *pupa, puella.* Exponit quoque Sch. br. θέαμα, *imago* pupillæ objecta scil. Hinc commode reddas, *invisum spectaculum.* Adi Lennep. in Tract. Etymol. In 166. legerat Zenodotus πάρος τοι πότμον ἐφήσω, ut sup. δ', 396. insolenti locutione διδόναι δαίμονα proculdubio offensus. Citantur vero exempla formulæ non absimilis, ut inf. ι', 571. δόμεν θάνατον, et inter Romanos, *malum dare.* Convenit præterea personæ Hectoris insolentior hic et rudior sermo. [An δαίμων, subintellecto κακός e vestigiis Sch. br. cui adstipulatur Barnes, pro *malo numine* habendus sit, disceptari possit. Certe inter veteres opinio grassata est duplicis dæmonis unde vel mala vel bona sors hominibus accideret. Sic Pind. Py. 3. 62. δαίμων ἕτερος, i. e. *infaustus ;* et prodibant locutt. δαιμονῶντες ἄτᾳ. δαιμονᾷ δόμος κακοῖς. Aesch. Sept. 1003. Choëph. 564. in Nostro quoque στυγερὸς δαίμων. Secund. hæc vertere licet ; *Prius tibi malum numen excitabo.*]. (171). σῆμα τιθεὶς τεράεσσι etc. " Patet tonitru pro omine secundo Trojanos habere ; vss. 175—76. Hoc explicatur a vss. sup. 75, 76. quia fulmina ab Ida, tempestate orta, versus littus in Achivos erant intenta, adeoque infesta." *Heyne.* Dicitur porro νίκην in apposito cum σῆμα, pro τιθεὶς σῆμα νίκης ἑτεραλκέος. *Signum præbet pugnæ fortunam jam inclinare.* De epith. ἑτεραλκής, conf. sup. η', 26. (174). μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς. Locut. usit. *proferte ardorem bellicum.* Contrarium est μένεος ἀλκῆς τε λαθέσθαι, sup. ζ', 265. Conf. ibid. 112. Variatur paullulum inf. 181. μνημοσύνη τις ἔπειτα—γενέσθω. (175). πρόφρων, *promta voluntate,* θυμῷ πρόφρονι, supr. 40. Conf. α', 77. 543. (176). ἀτὰρ Δαναοῖσί γε πῆμα, *Sed Achivis equidem damnum.* Emphasin habet vocula γέ. Pergit exultanter ; *Dementes ! qui mœnia ista jam exstruxerunt, invalida, contemnenda,* &c. De ἀβληχρός, vid. ε', 337. (179). ὑπερθορέονται, *transilient.* Futurum, ut ἐρέω sæpius obvium. (180). ἐπιγένωμαι νηυσί, *ad naves pervenero.* In 181. ignem postulat Hector, spe victoriæ elatus ad comburendas naves et reditum præcidendum. (183.) ἀτυζομένους etc. *Fumo, igne, ingruente, perculsos animo.* [Abest vs. ex opt. codd. Ernestio displicet, et in edit. Wolf. ἀθετεῖται. Crisin habes in Heyn. Obss. p. 445. Censet Ernesti illum ab aliquo induci qui subjectum pro αὐτούς desideravit ; indocte hoc, nam supra η', 338. εἶλαρ νηῶν τε καὶ αὐτῶν, sistitur ad verb. ult. sine subjecto nisi quod intelligitur. Videtur ignorasse Sch. br. qui nullam expositionem adjecit]. (185). Notantur quadrigæ, quæ, ut Ernesti adnotat ex Sch. MS. Lips. possint esse Hectori propriæ qui rei equestris peritissimus fuit. [Quæ adnotat D. Dacier ex Sacc. Codd. parvi habeo, at innotuisse quadrigas hac ætate constat ex Od. γ', 81. ubi similitudinem ἀπὸ τῶν τετραόρων instituit. Notatur et vs. ob dualem ἀποτίνετον qui parum congruere videtur, et confugiunt ad argutationes de *systematibus* equorum, quas in nota congessit Clarke.

Sed συνταξέως minus ad normam constitutæ ævi recentioris plura exempla possunt indicari, adeo ut nec satis tuto ob hanc causam versus ablegatur. Conf. sup. ί, 487. ή, 279. not. Hymn. in Apoll. 452, 456. et quæ supra adnotavi, δ', 453.]. (186). κομιδήν. Accipio in signif. *curam victus, alimentum*, et in apposito cum μελίφρονα πυρόν, 188. Parum recte Lat. vulg. *alimentorum-præmia*, quod loco minus convenit. Vertas a l. 186. *Nunc mihi alimentum rependite, quod plurimum, gratum triticum, Andromache apposuit vobis priusquam mihi* (cibum attulerit scil.) *qui ei Juvenis maritus glorior esse.* Ad vs. 187. conf. sup. ζ', 416. [Vs. 189. a Wolfio notatum video secundum crisin quam invenies in Obss. Heyn. p. 447. Juncturam orationis valde conturbat et abesse omnino velim. Nec displicet Bentleii conjectura in 188. μελίφρονα Fοινον ἔθηκεν, nisi quis mallet e vestigiis Odyss. ά, 488. μελίφρονα σῖτον. Ordinate procedit sententia, παρέθηκεν ὑμῖν προτέροις ἢ ἐμοί,......σῖτον μ.]. (190). Repetenda Andromaches ipsius verba, σὺ δέ μοι θαλερὸς παρακοίτης, sup. ζ', 430. Locus classicus est in declarando officio fœminarum. Laudatur Apollon. Argon. 4. 1370 sqq. Nec indignum Dea ipsa ministerium fuit; conf. sup. έ, 368 sq. 775 sq. (193). κανόνας τε καὶ αὐτήν. Partes clipei antiqui memorantur; κανών, *manubrium*, quod duplex fuit, manui et brachio aptatum. κανόνας, ῥάβδους, αἷς ἐκράτουν τὰς ἀσπίδας. Sch. br. Vertit Heyne, *Queerstungen, cross-rods.* τελαμὼν erat balteus oræ exteriori (ἄντυγι) aptatus unde pendebat scutum. De hoc sup. β', 388. [κάνονες postea πόρπακες dicti qui a Caribus erant additi ut Sch. br. innuit ex Herod. 1. 171. Conf. Eurip. Hel. 1392. Ed. Barn.]. (195). τὸν ἥφαιστος κάμε τεύχων. Locutio supra notatur β', 101. Opus adeo pulchrum erat ut merito artem Dei sibi vindicaret. (196). εἰ τούτω etc. Intelligit τὰ λάφυρα, quasi *spolia opima*, quibus si fuerit potitus bellum fore confectum autumat. Vix enim poterant auferri nisi principibus occisis, hoc qui consilio, altero qui virtute, res Achivorum sustinebat. (198). ἐλέλιξε. Conf. sup. ά, 530. (200). καί ῥα, *et deinceps.* (201). οὐδέ νύ σοί περ, *annon nunc tibi saltem* &c. Ad auxilium præbendum excitat, caussam afferens honores illi delatos. Sic Jovem Hectoris miseret (χ', 169 sqq.) officia religiosa erga illum recordatum. In v. 203. memorantur urbes in Peloponneso ubi celebrabantur solennia sacra Neptuni. Sch. br. In v. 204. δῶρα, ἀναθήματα, *donaria*, nuncupantur χαρίεντα, i.e. *pretiosa.* Epith. templo attribuitur ά, 39. Sacrificia (θυσίαι) in Pind. Ol. 6. 131. sunt δῶρα εὐσεβῆ θεῶν. Verba porro, σὺ δέ σφισι βούλεο νίκην, a Heyne vertuntur, *Tu vero illis victoriam cupiebas*, quasi innuens id demum Deo indignum esse facinus si auxilium Achivis recusaret quos antea favore prosequebatur. Bene quoque cum Wolfe, Schrev. Ernest. verteris; *Atqui illis exoptes Tu victoriam!* Sic melius insequentia procedunt; *Nam si vellemus, quotquot Dii Danais favemus, Trojanos repellere et cohibere Jovem late-tonantem, illic sane tunc contristaretur solus sedens in Ida.* (208). ἀπτοεπές. καθάπτεσθαι τοῖς ἔπεσιν est, *perstringere aliquem dictis*, et hinc ἀπτοεπὴς exponitur καθυβριστικὸς et de contumelioso quovis dicitur. Digna quæ revocentur Vulcani verba ά, 582. Junoni ἀπτοεπεῖ maxime congrua. [Alia est lectio, ἀπτοεπές, ut sit, ἀπτόητε ἐν τῷ λέγειν, quam memorant Sch. br. &

Lips. et hosce secuti Ernest. Wolfe. qui adsciscit. Sed doctior illa altera.]. (213). τῶν δ', ὅσον ἐκ νηῶν etc. Lectionem vulgatam retinuit Heyne quam melius distinctam propono; τῶν δ', ὅσον ἐκ νηῶν, ἀπὸ πύργου, τάφρος ἔεργεν etc. Accipio ἐκ νηῶν ut supra, ή, 337. ἐκ πεδίου, et verto *Intervallum omne quod patebat a navibus usque ad vallum et inde ad fossam, completum est illis* (τῶν, ἀχαιῶν scil.). Duplex fuisse intervallum constat, et ex vss. 220 sqq. intra vallum se recepisse partem copiarum. [Restat et altera, quæ probabilibus nititur rationibus, expediendi via. *Quantum patebat spatii a fossa ad vallum, nempe quod versus naves spectabat, completum est*, &c. Procedit hac lege sententia, ὅσον τάφρος ἔεργεν ἀπὸ πύργου, ἐκ νηῶν, πλῆθεν ὁμῶς, etc. Sed hac ratione inutile quid videtur ἐκ νηῶν, nam quid manifestius quam spatium illud classem spectasse. τεῖχος nuncupatur εἶλαρ νηῶν, sup. ή, 437. Arridet maxime lectio a Heynio proposita et quæ sensum primo allatum stabilit; τῶν δ', ὅσον ἐν νηῶν, πύργου τ' ἀπὸ, τάφρος ἔεργεν. Hujus meminit Sch. Ven. A. & Br. et affinis est ea altera συντάξις a Sch. br. memorata, ὅσον τάφρος πύργου ἐξέεργεν ἀπὸ νηῶν. In versione sua plane oblita est verb. ἐκ νηῶν Dna. Dacier, nec, quod mirum, a doctiss. editoribus, *Clarke, Ernesti*, illustrationem adepta est sententia]. (217). καί νύ κ' ἐνέπρησε, etc. *et nunc equidem igne ardenti naves æquales concremasset nisi in præcordia posuisset Agamemnoni veneranda Juno, et ipsi per se sedulo agenti, ocyus incitare Achivos.* De verb. νῆας ἐΐσας, vid. ά, 306. In v. 218. notatur locut. toties obvia, ἐπιτιθέναι τὶ φρέσι, *consilium, rationes expediendi subjicere*. (219). ποιπνύσαντι. Conf. ά, 600. (221). πορφύρεον μέγα φᾶρος, etc. *Purpureum* erat utpote ornatus regius, et summo ductori conveniens. Sic Regina in Aen. 4. 139. *purpuream subnectit fibula vestem*. Adde Georg. 2. 495. *purpura regum*. Obvia sunt μέγα φᾶρος sup. β', 43. Subjicitur ibid. 46. Agamemnonem *sceptrum* arripuisse quod postea, auctoritatis insigne, Ulyssi tradidit. Cogitandum ergo est eum una manu baculum gestare, altera pallam prehensam, et hoc, ut oculos fugientium in se converteret. Sic Sch. br. et Ven. ἐπεὶ ἀδύνατον ἦν διὰ βοῆς αὐτοῦ καταστεῖλαι. Addas "isto tempore signorum militarium nullum aliud inventum extitisse." *Heyne*. Conf. Feith. Antiqq. 2. 4. §. 8. (222). μεγακήτεϊ νηΐ, *ingenti nave*, ut vertitur in Lat. vulg. Sed potius, *stabat juxta navem*, ut sup. έ, 36. ἐπ' ἠϊόεντι σκαμάνδρῳ. Respice ad β', 581. de epith. κητώεσσα, et conf. quæ habet Hemsterh. Luc. I. 139. (223). γεγωνέμεν, i. e. ὥστε γεγωνέμεν, *clamare adeo ut vox exaudiri possit*. Argutantur de verbo Grammatt. Sed simplicius est tenere, formas fuisse γεγώνω, γεγωνέω, factas a *sono* incondite clamantium. Vid. Mathiæ, §. 223. Lennep. Dict. Etym. In v. 225 sq. caussa habetur cur in statione navium extrema sortiti fuerint Ajax et Achilles; *spes in fortitudine eximia sita est.* ἔσχατα μέρη quorum meminit poëta sunt promontoria Rhæteum et Sigeum. Hinc explicantur Sophocl. Aj. F. 4. et Eurip. Iphig. in Aul. 235 sqq. 288 sqq. [Vss. 224, 225, 226. video in Edit. Wolf. uncis inclusos, et in edit. Heyniana asteriscis notatos. Patet illos ut glossam induci τοῦ ἀμφοτέρωσε, sed frangunt juncturam.] (227). διαπρύσιον, ἐξάκουστον, *clare et distincte*. Sch. br. adeo ut vox permeare (διαπορεύεσθαι) possit. Vulgare est etymon, sed an tenendum, hæreo. Tenet

Suidas, διὰ παντὸς διεξίον, i. e. ut alias, διαπερἀσιον. Vocem habet Oppian. Hal. 300. et διαπρυσίη ὀλολυγὴ obvia est apud Callim. H. ad Del. 258. Conf. not. Stanl. (228). Vs. occurrit supr. ί, 787. et in β', 235. ὦ πέπονες, κάκ' ἐλέγχεα, etc. (229). πῆ ἔβαν, etc. *Quo abierunt gloriationes quando nosmet fortissimos esse prædicabamus; quas, in Lemno, gloriabundi effudistis, carnem plurimam bovum cornigerûm edentes, bibentes crateras vino coronatos, dicentes nimirum, in bello unumquemque centum ducentosque Trojanos virtute æquiparaturum?* ἔβαν notatur pro ἔβησαν, ultima brevi, pari jure ac τράφεν, τύπεν, ex ἐτράφησαν, ἐτύπησαν,, etc. *Clarke.* Notatur ab una persona ad alteram transitio, φάμεν—ἠγοράασθε,, in hac sententia, quod inter ἐμφάσεις ac Veneres auctorum classic. recenset Blackwall. pag. 110 sqq. In v. 231. habetur πολλὰ κρέα, ut Virg. Buc. 5. 69. *multo Baccho.* Conf. Georg. 1. 187. In v. 232. conf. de locut. ἐπιστεφὴς οἴνου, supr. ά, 470. et adde Georg. 2. 528. (233). ἕκαστος στήσεσθ' ἐν πολέμῳ. Male Lat. vulg. *quemque vestrum staturum in pugna adversus,* &c. Est equidem translatio a *statera* (σταθμός) ut in vers. expressi, et hoc imprimis constat a quæst. Porphyr. 25. ἀντισταθμους καὶ ἰσοβαρεῖς ἐν τῷ πολέμῳ γενέσθαι. Hinc et vox ἄξιοι in 234. *Nunc vero, ne unum quidem Hectorem æquiparamus.* (235). Vs. iterum damnatus. Manifesto transfertur ex sup. 217. Ponit Heyne "emblema rhapsodi." Wolfe insuper. (236). ἦ ῥά τιν' ἤδη, etc. *An unquam adhuc tali clade affecisti præpotentium aliquem regum? An unquam tali honore privasti?* Conf. ad locut. ἄτῃ ἄασας, infr. ί, 18. Κρονίδης ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ. [Variat porro metrum in hac voce ἄασας et correlat. ex ἄω, ἀάω, sed ex digammo explicatum habeo quod ipsum duplicari poterat et syllabam brevem sustinere. Sic formæ prodeunt, αFω, αFαFω, etc. αFασα & αFFασα. Simile quid extitisse ulterius verisimile fit ex forma ἀγάζομαι quæ apud Hesych. obvia est; nam literæ cognatæ erant γ et F. Conf. Heyn. Exc. pp. 698—790. T. V.] (238). οὐ μὲν δή ποτε φημί—(ἐμὲ) παρελθέμεν, etc. accipienda; *At dico sane me nunquam prætermisisse,* &c. De πολυκλῆϊς et ἔῤῥων, in v. 239. conf. sigillatim ad β', 74. ζ', 348. (240). δημόν, *adipem.* Conf. ά, 40. (241). ἱέμενος, *votis expetens.* (242). τόδε πέρ μοι, etc. *Hoc saltem mihi votum perficias.* Conf. ά, 41. Sic in v. sq. αὐτοὺς δή περ ἔασον, *nos ipsos effugere saltem sinas,* si omnino spem irritam facturus es excidendæ Trojæ. (247). αἰετὸν ἧκε, etc. Ostentum a Jove missum, secundum vota Agamemnonis, confirmat animos Achivorum. Nuncupatur vero ὁ αἰετός, τελειότατος πετεηνῶν, vel quia (ἐντελῆ σημεῖα) *auguria certissima* præbet, vel quia inter volucres princeps est. Sch. br. Certe Jovi sacratur κατ' ἐξοχήν. Hinc Virg. *Jovis ales,* et Pind. εὕδει δ' ἀνὰ σκάπτῳ διὸς αἰετός.........ἀρχὸς οἰωνῶν. Py. 1. 10—13. Callim. H. ad Jov. 68. vocat, μέγ' ὑπείροχον. Et in Nost. iterum, φ', 253. κάρτιστος πετεηνῶν. Subjicit de etymo Sch. nomen (αἰετός) ortum fuisse non παρὰ τὸ ἀΐσσειν, ἀλλὰ παρὰ τὸ ἐτεὸν δηλοῦν, ὅ ἐστιν, ἀληθές. (250). ἔνθα, etc. *Ubi Panomphæo Jovi sacra facere mos fuit Achivis.* πανομφαῖος, augurii omnis auctor, unde orta πᾶσα ὀμφή, i. e. vox divina, *vaticinium.* Sic sup. β', 41. θείη ὀμφὴ dicitnr vox quæ oracula Jovis pandit, ἡ θεία κληδών. Sch. br. Hinc fatidici adpellantur, ὑποφῆται διός, notante Eustath. Materies tota præsagiendi ad Jovem

respicere auctorem innuitur sup. α', 63. De usu solenni τοῦ ῥέζειν v. ῥέζεσκειν (τὰ ἱερὰ scil.) jam antea dictum supr. α', 444. Illustratur ellipsis ex Eclog. 3. 77. Adde Georg. 1. 339. Aen. 8. 188. Horat. Carm. 3. 28. 1. "Festo quid potius die Neptuni *faciam?*" Consimiliter usurpatur ποιέω inter Atticos. Et in Pind. Py. 10. 51. sqq. κλειτὰς ἑκατόμβας θεῷ ῥέζοντας. ἔρδειν quoque apud Hesiod. Th. 417. (251). εἴδονθ', *pro comperto habebant augurium provenisse a Jove;* fuit enim τελειότατος, et ad aram ejus concidit. De omine bene Popius. Aquila Hectorem adumbrat, et hinnulus, ex unguibus evasus, exercitum Achivorum, quem jam fere ad internecionem persecutus erat Hector. Vacillant Clarke, Heyne, inter εἶδον et εἴδοντο. Hoc retinui. Lectionem quam, ut inducatur, dignam censet Ernesti, viz. ᾔσθονθ', manifesto est glossa scriptoris qui verum sensum assecutus est.]. Ad locut. μνήσαντο χάρμης, conf. sup. 174. ζ', 112. (253). ordines; ἔνθ' οὔτις Δαναῶν, πολλῶν περ ἐόντων, εὔξατο σχέμεν ἵππους πρότερος, πάρος Τυδείδαο, etc. (258). Respicias sup. ad 95. (259). στήθεσφιν. conf. ad γ', 452. in form. ὄρεσφι. (262). θοῦριν ἐπιειμένοι ἀλκήν, *acri fortitudine induti,* ad lit. Adfertur vs. sup. α', 149. ἀναιδείην ἐπιειμένε, *perditæ audaciæ* scil. Simplex ratio est designandi quantum fuerit in illis virtutis bellicæ. (263). ὀπάων, i. e. θεράπων, sup. ζ', 18. (264). Conf. ad β', 651. (266). παλίντονα. vertit Schrevel. secundum Sch. br. εἰς τοὐπίσω τεινόμενα, *arcus qui-retro-curvantur; resilientes, Clarke, Ern.* ἀγκύλα, v. εὐκαμπῆ, optimum videtur ut sit epitheton ornans cujusvis arcus tensi. Illustratur ex inf. 325, αὖ ἐρύοντα, ubi conf. Sch. br. τιταίνων, *tendens.* (268). ἔνθ' Αἴας μὲν, etc. *Tum scutum submovebat Ajax, sed heros, ille circumspiciens, postquam jaculatus aliquem in turba vulnerasset, hic equidem ibi collapsus vitam amittebat, ille vero* (Teucer) *regressus, infans veluti ad matrem, se submittebat ad Ajacem.* Ad verb. ὑπεξέφερε σάκος, Ernesti hæc; "*attollebat* scutum Ajax et *flectebat* ut sub eo, veluti sub testudine, staret tutus Teucer; unde mox: ὁ δέ μιν κρύπτασκε σάκει," etc. Sed nec se continuit Teucer intra tegmen clipei, sed paullulum progressus subinde jaculatur, ut constat ex 271. et inf. 374. sqq. ubi vulneratur a Hectore; nec potest ὑπεκφέρειν σάκος secundum ullam analogiam significare, clipeum *attollere.* Movebatur dextrorsum v. sinistrorsum ita ut prosiliret heros et identidem se reciperet. In v. 271 sq. pulcherrima habetur imago, πάϊς ὡς ὑπὸ μητέρα etc. Sollicitudo et amor, et quantum fuerit superior heros Telamonius, etiamsi nullo facinore edito, bene depinguntur. D. Dacier. in loc. (279). τόξον ἀπὸ κρατεροῦ, est locut. elliptica pro, βέλεσι, ἰοῖς, ἀπὸ τόξου κ. ut inf. λ', 476. ἔβαλεν ἰῷ ἀπὸ νευρῆς. Acceperim quoque ὀλέκοντα ἀπὸ, i.e. σὺν τόξῳ etc. nam τόξον, præter significatum usit. *arcus,* vertitur quoque, I. *sagitta,* ut inf. 296. φ', 502. Adde Xenoph. Pæd. 1. 2. & 1. 4. II. *pharetra* cum *telis* et *arcu,* ut inf. φ', 496. III. ipsam quoque *sagittandi peritiam,* ut supr. β', 718. τόξων εὖ εἰδώς. Conf. ad prim. Pind. Py. 8. 23 sq. ubi τόξοισι vertitur a Benedict. *sagittis.* * Ex hoc versu amplius corrigitur error versionis Wetstein. sup. η', 18. a Clarkio notatus. (281). Quantum diversa audit ex Agamemnone Teucer in Sophocl. Aj. Flag. 1255 sqq. ubi generis labem, τὴν νοθείαν, cujus hic mentio levissima, ex-

probrat. (282). αἴ κέν τι φόως etc. *Siquid forte luminis*, i.e. *gloriæ, Græcis afferas*. φῶς supr. ζ', 6. exponitur *salus, spes*. Alibi quoque *victoria*. Hic *gloriam* verto ob inseq. ἐϋκλείης ἐπίβησον. In v. 284. habetur aliud exemp. curæ eximiæ τῶν ἐξ ἀδμδουχήτων γάμων. Conf. sup. 70 sq. Teucer e regia stirpe Trojæ originem duxit. Sch. br. (285). τὸν, ἐϋκλεϊης ἐπίβησον, ad lit. *hunc gloriam conscendere facias*, i.e. *gloriæ participem reddas*. Locutio a Pindaro postea recepta in Isth. 1. 54 sqq. νῦν δ' αὖτις ἀρχαίας ἐπέβασε πότμος......εὐαμερίας. De signi-ficat. ἐπιβαίνω, *conscendere facio*, conf. infr. ι', 546. sup. ε', 221. Locutio ad Latinos transiit. (287). De epith. αἰγίοχος, conf. supr. β', 148. (289). πρεσβήϊον. τὸ ὑπὲρ τιμῆς διδόμενον δῶρον. Sch. br. γέρας, proprie, τὸ ὑπὲρ νίκης. (294). οὐ μέν τοι etc. *Haud equidem cesso, pro viribus saltem; sed ex quo tempore versus Ilium istos repulimus, ex eo quidem sagittis exceptos viros interficio*. ἐκ τοῦ δὴ, *ex illo usque ad præsens tempus*. Conf. de locut. δεδεγμένος τόξοισι, supr. ε', 228. δ', 107. (297). τανυγλώχινας. μακρὰς καὶ ὀξείας γωνιάσεις ἔχοντας, ὅ ἐστιν, ἀκίδας, (*sagittæ cuspides* v. *hamos*). Sch. br. (300). ἀπὸ νευρῆφιν ἴαλλεν, *a nervo emisit*. Dicitur pro, ἀπὸ νευρῆς, et de paragoge (φι) vid. supr. δ', 452. Notatur vis τοῦ ῥά in Hoogev. XI. 491. eadem ac si junctura esset, εἶπε μὲν......ἴαλλε δὲ etc. (306). μήκων δ' ὥς etc. Vertas; *quemadmodum papaver caput in-alteram-partem demiserit, quod in horto sit fructu gravata vernisque imbribus, sic se inclinavit in-alteram-partem casside gravatum caput*. μήκων δ' ὥς, pro, ὡς μήκων, notatur ut *anastrophe* a Sch. br. In errorem incidit vers. Lat. vulg. in 308. nam ἠμύω est ex intransitivis. Conf. supr. β', 148. Similitudine nequit ulla esse venustior; imitationes exornatas conf. in Apollon. Argon. 3. 1399 sqq. Virg. in morte Euryal. 9. 435 sqq. Ex ambobus mutuatus Ariosto, Orland. Fur. st. 153. *Come purpureo fior languendo muore, che il vomere al passar tagliato lassa, o come carco di superchio umore il papaver ne'l orto il capo abbassa, cosi* &c. (314). ὑπερώησαν. sup. 122. (316). πύκασε φρένας, Conf. supr. v. 124. (321). σμερδαλέα ἰάχων. Repetita habetur obs. Clarkii quæ minime constat. Vid. δ', 456. (325). Vertas; *Illum vero retro ducentem nervum ad humerum aspero saxo percussit Hector, illic ubi junctura cervicem a pectore dirimit* etc. De verbis μάλιστα δὲ καίριόν ἐστι, conf, sup. 84. (328) ῥῆξε δέ οἱ νευρήν, in eodem sensu ac ῥῆξε τένοντε, sup. ε', 307. ubi conf. (331). περίβη. Ad lit. *gradiendo circum protexit*. De vi vocis conf. ad ε', 21. (335). Dicitur ἂψ δ' αὖτις, nam Achivi, augurio freti, animos recuperaverant, sup. 252. et Diomedis fortitudo Teucrique spem adtulerant. In v. 336. constructio est; οἱ (τρῶες scil.) ὦσαν ἀχαιοὺς ἰθὺς (διὰ) τάφρου. In 337. verte σθένεϊ βλεμεαίνων, "*viribus ferociens*, ut vox ducta sit ἀπὸ τοῦ βρέμειν." *Heyne;* unde Lat. *fremere*. Vertitur et in Lat. vulg. *præ ferocia truces-oculos-circumferens*, secundum etymon satis probabile, βλέμμα αἰνόν, *adspectus horribilis*. Leonibus proprie tribuitur sec. Eustath. (338). Ordo est; ὡς ὅτε τις κύων ἅπτηται συὸς &c. κατόπισθε (κατὰ) ἰσχία, κ. τ. λ. In 340. ἑλίσσεσθαι dicitur fera se subinde convertens ad impetum excipiendum. Bene porro exprimitur *ardor* bellicus Hectoris; sic Ajacis lente regredientis a pugna comparatio instituitur ab *asini indolentia* petita, a *muscæ ardore*

Diomedis; non abludit imago custodis apud Aesch. se *cani* similem prædicantis, ob *fidem* scil. et *diligentiam*; Agam. 3. In hujusmodi comparationibus non de *specie* quæritur, sed de *fide*, quantum inest imagini. Conf. Schütz ad loc. cit. (341). ὤπαζε, verte; *hung on the rear of.* (342). ἐφέβοντο, *fugiebant consternati.* (343). σκόλοπας. Vid. sup. ή, 441. (348). Sic Ductor Rutulus, Aen. 9. 57. *Huc turbidus atque huc Lustrat equo muros, aditumque per avia quærit.* Vox ἀμφιπεριστρωφᾶν exquisite designat summam audaciam qua Hector murum oppugnat; hac parte et illa, quoquoversum equos convertit aditum circumspiciens. Sch. B. Ven. In v. 349. si legatur γοργοῦς ὄμματ' ἔχων, bene convenit quod annotavi sup. de βλεμεαίνων, 337. Repperi quoque οἶματ' ἔχων ex mente Aristarchi, i.e. *furore Gorgonis præditus*, at Zenodoteam recepi. Conf. Ernest. in loc. et sup. β', 356. Sana lectio quoque prior. οἴμημα est *impetus*, unde per syncopen οἶμα, observante Eustath. ad π', 752. Adde φ', 252. (353). ὑστάτιόν περ, vertas; *ultima saltem vice.* Sententia Ang. procedit: *Shall we not relieve the perishing Greeks, were it but for the last time?* Sic in Od. ύ, 119. νῦν ὕστατα δειπνήσειεν. Hic et in ά, 232. accipio ὕστατα et ὑστάτιον in eodem sensu. [Vertit Wetstein. *in extremo saltem eorum casu*, cui adstipulantur editt. pleræque. Viam sternere videtur Sch. br. ἐξ ὑστέρου, unde Schrevel. *ad extremum.* Restat altera quam in edit. Heyn. observo, nempe, *in novissima saltem pugnæ parte*, sed primam teneo.]. (354). Conf. sup. 34. οἵ κεν δὴ ὄλωνται, Ang. *who are now on the verge of ruin.* (355). ῥιπή in primo sensu est *impetus rei quæ projicitur*, deinde, *ictus quem infligit projecta et accidens res.* Dictio bene exprimit vim bellatoris ingruentis, quæ ad motus velocissimos exhibendos plerumque adhibetur. Excutias seqq. sigillatim; [*Flammæ* et *lucis* progressus exhibetur; ῥιπὴ πυρός. Il. φ', 12. Apollon. ῥιπαὶ ἄστρων παμφεγγεῖς. Sophocl. iterumque in Œdip. Col. 1248. νυχίαι ῥιπαί. *Procellæ, venti*; ὠκείας τε ἀνέμων ῥιπάς. Plut. ex quodam poëta. Pind. Py. 9. 85. *Undarum*; ὠκυπόρους κυμάτων ῥιπὰς ἀνέμων τε. Ibid. 4. 345. sq. Conf. Nem. 3. 102. Apoll. Arg. 1. *Alarum*; αἰθὴρ δ' ἐλαφραῖς πτερύγων ῥιπαῖς ὑποσυρίζει. Aesch. Prom. 126. et Agam. 902. Schütz. *Lapidis* projecti; Od. θ', 192. Il. μ', 462. λᾶος ὑπαὶ ῥιπῆς. *Telorum*; βελέων ὑπὸ ῥιπαῖσι. Pind. Nem. 1. 102. in Nostro, π', 589. Denique *Fulminis*; Conf. eximiam similitud. ξ'. 414.]. (355). ὁ δὲ μαίνεται etc. conf. sup. έ, 831. *Nec amplius tolerari potest furor ejus, jamdudum multa inferentis mala.* (358). καὶ λίην οὗτός γε etc. *et omnino jamdudum iste fuisset interfectus, ni pater meus insana mente prohibuisset,* &c. λίην pro πάνυ.. Voculæ γέ vis est μάλιστα. οὗτός γε, *ille præsertim.* Conf. Xen. Pæd. 3. in Hoog. 101. xiii. In v. 360. φρὴν οὐκ ἀγαθή est *inimica, adversa*: ut πλαγίαι dicuntur φρένες impiorum in Pind. Isth. 3. 8. Sensu pari dicitur apud Romanos *mens læva* quæ vel mala intentat vel imprudens non perspexerat. Conf. Virg. Bucol. 1. 16. (362). Mythus quem jam attingit poëta de laboribus Herculis et Cerberi abreptione notissimus est. Rem narrat Sch. br. et profert Homerus ut jamdudum satis cognitam. Bene notat Heyne similitudinem inter 364, 365. et sermonem Hebraicum. (366, &c.)

εἰ γὰρ ἐγώ etc. *At si ego hæc scivissem.* De forma antiqua ᾔδεα unde recentiores Dor. et Att. vid. supr. ά, 70. In v. 367. obvia est ellipsis pro εἰς (δώματα) ἀΐδαο, quæ frequentissima est inter Græcos et Latinos. Sic supra ζ′, 378—79. ἤε πη ἐς γαλόων κ. τ. λ. πυλάρτης, epitheton "occulentis firmiter et coagmentantis (συναρμόζοντος) portas, ne quis rediret." *The jailor Pluto.* Occurrit tritissimum illud Aen. 6. 127. Conf. quæ habet Pausan. Arcad. VIII. 18. de v. 369. (370). στυγέει, non *odio prosequitur*, ut alias, sed, *me posthabita Thetidem colit.* Invisa Jovi prædicatur Minerva quatenus ab eo consilia ejus irrita redduntur. De promisso ejus Thetidi, conf. ά, 495, sqq. (371). Ad misericordiam excitandam scil. vid. ad ά, 500. (373). *Veniet tempus quando rursus gratiam inire enixe cupiet.* (375). διὸς δόμον. Sic supr. έ, 734. πατρὸς ἐπ' οὔδει κ. τ. λ. ὄφρα......θωρήξομαι, *dum ego armis instruar.* De junctura diversa τοῦ ὄφρα passim observant Grammatt. sic h. l. ὄφρα ἴδωμαι, *donec videro*, v. *ut videam.* (377 etc.) εἰ γηθήσει, num *conspectu nostro lætabitur.* Conf. Aen. 6. 392. *Nec vero Alciden me sum lætatus euntem accepisse*, &c. i. e. magnopere dolebam. Sup. ά, 330, οὐδ' ἄρα τώ γε ἰδὼν γήθησεν, i. e. magnopere aversatus est. Respice ad έ, 767. et infr. 381. Reliqua constructio est; εἰ γήθησει, νῶϊ προφανεῖσα ἀνὰ γεφύρας πολέμου, i. e. *nobis apparentibus*, nam sæpe et cæteri casus, præter genitivum, in statu absoluto ponuntur, ut supra ostenditur, ζ′, 479. [Ex vestigiis Zenodoteæ lectionis proponit Heyne, προφανέντε ἰδὼν ἐς δοῦπον ἀκόντων, quæ et doctior est et hiatum tollit; nam scriptio vetusta erat Fιδων. Fuse porro ostenditur dici posse προφανέντε etiamsi de *deabus* sermo sit, in not. Clarkii ad έ, 778. Conf. infr. 455. De crisi versus adi Heyne, Obss. pp. 481—483. προφανείσα, *Wolfe*). (379). ἤ τις, *quidam certe;* vel innuit plurimos (τοὺς πολλούς) Trojanorum interfectos fore, ut sup. β′, 388. ἱδρώσει μέν τευ etc. vel Hectorem ipsum, quem præcipue odio prosequitur. (381—396). Conf. ad έ, 719—752. (400). οὐ γὰρ καλά, etc. *non enim commode*, i. e. *maximo earum periculo, congrediemur in prœlium;* κακῶς συμβάλοιμεν ἂν ἐν μάχῃ. Ad minas respicit, sup. 10 sqq. Locutio obvia est sup. ζ′, 326. δαιμόνι', οὐ μὲν καλὰ, etc. *parum decenter.* Conf. supr. 377. (402). Notes transitum ad 2m. personam γυιώσω μέν σφωϊν etc. ut supr. δ′, 305. Minaci convenit figura. De γυιώσω, Etym. Magn. βλάψω, χωλώσω. κυρίως τὸ τὰ γυῖα, τουτέστι, τὰ μέλη, βλάπτειν. Hinc ἀπογυιώσῃς, *enervaris*, sup. ζ′, 265. (404). *Nec decem volventibus annis vulnera sanabimini quæ fulmen inflixerit.* Notatur usus ordinalis δέκατος pro numerali δέκα. Laudatur exemp. Aesch. ἕπτα, 125. πύλαισιν ἑβδόμαις. Constructio est; οὐδὲ ἀπαλθήσεσθόν κεν (κατὰ τὰ) ἕλκεα κ. τ. λ. (408). ἀεὶ γάρ, &c. Ang. *For it is ever her custom to counteract my purposes.* Synonyma cum ἐνικλᾶν (ἐγκλᾶν) sunt sup. 8. διακείρειν: supr. 373. εἶναι ἀπερωεύς: "Proprie de hastis in clipeo ex jactu fractis; ut bene Sch. A. Ven. Eustathius tropum ducit a plantarum caule vel flore fracto. Optime illustres per κολούειν, ut ύ, 370." Heyn. Obss. pp. 486, sq. (408). ἀελλόπος. aliter ποδήνεμος ὠκέα Ἶρις, β′, 786, &c. *procellipes Dea.* Epitheton eximie ornans est et dicitur frequentissime de equis. Conf. Nost. H. ad Ven. 218. Pind. Py. 4. 32. Nem. 1. 6. Sophocl.

Œdip. R. 467. Apollon. Arg. 1. 1158. Affinis est. Virg. *alipedes* Aen. 7. 277. (411). πύλῃσι. Conf. sup. 58. (412). σφ' pro σφί, σφίσι. (415). εἰ τελέει περ, non dubitantis sed affirmantis; *siquidem ea certe perficiet.* Sic sup. 401. τὸ δὲ καὶ τετελεσμένον ἔσται. De vss. a 416. ad 422. conf. sup. 402 sqq. (423). Junonem adloquitur; *At Tu, o teterrima, perditæ audaciæ, si revera audebis hastam contra Jovem attollere*—malo tuo fiet. Quæ reticentur, minas, ut sæpius fit, complectuntur. [Miror Ernestium vertentem; *At tu profecto audacissima et ferocissima sis, si revera vis,* &c. quod est vim sententiæ prorsus tollere.]. (428). οὐκέτ' ἔγωγε, etc. *Nec amplius mortalium caussa nos contra Jovem bellum gerere sino. Horum pereat hic, vivat ille, prout cuique sors evenerit; ille vero quæ sua sunt cogitans in animo, de Trojanis et Danais constituat, ut æquum est.* Prætulerim δικαζέτω κατὰ τὰ ἃ φρονέων ἐστι, nam Homerus vix unquam articulo præpositivo utitur. Dedi supra versionem Wetstenianam. De locut. οὐκ ἐῶ, *valde dehortor,* conf. β', 832. Consimiliter in Herod. Euterp. 30. θεοὺς πατρώους ἀπολιπεῖν οὐκ ἔα, etc. et pass. apud Nost. (435). ἐνώπια, i. e. τοὺς ἐξ ἐναντίας τῶν εἰσιόντων τοίχους, unde nomen. Sch. br. παμφανόωντα, *splendentia.* In parietibus ornandis summa opera usi sunt veteres. Conf. descript. in Odyss. η, 85, 86. (440). τῷ δὲ καὶ, etc. Connectunt voculæ cum v. 433. supr. et suum Jovi ministerium est. (441). In opt. editt. ἂμ βωμοῖσι, sec. lectionem Aristarcheam. Sic, πὰρ Ζηνί, πὰρ δύναμιν, ἀν πεδίον etc. In edit. Barnesii video, γρ. ἀμβωμοῖσι, quod tuentur Clarke, Ernesti, Schrev. βωμός erat basis super quam imponebant currus. Designat etiam *altare*, pass. λῖτα, *linteum.* [Est quoque λίς *lævis*, in Odyss. μ', 64. λεία καὶ ὁμαλή, Sch. br. Sed cum incremento *brevi.* λῖς *linteum*, erat primo λίνς, λιντός, et contracte λῖς, λῖτος etc. cum incremento *longo.* Forma exstat in voce Latina. Obvia est quoque λῖς *leo*, inf. ό, 275. λ', 480.]. (443) Conf. sup. α, 530. (444). διὸς ἀμφίς, *a Jove seorsum*, ut sup. ά, 349. διὸς ἄφαρ. Sic Odyss. π', 267. ἀμφὶς φυλόπιδος. (448, 449). σὺ μέν......κάμετόν γε. Sarcastice effertur vocula γέ. τοῖσι κότον αἰνὸν ἔθεσθε, *contra quos odium acerbum suscepistis.* "Attici, διατίθεσθαι ἐγκότως. Conf. Aesch. Prom. 162. ἐπικότως ἀεὶ θέμενος νόον. Infr. ί, 625. Achilles ἄγριον ἐν στήθεσσι θέτο μεγαλήτορα θυμόν". *Heyne.* (450). παντῶς etc. *Non me verterint omnino, quæ sunt meæ vires, quotquot Dii in Olympo sunt; vestra vero membra prius subiit pavor quam pugnam videritis,* &c. De χεῖρες ἄαπτοι, Conf. ά, 567. τρέψειαν, in sensu accipio νικήσειαν ἄν. Vid. Sch. br. Dicit ὅσοι θεοί etc. quasi id a duabus minime expectandum quod una omnes efficere nequeunt. (454). Ante hunc versum deficit per aposiopesin sententia; *Sed prudenter egistis a pugna regressæ*, vel quid simile. (455). Habetur hic πληγέντε, ut supr. in quibusd. codd. προφανέντε, etiamsi de *deabus* sermo sit. [Hoc, quod censuit Dawes, Misc. crit. p. 258. Lips. in *pluralibus* solum inveniri, docet Burgess. ad *singulares* quoque extendi. Conf. Aristoph. Eccles. 512. et auctores cit. p. 405.]. (457). ἐπέμυξαν. δ', 20 sqq. (463). Conf. sup. 32 sqq. σθένος οὐκ ἀλαπαδνόν, i. e. *invictissima.* sup. 400. In v. 32. habetur, σθένος οὐκ ἐπιεικτόν. [466-7-8.] Respuit Ernesti ex fide M. S.

Lips. et ut temere translatos a loc. citat. supr. 35 sqq. Notantur ut spurii a Wolfe. nec in Sch. br. memoratos observo. Adi Obss. Heyn. p. 497.]. (470). ἠοῦς subaud. γιγνομένου, vel supple, καθ' ὥραν ἠοῦς. σημαίνει δὲ τὸ αὔριον. Sch. Ven. Sic Sch. Vict. τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ. καὶ μᾶλλον.........ὀλλύντα, *etiam majore studio perdentem.* (473). πολέμου ἀποπαύσεται. Conf. sup. ή, 29. ναῦφι, i. e. ναυσί. Sup. δ', 452. Sequentes duo versus proculdubio adscititii sunt, ut perpendenti constabit. Glossa sunt manus serioris, et inter ἀθετούμενα. Sch. Ven. (477). θέσφατον. ratum est jamdudum et a fatis constitutum; est βουλὴ Διός, ά, 5. Hoc ob promissum Thetidi datum de ulciscendo Achille, ά, 528. σέθεν δ' ἐγὼ οὐκ ἀλεγίζω, etc. quod infr. οὔ σευ ἔγωγε σκυζομένης ἀλέγω, *iram, indignationem tuam nihili pendeo.* Profitetur vero Junonem nil effecturam etiamsi hostes acerbissimos, Titanes, ad suas partes tuendas excitarit. Convenit regio quæ hic describitur, *Solis inaccessa radiis*, ei quæ in Orphico hymn. ad Tit. memoratur; τιτῆνες......οἴκοις ταρταρέοισι μυχῷ χθονὸς ἐνναίοντες. Vid. et Apollod. I. Hymn. in Apoll. 335 sq. De Tartaro, vid. sup. 13. Contra beatorum sedibus in Pind. Ol. 2. 109. noctu et die Sol lucem præbet. (490). ποταμῷ ἔπι δινήεντι, *juxta amnem* (Scamandrum scil. qui et alibi δινήεις prædicatur; conf. et inf. 560.). ἐνί quoque admitti potest, ut in quibusd. exemplaribus, at non, ut Ernestio placet, præferendum. (495). πόρκης. Cf. ζ', 390. (497). Oratione insequenti convivium apparari, ignes accendi, excubias agi monet Hector. Notandum est Trojanos extra urbem pernoctare; hoc præter morem arguitur collato ή, 310. Rationem subjicit Hector, ne forte Achivi spe destituti fugam noctu capessant, 510. (500). τὸ νῦν ἐσάωσε, etc. Ang. *which hath now been the chief means of preserving the Greeks;* quasi demum nocti potius quam virtuti dandum quod sospites evaserint. (504). ὑπολύσατε ἐξ ὀχέων. Sic infr. 543. (510). διὰ νύκτα· ἀντὶ τοῦ, διὰ νυκτός. Sch. br. Discrepant vero formulæ. Siquidem prior significat *per noctem*, altera potius *ope noctis.* Ang. verteris, *under cover of the night.* (512). ἀσπουδί· ἄνευ κακοπαθείας, —ἄνευ πόνου. Sch. br. Vis præterea inest τῷ γέ. Ang. *That they may not embark at least unmolested and at their ease.* (513). βέλος πέσσῃ, ad lit. *telum concoquat;* at sensus est, *vulnus quod domi curet, habeat.* Sic Sch. br. καὶ μέχρις οἴκου κατάσχοι τὴν πληγήν. De signiff. τοῦ πέσσειν, conf. β', 237. Exponitur τὸ βέλος per τραῦμα, πληγήν. Magis etiam poëtice si intelligas *dolorem* vulneris qui sub eadem imagine adumbratur infr. λ', 269. et frequentissime in sacra poësi. (514). ὀξυόεντι· conf. έ, 50. (515). Ductor vaniloquus Achivos exhibet non ἐπιβαίνοντας, sed impetu irruentes, ἐπιθρώσκοντας, nulla postmodum spe relicta. Addit porro vocabulum ἐναργές, στυγέησι— *ut horrescat alius*, &c. infausto exitu hujus belli perterritus. (519). λέξασθαι, *excubias agere.* λέγειν, ἐκλέγειν, *seligere, numerare, in ordine disponere*, vel ad *somnum* vel *excubias;* hinc λέγεσθαι, *sese ad tale quid agendum parare.* Conf. supr. β', 125. infr. ί, 67. Od. δ', 451. ώ, 108. De epith. θεοδμήτων, conf. supr. ή, 452. sq. (520). θηλύτεραι γυναῖκες. "*Imbecilliori sexu fœminæ.*" Sic apud Soph. Trachin. 1070. (1064, ed. Brunck), γυνὴ δέ, θῆλυς οὖσα, *fœminea vis, fœminea manus*, vertente Cicerone". *Clarke.* Adde Od. λ', 385. 433. ό, 421. ύ, 166. ώ,

201. Hesiod· ἀσπ. 4. 10 etc. Accipit Heyne ut epitheton otiosum, ornans tamen in prisco sermone et usu frequentato, ut παρθενικαι κόραι pro παρθένοι. Obss. p. 504. T. 5. De comparativo θηλυτέρα bene disserit Scheid. in Lex. Etymol. Lennep. (524). Ordines; ἔστω μῦθος εἰρημένος, ὃς μὲν νῦν (ἐστι) ὑγιής, ἀγορεύσω δὲ τὸν, ἠοῦς (γιγνομένου), (ὑγιῆ ἐσόμενον) κ. τ. λ. et vertas; *dictum (ratum) sit consilium quod nunc utilius est; quod crastino die maxime e re fuerit, proferam inter Trojanos.* Diversa ratione et hyperbato valde inconcinno Eustathius, ὁ μὲν λόγος, ὃς νῦν εἰρημένος ἐστιν, ὑγιὴς ἔστω. (527). κύνας κηρεσσιφορήτους, *malo fato huc advectos.* Glossa metrica subjicitur in v. inseq. qui haud dubie adscititius est, nec meminit Sch. brev. qui exponit epitheton. Obstat porro etymo quod Suidas adfert; κηρεσσιφορήτους......τοὺς τὸν θάνατον φέροντας, ut τειχεσιπλήτην, τὸν τὰ τείχεα πλήττοντα. Quantus error hic est, vid. sup. ε, 31. (529). Censet *Clarke* ἡμέας contrahi in ἡμᾶς, ne metro obstaret, reclamante *Ernesti* in not. ad κ', 211. formam enim tertiæ declinationis qualis est ἡμέας, ultimam corripere. "Aliud est quod de versu moneas: repugnat sententia consilio Hectoris, et supra memoratis; non enim, ut *se* custodiant *ipsos*, custodias facere Trojanos jussit Hector, sed ut *hostes* observent abituros. Videtur scriptum fuisse ἡμέες. φυλάξομεν ἡμέες αὐτούς, *nos per noctem observabimus ipsos*". Heyne. Obss. pp. 507 sq. Satis se commendat conjectura. (530). Ordo; θωρηχθέντες, ἐγείρομεν σὺν τεύχεσιν ὀξὺν ἄρηα etc. Si abesset (σύν) constructio foret cum θωρηχθέντες, ut supr. ε, 737. θ', 376. 388. Hoc recte monet *Clarke.* Video in not. Sch. br. juncturam ὑπὸ πρωΐ, id quod lectionem fortasse genuinam restituet, πρωΐ δ' ὑπ' ἠοῖοι. Hoc saltem monet Heyne e vestigiis vett. grammatt. et addit usurpari ὑπηοῖος ut παννύχιος· *nocturnus* et *matutinus*, pro *noctu* et *mane.* Erat scil. nominat. antiq. πρώς, πρωός. (535). αὔριον ἣν ἀρετὴν διαείσεται, *cras suam virtutem perspectam dabit*, ut bene Lat. vulg. Exponit Sch. br. γνωρίσει, minime perspecta scil. mediæ vocis significatione. Melius διαγνώσεται, media forma, cujus vis est, *virtutem faciet-se-videre.* (538 sqq.). εἰ γὰρ ἐγὼν ὡς etc. Ad sensum verte; *utinam immortalitatis et perpetuæ juventutis adipiscendæ æque certus essem ac crastinum diem fore Achivis exitialem.* Notes usum τοῦ εἰ, pro εἴθε, ut sup. γ', 180. ex conjectura Schutzii. (543). ζυγοῦ ὑπέλυσαν, ut supr. 504. Recte confert Clarke, ὑπελύσαο δεσμῶν, α', 401. et vertit, *loris subtus solutis expedierunt.* (548). κνίσσην, nidorem vel ex victimis vel carne assata quæ memoratur sup. 545. De versibus qui ab Aristarcho inferebantur et quæ in suam edit. receperat Wolfe ex Plat. Alcib. II. D. 149. adeas not. Clarkii. Uncis inclusit Wolfe qui defendit in Prolegomenis. Ernesti quoque, Barnes, Aristarchi auctoritate freti. Improbat vero Heyne qui et satis validas rationes adfert. Vid. Obss. 511—513. Vss. sunt; ἔρδον δ' ἀθανάτοισι τελήεσσας ἑκατόμβας, κνίσσην δ' ἐκ πεδίου ἄνεμοι φέρον οὐρανὸν εἴσω ἡδεῖαν· τῆς δ' οὔτι θεοὶ μάκαρες δατέοντο, οὐδ' ἔθελον· μάλα γάρ σφιν ἀπήχθετο Ἴλιος ἱρή, καὶ Πρίαμος, καὶ λαὸς ἐϋμμελίω Πριάμοιο. (549). ἐπὶ γεφύρας. nimis laxe, ne dicam prave, Lat. vers. *secundum bellicos ordines.* Explicatur locut. sup. δ', 371. Conf. et supr. 378. (553). Vss. summo nitore exornatos multi vel imitati sunt vel transtulerunt vates. Conf. præsertim Lucret. 3. 13. *Sine nubibus æther integer, et large*

diffuso lumine ridet. Addas 1. 9. et exempla ibi allata a Wakefield. νήνεμος αἰθὴρ exponitur "placatum cœlum" in loc. postremo: "blanditum serenum" in Anthol. Burman. VI. 90. Observandum venit hosce vss. 553, 554. uncis a Wolfio inclusos, haud dubie quia insititii ex π′, 299, 300. (556). τόσσα etc. desideratur vox correlativa ὅσα supr. 551. Ad normam procedere debuit syntaxis; ὅσα δὲ ἐν οὐρανῷ ἄστρα φαίνεται......τόσα πυρὰ φαίνετο ἰλιόθι πρό etc. (563). (ἐπὶ) σέλα πυρός. Locus porro classicus est in definiendo numero Trojanorum et sociorum. De pabulo equorum v. 560. Conf. έ, 196. In v. 561. notat Clarke; "potuisse dici, ἔμιμνον εὔθρονον ἠῶ. At longe venustior est Spondæus iste, ad longinquam auroræ expectationem, et spem arduam, noctisque impatientem". Dubito an argutius quam verum, et præterea valde invenustus foret ille alter, quem memorat, versus. Princeps vero argutatorum est facile Scholiasta qui ad v. 555. "pulpamentum quærit"; ποιμὴν, εἶπεν, ἀντὶ τοῦ βουκόλος. διὰ νυκτὸς γὰρ οἱ βόες νέμονται!

NOTÆ IN LIB. NONUM ILIADIS.

[ἐπιγραφή.] Trojanis excubias agentibus, Achivi noctem inter curas et sollicitudines exigunt—Agamemnon, salute desperata, convocat concionem et discessum suadet—28. A turpi incepto dehortantur eum Diomedes ac Nestor qui excubias disponere ac corpus cibo recreare jubet—79. Utrumque rex exsequitur—91. Epulis factis, consilium, hortante Nestore, initur de placando Achille—113. Ipse Agamemnon illi, si iracundiam suam remiserit et intactam Briseidem et eximia dona promittit—161. Mittuntur viri a Nestore delecti, Phœnix, quem Achilli pater rectorem juventæ addiderat, Ajax Telamon. Ulysses, duo caduceatores—184. Legatos amice excipit Achilles, sed eorum, quamvis accuratas, graves, blandas orationes, et omnia Agamemnonis promissa aspernatur; præterea Phœnicem apud se retinet, cum eoque in patriam propediem se rediturum minatur—668. Discedunt legati, Ajax et Ulysses, et audita renuntiant Achivis—691. Ceteris perculsis Diomedes animose, ut in posterum diem prælii fortunam experirentur, suadet—713. W. H.

¶. Notandæ ἐπιγραφαί in Editt. ἀπόπειρα, πρεσβεία ἢ λιταί. Prior improprie tributa, nam consilium quod aperit Rex infr. 26 sqq. spe destitutus profert, non ad *tentandos* animos ut in lib. II. πρεσβεία apponitur ob legationem quam suadet Nestor 165. λιταί, ob eximiam

allegoriam infr. 502 sqq. vel fortasse quia supplices legati adeunt Achillem. Nec de arte silent Critici qua tota contexitur series orationis. Nihil est quod mentem movere potest, vel affectum concitare, nihil rhetoricæ virtutis, quod non perspectum et in hoc libro elimatum judicarint. Jure hinc additum Eustathii illud, ἐναγώνιος ῥαψῳδία. et laudes Quinct. 10. 1. 47. Lectoribus quoque jamdudum inter cædes fragoremque armorum versantibus adspectus propior, plenior cognitio impertitur illorum quorum vel facta elucescunt clarissima vel mens sapientior. Est adeo genus episodii quo ἱλαρύνεται τῆς ποιήσεως ἡ σκυθρωπότης, καὶ ἀπονιψαμένη τοῦ λύθρου.........διεγέλασεν. Eustath. ζ, 104.

(2). θεσπεσίη. bene vertitur, *divinitus-immissa*, ex superiore lib. 336. collat. cum 133. In Nem. Pind. 9. 64. haud absimiliter φόβοι δαιμόνιοι, versionem parem in Benedict. consequuti. Possit quoque accipi epitheton ut ἱερός sæpe, ad rei immanitatem exprimendam, vel speciem insolitam. Conf. β', 57. Dicitur porro φύζα, *pavor*, esse comes et (ἑταίρη) τοῦ φόβου, ob trepidationem qua hac, illac discurritur. Sic nuncupatur ἔρις, comes et assecla Martis, sup. δ, 441. Dicitur φόβος, κρυόεις, ob tremorem, quo quis velut frigore confectus, opprimitur. Bene Sch. br. φρικτός, i. e. φρικτοποιός, ut δέος χλωρόν, ή, 478. Occurrit quoque ί, 740. κρυόεσσα ἰωκή. (3). πένθεϊ ἀτλήτῳ, *dolore infando*. Nec temere. Res eo ccsserat ut jam de exitu prope desperatum sit, timebantque proceres ne de reditu statueretur. Sic additur infr. ὡς ἐδαΐζετο θυμός etc. i. e. ut bene rem attingit Eustath. incertis animis erant an bellum prosequerentur, an spe irrita, domum redirent. (4). Pulcherrima initur comparatio; *ut venti duo mare piscosum, ingruentes subito, exercent, Boreas ac Zephyrus, qui e Thracia spirant. Unda nigrescens simul in molem erigitur, multamque extra mare algam effundunt* (venti). Notandum est cum Wood (Essay p. 17) versum 5. Ionico poëtæ bene convenire, cui ad partes occidentales et septentrionales jacebat Thracia procellosa. Citat Clarke Strab. I. 49 (edit Ox. 42.), ad quem locum observat Falconer; "Pro respectu Troadis et Ioniæ, Thracia in medio inter Boream et Zephyrum jacet, ergo ἀνέμοι δύο πόντον ὀρίνετον. Posteri hunc ventum Thracicum appellaverunt, sed in Homeri sæculo quatuor nomina ventorum, non plura, agnoverunt." Conf. Strab. 1. 41. Ad v. 7. revocatur δ'. 426. κυρτὸν ἐὸν κορυφοῦται, *in apicem attollitur*. κόρθυς exponitur in Sch. br. *acervus*, unde quidam σωρεύεται, ut in versione expressi. (9—18). Agamemnon concilium principum convocat, reque infecta reditum suadet. Usurpatur vox βεβολημένος solita metaphora ut sup. v. 3. Bene Sch. br. emendante Wakefield; μεγάλῃ λύπῃ, ὥσπερ ὀϊστῷ, τὴν ψυχὴν βεβλημένος. Occurrit imitatio Pind. ἵκετ', ὀξείαις ἀνίαισι τυπείς. Nem. I. 81. Hinc in sermone Latino, *tela doloris*, ut Rutil. 1. 451. (11). κλήδην, *nominatim*; ὀνομαστί, Sch. br. ἄνδρα ἕκαστον, *quemque per se*. Silentio res agitur ne vel sui præ timore magnæ alicujus rei nimium trepidarent, vel a Trojanis, qui castris imminebant, res animadverteretur. Sch. Vict. et sic propemodum Sch. br. (14). ὥστε κρήνη etc. *ceu fons aquis niger qui de rupe inaccessa nigrum laticem fundit*. De similitudine hærent critici quippe a loco aliena, et tollit prorsus

Zenodotus. Vid. Sch. Ven. A. Locutiones vero metaphoricæ, δακρυῤῥοῦν νᾶμαι, πηγαὶ δακρυῤῥόοι etc. solennes, inter tragicos præsertim. Conf. Porson ad Phœniss. 381. Blomfield ad Aesch. Sept. 581. Manifesto transtulit Eurip. in Androm. 116. τάκομαι ὡς πετρίνα πιδακόεσσα λιβάς. δνοφερὸν ὕδωρ, i. e. σκιόεν, μέλαν. S. brev. Confert Riccius, Diss. Hom. I. p. 132. verba prophetæ in sacr. scriptt. Jerem. 9. 1. *Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum?* Conf. Addend. (17). Conf. cum β′, 110—118. 139—141. Prior ad tentandos animos habita est oratio, nunc vero ἐτεόν, μετὰ σπουδῆς alloquitur Achivos. De versu 19. supra adnotatur β′, 112. Censet Sch. Vict. regi in animo versari *somnium* quod a Jove missum spem vanam excitarat, β′, 6 sqq. Sed a Nestore res plenius expeditur, β′, 353. qui fausti nominis portenta memorat ad Aulidem facta. (30). ἄνεῳ. Conf. β′, 323. Obstupuerunt Achivi, quippe quibus nec salutis spes remanentibus, nec gloriæ si aufugerint. (32). σοὶ πρῶτα μαχήσομαι. De hoc usu verbi μάχεσθαι conf. ε, 875. Primum, inquit Diomedes, te increpabo inconsulte agentem, (idque) in concione, qua fas est; vel, pro eo quod in concilio facere conceditur, sententiis exquisitis. Sic scholia Vict. Br. Formula, ἣ θέμις ἐστί, obvia est supr. β′, 73. et diversa ejus expositio datur. Secundam teneo. (34). Notatur propria significatio τοῦ ὀνειδίζειν, *contemptum rei alicujus inducere.* Ang. *You were the first amongst the Greeks to upbraid me with want of courage, pronouncing me unfit for war,* &c. Diomedem admiramur, qui ipsa in re strenuus et minime omnium vaniloquus, nunc demum occasionem arripit ignaviæ aliorum objurgandæ. Sic supr. δ′, 370 sqq. crimina Agamemnonis minime retorquet, quin Sthenelum compescit, ibid. 412 sqq. nunc dextro tempore regi exprobrat impotentiam manus et consilii, quod sibi a rege antea vitio vertebatur. (35). ταῦτα δὲ πάντα, *hæc omnia,* (an vera sint), *sciunt Achivi,* i. e. *quam nullis nixa rationibus.* Conf. supr. θ′, 154, sqq. (37). Comparationem init; imperium profert et fortitudinem bellicam; hanc alteram eamque potiorem sibi ipsi vindicat, alteram Agamemnoni concedit. σοὶ δὲ διάνδιχα δῶκε, *e binis alterum tibi dedit.* Sup. α′, 189. Illustratur vs. ex Od. θ′, 63 sq. δίδου δ' ἀγαθόν τε κακόν τε, ὀφθαλμῶν μὲν ἄμερσε, δίδου δ' ἡδεῖαν ἀοιδήν. In v. 39. spectantur caussæ et fundamenta imperii secundum placita ævi heroici, corporis vigor, animi fortitudo: *atqui verum principatum facit fortitudo—ea in te non est.* Conf. not. Heyn. (40). δαιμόνιε! *malo numine afflate!* Conf. β′, 190. ζ′, 407. Obliqua porro irrisio est in verbis, οὕτω που μάλα ἔλπεαι· vis voculæ præsertim debita; q. d. *do you, in sooth, so confidently believe us to be the cowards you say we are?* Cf. κ′, 105. (42). ἐπέσσυται, *ardore concitatur.* (43). πάρ τοι, i. e. πάρεστί σοι, *via adest.* (45). ἀλλ' ἄλλοι μενέουσι......διαπέρσομεν. Notatur personarum mutatio, id quod in oratione concitata usu plerumque venit. Sic supr. δ′, 305. est anacoluthon in personis, et simile affert Mathiæ ex Isocr. Panath p. 251. Conf. G. Gr. § 610. Ob. 2. (45). μενέουσι, *manebunt.* In hoc et insequenti versu exempla habemus duplicis formationis futuri a forma primitiva in—έσω. I. μενέω, eliso (σ), et exinde iterum μενῶ, περσ-

πωμενᾶς. II. διαπέρσω, eliso (ι), quod vulgo effertur formæ Aeolicæ. Vid. de hac re fusius disserentem Mathiæ, de form. fut. § 174 sqq. (46). εἰσόκε περ. Notes usum particulæ, ut dicunt Grammatt. ἀοριστολογικόν, quasi dicat, *quamdiu stabit Troja, nos manebimus*. Reliqua oratio minus absoluta est: εἰ δὲ καὶ αὐτοί (ceteri Achivi) θέλουσι φεύγειν, φευγέτωσαν. φευγόντων pro φευγέτωσαν est ellipsis quæ postea in Atticismum est recepta, et attingitur a Sch. br. ἔστωσαν τῶν φευγόντων. Sic supr. θ', 517. (48 sqq.). Laudatur Cæsaris illud; "Si præterea nemo sequatur, tamen se cum sola decima legione iturum dicit." B. G. 1. 40. σὺν θεῷ, *annuente deo, auspiciis divorum*. Pari modo Pind. Ol. 8. 18. πολλαὶ δ' ὁδοὶ σὺν θεοῖς εὐπραξίας. quod aliter variavit, Ol. 10. 25. σὺν θεοῦ παλάμῃ. Similia sunt, σὺν δαίμονι, λ'. 791. πειθόμενοι τεράεσσι θεῶν, δ', 408. Maronis, *auguriis agimur divûm*. Aen. 3. 5. Omina, ὅτ' ἐς Αὐλίδα νῆες Ἀχαιῶν ἠγερέθοντο, sup. β', 303. et vaticinia augurum fortasse hic respiciuntur. (50). Conf. sup. η', 403. De voc. ἀγασσάμενοι, ibid. 404. (53). Orationem Diomedis et consensum qui eam secutus est veritus Nestor ne Agamemnon male exciperet consilium moderatius profert. Et primo blande Diomedem adloquitur ne ea vituperii loco ferociens juvenis acciperet quæ publicæ rei commodissima existimaret. (54). ἔπλευ, *soles esse*. Respice ad α', 418. β', 480. (55). οὔτις ὀνόσσεται. *nemo vituperarit*, i. e. *magnopere laudibus extulerit*. Formula est jam sæpius notata. ἔνθα κεν οὐκέτι ἔργον ἀνὴρ ὀνόσαιτο, *maxime comprobaret;* δ', 539. Inf. 61 sq. οὐδέ κέ τίς μοι μῦθον ἀτιμήσει, *nec poterit aliquis non summo consensu consilium meum prosequi*. De hisce jam antea notavi. Porro mirabiliter fictam orationem habemus; "Præstantissima est oratio tua, nec quisquam contradicet (πάλιν ἐρέει); sed nondum omnia elocutus es quæ rei communi commodo esse possint. Nec mirum; juvenis equidem es ætate parum provectus, unde prudentiam magis miror et in dicendo gravitatem." (56). οὐ τέλος ἵκεο μύθων. "Nondum ad finem pervenisti; bene egisti reditum dehortatus, de modo vero et ratione exsequendi silebas." τέλος h. l. est *finis quem consilio aut opere aliquo assequi studemus*. Damm. Lex. Hom. (61). πάντα διΐξομαι, *omnia pertractabo*. (63 sq.). Diris devovet contentionis intestinæ auctorem; ὃς ἔραται, qui vel dictis vel factis *viscera patriæ* conturbat. Viam sternit ad consilium quod prolaturus est de placando Achille, se maximo supplicio dignum professus ni summa vi rebus componendis instaret. Quod putant aliqui (Clarke ex Dion. Halic. Sch. br. Dacier in loc.) Agamemnonem vel Achillem perstringi vix tenendum arbitror, aut senem prudentissimum, dum lites componere studet, mentes velle concitare. Voces ἀφρήτωρ, etc. passim exponunt Lexicographi. Vss. decantatos expresserunt varii, inter quos Aristoph. in Pace. 1097—8. Ed. Brunck. Verterat Cic. Phil. 13. *Nam nec privatos focos, nec publicas leges, nec libertatis jura cara habere potest, quem discordiæ, quem cædes civium, quem bellum civile delectat: eumque ex numero hostium ejiciendum, ex finibus naturæ exterminandum puto.* (65). De locut. πείθεσθαι νυκτί, conf. supr. η'. 282. 293. θ', 502. (66). Omnino prætulerim lect. Aristarchi, φυλακτῆρας, et verterim; *quod ad custodes attinet, singuli excubias agant,,* &c. Est elegantia orationis

accusativus hoc modo *absolute* positus et quam certatim adhibent scriptores præstantissimi. Conf. supr. ζ', 222. Odyss. ά, 275. Inter Tragicos, Sophocl. Œd. R. 717. Huc referri potest Maronis illud Aen. 1. 577. Sententiam distinxeris. "Vrbem, quam statuo, vestra est," prorsus ut in Sophocl. Antig. 212. τὸν τῇδε δύσνουν ..... σοὶ ταῦτ' ἀρέσκει, παῖ μενοικέως κρέον. (67). λεξάσθων. Supr. θ', 519. Ex 87 infr. constat hic recte annotari a Schol. accipi debere verba παρὰ τάφρον, *juxta, intra fossam; et proficiscentes consederunt medii inter fossam et vallum.* "Tribuitur hoc consilium Nestori, et memorabile est, spectat enim ad artis militaris elementa apud Homerum obvia." *Heyne.* (69). Ἀτρείδη, σὺ μὲν ἄρχε, etc. *Operæ navandæ instes; epulis instruendis, convocandis senioribus: quo enim es dignitate præstantior, eo magis te oportet cuncta quæ apta sint parare.* Vertunt alii ἄρχειν, *præire,* nam inf. dicitur 89. ἀτρείδης ἦγε γέροντας. (70). Epulas proponit Nestor; hoc prudenter, consilium enim aperire de Achille placando in animo est, rem, quantum noverit, Agamemnoni ingratam, ideoque nec vult inter *juniores* nec ad *plebem* referre, sed cœnæ servat cui *seniores* tantum intererant. Partim attingit Plut. de aud. poet. et Sympos. 7. Qu. 9. De consuetudine Persarum qui inter pocula quærebant, dijudicabant sobrii, et de lege non absimili inter Rhodios adnotatum video a Sch. Ven. B. L. ὁμοτραπεζος κοινωνια παντας φιλους ποιει, διο και περσας, etc. De voc. δαίνυ dubitatur an sit mod. imperat. per apocopen pro δαίνυθι, vel optativus. Prius tenet Clarke in not. ad γ', 260. Hoc Mathiæ in G. G. § 204. Exponit. Sch. br. ἐπὶ ἑστίασιν κάλει, in imperandi modo. (72). Θρήκηθεν. Thracia olim ob vitium culturam celebrata fuit; hinc epith. ἀμπελόεσσα. Fabula de Lycurgo, qui Bacchis infestissimus fuit, enarratur sup. ζ', 130 sqq. Vinum quoque ex Lemno advectum habemus supr. ή, 467. (73). πᾶσά τοι ἔσθ' ὑποδεξίη etc. ἡ πρὸς ὑποδοχὴν χορηγία, δαψίλεια. Sch. br. Verte; *Tibi suppetunt omnia ad dapes struendas; multis imperas; multis autem congregatis huic obsequeris qui consilium struat maxime profuturum; valde enim omnibus Achivis opus est consilio bono solertique,* &c. (75). μάλα δὲ χρεὼ (ἱκάνει, ἐφικνεῖται) πάντας ἀχαιούς. Conf. inf. κ', 118. χρειὼ γὰρ ἱκάνεται. De voce videsis sup. θ', 57. Locutio hæc elliptica obvia est ubique, ex. gr. κ', 43. ubi Schol. br. et Eustath. solœcismi cujusdam meminerunt positis ἐμέ et σέ pro ἐμοί et σοί, ut hic πάντας pro πᾶσι. Inepte; nam βιάζει vel tale quid sententiam absolvit. Rem attingit Leisner apud Bos, ellips. Græc. p. 372. Pari modo expleantur, v. 603, inf. κ', 43. λ', 605. σ', 406. (77). τίς ἂν τάδε γηθήσειεν; *quis lætus hæc conspexerit?* Loquendi forma sæpius notata maxime aversationem exprimens. (78). νὺξ δ' ἥδ' ἠὲ διαῤῥαίσει, etc. *nox hæc vel perdet vel servabit exercitum;* i. e. rationes, consilia quæ hac nocte rata fuerint, perniciem adferent vel salutem. De verbo διαῤῥαίειν, conf. β', 473. (81). Recensentur nomina ductorum. Locutio οἱ ἀμφὶ θρασυμήδεα etc. obvia est supr. γ', 146. Principes et qui una secuti more solito designantur. Conf. Clarke, loc. cit. Hermann. Obss. ad Viger. §. 6. (85). Locum transtulit Virg. Aen. 9. 161. sqq. (88). De forma κήαντο v. κείαντο respice ad ά, 40. Notetur phrasis τίθεσθαι δαῖτα, δόρπον, *convivium, cœnam apparare.*

(90). παρὰ δέ σφι etc. *Illis vero apposuit dapes animo-gratissimas.* τὸ τῷ μένει ἐοικός (μενοεικές) nuncupatur quidquid vires integras promovet, amissas reparat. Consimiliter vinum prædicatur esse μένος καὶ ἀλκή pass. ἀέξειν μένος supr. ζ′, 261. In v. 91. ὀνείατα, *cibos*, βρώματα τὴν ὄνησιν παρέχοντα, Sch. br. ζ′, 260. (93). ὑφαίνειν μῆτιν. Conf. γ′, 212. ad phras. μήδεα ὑφαίνειν. De consilio Nestoris, sup. ή, 324. Nunc verecunde regem admonet pacem cum Achille esse ineundam si res restituere velit. (97). ἐν σοὶ μὲν λήξω, σέο δ᾽ ἄρξομαι. Locutio in sacris solennis. Sic in vers. Hesiodeo cit. ab Eustath. ad σ′, 570. ἀρχόμενοι δὲ λίνον καὶ λήγοντες καλέουσιν. *A Te principium, tibi desinet.* Ecl. 8. 11. Hymn. ad Apoll. 19. 4. σὲ δ᾽ ἀοιδὸς ἔχων φόρμιγγα λίγειαν ἡδυεπὴς πρωτόν τε καὶ ὕστατον αἰὲν ἀείδει. Sic Theocr. 17. 1. Constructionem Heynii secutus sententiam reddas; *Tibi desinam, a te principium traham. Quoniam vero rex es multorum populorum tibique in manus dedit Jupiter sceptrum legesque quo in eorum utilitatem consulas; idcirco te oportet præcipue consilium referre et audire, perficere quoque sententiam alterius cui mens persuaserit utilia fari.* (99). Vid. supr. β′, 206. Sceptrum designat auctoritatem summam (τὸ κράτος); θέμιστες, juris dicendi officium. Nondum extabant scriptæ leges. Sch. Vict. Conf. ά, 238 sq. (101). κρηῆναι ἄλλῳ est locutio obvia in ά, 41. τόδε μοι κρήηνον ἐέλδωρ. Frustra ideo censet Heyne verba melius ordinari, κρηῆναι δὲ καὶ, ὅταν ἄλλον τινὰ θυμὸς ἀνώγῃ εἰπεῖν etc. (102). σέο δ᾽ ἕξεται ὅ,ττι κεν ἄρχῃ· vertas vel, *penes te erit perficere quidquid potissimum visum fuerit*, vel, *gloria facti ad te redibit.* Conf. Heyn. Obss. T. 5. p. 543. Eleganter res dicitur ἔχεσθαί τινος, cujus opera, auxilium ad eam rite perficiendam requiritur. Exemplorum satis a Zeune ad Viger. p. 208. adfertur, et inprimis facit illud in hymn. ad Terr. Mat. v. 6. σεῦ δ᾽ ἕξεται δοῦναι βίον, *a Te provenit vivendi copia.* Longa et subtilis adnotatio Eustathii tædii multum adfert. (104). νόον, *consilium*· Vid. sup. θ′, 143. (106). Melius forsan distinxeris; βρισηΐδα κούρην, χωομένου ἀχιλῆος, ἔβης......ἀπούρας, *irato Achille*, non, *irati Achillis*, ut in vers. vulg. Sed hoc leviculum. Epith. διογενής quod proprio quodam jure Achilli tribuitur (etsi quoque ceteris; ex. caus. Ulyssi infr. 308) nec h. l. discedit, lectione illata ex opt. MSS. διογενεῦς, pro διογενοῦς. Fateor tamen mihi, ut Wolfio in sua edit. magis arridere vulgatam διογενές. Manifesto legebat Sch. br. διογενεῦς. (108). οὔτι καθ᾽ ἡμέτερόν γε νόον etc. *Minime saltem* (γέ) *pro nostro admonitu, nam enixe te dehortabar.* De hac dehortatione respice ad ά, 254 sq. 275 sq. infr. τ′, 85, sq. Porro verbis accurate perspectis concludendum est animos ductorum diverse trahi nec ab omnibus abreptionem Briseidis ægre ferri. (110). ἀθάνατοί περ, *cælestes etiam.* Clades accepta monstravit in virtute Achillis positam esse Græcorum salutem, magisque pro comperto habebatur honorem ex immortalibus illum fuisse consecutum, quum dedecus captivæ abreptæ ultus fuisset ipse Jupiter: loquitur inscius veri, sed non a scopo aberrans, Nestor. (112). De emendatione Bentl. ἀκεσσάμενοι conf. supr. v. 113. δώροισί τ᾽ ἀγανοῖσιν, *donis blandis;* quæ, pretio dato, iræ avertendæ sufficiant. Sic supr. β′, 180. σοῖς ἀγανοῖς ἐπέεσσιν ἐρήτυε. Leniter porro et perfunctorie Nestor αὐθάδειαν et pervicaciam Agamemnonis perstringit mitiori com-

pellatione usus; quod potissimum erat superbiæ et fastuosi inceptum animi dicit, εἶξαι τῷ θυμῷ μεγαλήτορι. Sch. Vict. Hoc est quod veteres dixerunt ἠθικωτέρως ἐξελέγχειν, modo quippe magis *morali*, mansuetiore. Dehinc effectus cernitur in animo regis, ἀασάμην, οὐδ' αὐτὸς ἀναίνομαι! (115). οὔ τι (κατὰ) ψεῦδος κατέλεξας ἐμὰς ἄτας. Ang. *you have used no falsehood in your enumeration of my errors; I have sinned* &c. ἄτη semper de seipso Agamemnon; ex. supr. 18. β', 111. infelici similis in Œdip. Col. 1242 sqq. τόνδε......δειναὶ ἄται κλονέουσιν ἀεὶ ξυνοῦσαι. Diversas induit significatt. ἄτη. 1. *Flagitium* et *culpa*, ἀδικία, ἁμαρτία, ut h. l. 2. *Error* et *insania* unde ad culpam abripimur. 3. *Supplicium* inde exortum, iraque Dei reos exagitans. Personam induit infr. τ', 91 sqq. πρέσβα Διὸς θυγάτηρ etc. pœna nimirum sontes adsecuta. Sic Miltoni *Mors* et *Peccatum*, eximia adumbratio, Parad. Perd. lib. I. De ἀασάμην, conf. supr. 237. (119). φρεσὶ λευγαλέῃσι, *menti lævæ, perniciem afferenti.* Sic Virg. Bucol. Ec. 1. 16. *Si mens non læva fuisset.* In Pind. Py. 4. 194. eadem forma obvia est, at sensu de quo ambigitur, λευκαῖς πιθήσαντα φρεσί, quod acceperim in sensu non absimili, nam de injuria abrepti regni agitur. Certe prima expositio Hesychii, φρενὶς μαινόμεναι, bene utrique convenit, nec hujus loci est ulterius rem prosequi. Stultitiam confessus Agamemnon, pergit; ἂψ ἐθέλω ἀρέσαι etc. *E contrario placare volo donis infinitis oblatis.* ἂψ proprie significat, *retro*, nec bene expressit Lat. vers. *iterum*. ἀρέσαι, i. e. ἦρα φέρειν toties obvia. Ex ἄρω prodit ἀρέσω, aor. ἤρεσα, ἀρέσαι, et formæ ἄρσω, ἄρσομαι, ut ὄρσω supr. γ', 250. ἀρέσκω, et ἀρθμὸς *amicitia*, supr. ή, 302. (122). Observat Athenæus, 2. 2. duo fuisse antiquitus tripodum genera quæ communi nomine *lebetas* adpellabant; ἄπυροι nunquam ad ignem admovebantur vinoque miscendo inserviebant: αἴθωνες vero aquæ incalescendæ, qui et λοετροχόοι dicti. Huc facit Schol. Vict. Ven. A. et totidem verbis Sch. br. τοὺς μὴ εἰς πῦρ χρησίμους, ἀλλ' ἀναθεματικοὺς κ. τ. λ. αἴθωνας verterim *splendidos, flammæ instar coruscantes*, non ut Schrevel. ex Sch. br. *igni aptos*, etsi mihi de eorum usu constiterit. Ob oculos habeo, αἴθωνι σιδήρῳ, αἴθωνα λέοντα, et in Pind. passim pari sensu. Consimiliter Latini *candens;* Conf. inter plurima Aen. 12. 91. cum Lucret. 6. 147 sq. hausta, nil dubium, ex Homerico fonte. (122). Talentum apud Homerum multo minoris pretii fuisse quam postea inter Atticos, docet Sch. br. ex ψ', 269. unde satis constat. (124). πηγεύς, *validos*, εὐτραφεῖς, Sch. br. Datur more Homerico explicatio epith. ἀθλοφόρους, ut supr. κηρεσσιφορήτους, θ', 527. Quantum studii veteres impenderint equis colendis exemplum habetur supr. έ, 263 sqq. (125). ἀλήϊος, *pauper, inops*, proprie *pecudum*, nam λεία est κτῆσις τῶν τετραπόδων. Sch. br. Sed λεία est quoque *seges*; hinc ἀλήϊος, in generali sensu, *egenus*. Verte sententiam; "*Nec inops foret, nec auri expers valde æstimati, cui tanta contigerint præmia, quanta mihi abstulere* &c. De forma ἐνέκω v. ἐνείκω unde ἤνεικα inter Ionicos usitata, conf. Math. G. G. §. 253. (129). Λεσβίδας etc. "Expugnata ab Achille fuit Lesbos sub ipsa belli initia; cum arma circumferrentur per plagam littoralem et per insulas." *Heyne* Obss. p. 552. Conf. infr. 328, 329. αὐτός, *ipse Achilles.* (131). μετὰ δ' ἔσσεται etc. *Et una cum his erit Briseis, quam tunc*

abstuli. Non erat Lesbia Briseis sed ex Lyrnesso, urbe Troadis, supr. β', 689. hinc nimis laxe vers. Lat. *interque eas erit.* [Video in vers. præced. adscivisse Wolfium ἀμύμονα pro eo quod reperitur in vulg. ἀμύμονας, præeunte Sch. Ven. A. Tuetur quoque Heyne, nam ἔργα vox digammata est. Iisdem vestigiis restituerim supra, ζ', 289. παμποίκιλα, qua nulla emendatio certior. Sic ἀμήχανα ἔργα, supr. θ', 130.]. (134). θέμις hic, *mos, consuetudo.* (135). αὐτίκα, *confestim.* Dixerit Anglice; *all these will I give him in hand.* (140). μετ' ἀργείην ἑλένην· h. e. quæ proximum locum tenent pulchritudinis post Helenam. (141). ἄργος ἀχαιϊκόν. Peloponnesum. Sic Strab. 8. p. 530. ἀχαιοὺς τοὺς φθιώτας, φασὶ, συγκατελθόντας πέλοπι εἰς τὴν πελοπόννησον, οἰκῆσαι τὴν λακονικήν· τοσοῦτον δ' ἀρετῇ διενεγκεῖν, ὥστε τὴν πελοπόννησον, ἐκ πολλῶν ἤδη χρόνων ἄργος λεγομένην, τότε ἀχαιϊκὸν ἄργος λεχθῆναι. Occurrit alio nomine ἄργος, τὸ πελασγικόν, Thessalia, supr. β', 684. Locutio οὖθαρ ἀρούρης varie illustratur. Dixisset Maro *uber glebæ, agri,* et bene explicat Sch. br. τὸ γονιμώτατον τῆς γῆς καὶ τὸ κάρπιμον, ut infr. γουνὸς ἀλωῆς, 534. οὖθαρ proprie est *uber mammæ,* et μεταφορικῶς designat fertilitatem soli. Conf. Georg. 2. 185. Aen. 1. 535. Dictio Callimachi non absimilis est, νήσοιο μαστόν, *insulæ mammam,* unde et ex Pind. Py. 4. 14. illustrat Heyne. Obiter notandum insulsum etymon τοῦ *uber* quod dant Lexicogg. sc. ab *humeo, uber* &c. Statuendum est formam Aeolicam fuisse οὖφαρ unde levi mutatione prodit vox Latina. (143). τηλύγετος. In sensu supr. γ', 175. θαλίῃ ἔνι πολλῇ, h. e. ἐν πολλῇ εὐωχίᾳ, prisco sermone. θαλίη significat, *lætus et hilaris victus, vita copiosa et florens.* Sch. Ven. Damm. Conf. not. ad θ', 475. (145). Observat Sch. br. Laodicen esse quæ postea a Tragicis Electra nuncupata est: Iphianassam vocari ab Euripide Iphigeniam. Chrysothemin et Iphianassam memorat Sophocl. Elect. 157 sq. (146). τάων ἥν κ' ἐθέλῃσι etc. *quarum quæ forma pulcherrima, Deïopeiam, connubio jungam stabili propriamque dicabo.* Aen. 1. 76 sq. Offertur porro ἀνάεδνος, *sine donis sponsalibus,* quæ secundum mores heroicæ ætatis, puellis sponsi numerabant. ἔδνα, *munera dotalia.* In Pind. Ol. 9. 16. ἔδνον est *dos,* et sensu latiore ἔδνα sunt " dona a sponso et sponsa sibi mutuo præstita." (147). μείλια promittit Agamemnon quæ a recentioribus προΐξ adpellantur, notante Sch. br. qui de etymo tractat. διδόναι μείλια et μειλίσσειν (supr. η', 410.) cognata haberi possunt. (149). ἑπτὰ δὲ etc. Quæstio movetur an hæ urbes pars sint doni nuptialis, (προῖκος). Sch. Vict. Ven. B. Lips. Clarke minime obscurum censet; " Si enim φερνῇ et has urbes annumerasset, dixisset utique, non ἑπτὰ δὲ, sed ἑπτὰ ἄρ' οἱ etc. non, *Septem autem;* sed, *Septem utique*". Vix ἑπτὰ ἄρ' οἱ· nam primo hiatus, deinde elisio vocalis ante digammum (Ϝοι) toleranda. Mihi constat urbes separatim tribui nec inter munera dotalia referri. εὖ ναιόμενα, *bene habitata.* Conf. β', 626. (150). Has urbes recenset Strabo, 8. pp. 519—20, inter Messeniacas, ad sinum Messeniac. sitas perhibens. Tradit Messenen primo Menelao paruisse deinde Nelidis (non Nestoridis), deinde sub reditum Heraclidarum, Melantho. Dissentit Pausan. in Lacon. p. 448. Enopen censet eandem cum Gerenia fuisse, Nestoris urbe. (153). πᾶσαι δ' ἐγγὺς ἁλὸς, νέαται etc. Verte; *Omnes juxta mare (sitæ sunt) ultimæ versus Pylum*

arenosam. νέατος, *ultimus, novissimus,* per syncopen pro νεώτατος. Conf. inf. λ', 711. νεάτη πύλου. Supr. θ', 478. ζ', 295. Sophocl. Aj. 1185. [Mentio fit in Sch. Ven. A. emendationis κέαται pro νέαται, quam Apollodoro tribuit Sch. Vict. Indoctius vero Sch. br. Eustath. pro νενίαται, νένηνται, i. e. *habitatæ sunt,* v. *conditæ.* κατῳκισμέναι εἰσί. De Pylo conf. supr. β', 591. Constat hic, ut alias, *tractum agri* designari ad cujus fines urbes sitæ sunt. Adi Heyn. Obss. pp. 561, 562. T. V.]. (154). πολύῤῥηνες, *divites pecorum.* ῥῆνες γὰρ, οἱ ἄρνες. Sch. br. (155 sq.). οἵ κέ ἑ δωτίνῃσι etc. Qui *donis illum, tanquam Deum, honorabunt eique sub sceptro opulenta persolvent tributa.* Sic Sch. br. λαμπροὺς τελέσουσι φόρους. Accipienda δωτίνη pro *munere voluntario ;* θέμιστες sunt *jure debita vectigalia.* Sic Sch. br. Heyn. Exponit Eustath. θέμιστας, *jura,* ut in α', 239. οἵ τε θέμιστας πρὸς Διὸς εἰρύαται, sed sensu minime expedito. Insolentior locutio est τελεῖν θέμιστας, *perficere jura,* at, *vectigalia pendere,* quum τέλος sit *vectigal,* satis obvia. τέλος—τὸ καταβαλλόμενον τοῖς τελώναις. Hesych. Lex. (158). δμηθήτω! etc. *Placabilem-se-præstet ;* καί μοι ὑποστήτω, *et morem mihi gerat, quippe potentiori et natu majori.* ἀΐδης ἀμείλιχος, ἀδάμαστος, ἔχθιστος. *Illachrymabilem Plutona.* Horat. Od. II. 14. 6. *Regemque tremendum, nesciaque humanis precibus mansuescere corda.* Georg. 4. 469 sq. De locut. εὔχομαι εἶναι, sæpius jam antea notatum. Conf. α', 91. (164). οὐκέτ' ὀνοστά, *minime spernenda,* i. e. *præstantissima.* Vid. sup. 55. διδοῖς, form. a διδόω. 2. pers. sing. indic. (167). De elliptica locut. εἰ δ', ἄγε, conf. supr. ζ', 376. ἐπιόψομαι, *recensu-facto-deligam.* (168). Præsul legationis quasi est Phœnix, Achilli enim propter curam pueritiæ acceptissimus fuit: hujus ergo meminit inf. 485 sqq. Caussa indagatur in Sch. br. cur non ipse Nestor eat, quæ satis constat ex β', 346 sq. (170). Hodius et Eurybatus deliguntur, legatio enim est potius παναχαιῶν quam Agamemnonis cujus præco Talthybius fuit. Sch. Vict. In verbis εὐφημῆσαί τε κέλεσθε notabilis est diligentia qua in sacris a vocibus profanis et male ominatis abstinebatur. Hinc formulæ quæ inter Romanos invaluerunt, *procul este profani! favete linguis! Ore favete omnes!* Aen. 5. 71. ubi conf. *Ruæum.* Adstantibus silentium indixerunt precumque solennium formulas quas apud se tacite repeterent. Cetera sacra, lotæ manus, libationes etc. jam antea notissimæ. Conf. γ', 270—296. (173). ἑαδότα πᾶσι, *gratum omnibus.* A Them. ἥδω prodit ἁνδάνω cui referuntur tempora. ἕαδον, aor. 2. ἕαδα, præt. 2. cui adjungas præt. 1. ἅδηκα quæ forma Hipponactea est. (175 sq.). ἐπεστέψαντο. Conf. α', 470. et ibid. 471. de voce ἐπαρξάμενοι. Conf. cum præcedente versu ζ', 266. χερσὶ δ' ἀνίπτοισι Διῒ λείβειν αἴθοπα οἶνον ἅζομαι etc. dicit Hector a prælio redux, sed constat libationes nunquam fieri nisi lotis antea manibus. (180). δενδίλλων, *oculos circumferens.* Sch. br. qui dictum putat ἀπὸ τοῦ διειλεῖν τοὺς ὀφθαλμούς. "ἴλλοι sunt oculorum anguli, generatim, oculi". Heyn. Obss. ἰλλοί quoque *strabones,* notante Lennep in Dict. Etymol. voc. ἴλλω. δενδίλλω formaverim ἀπὸ τοῦ δινεῖν καὶ εἱλεῖν τὰ ὄμματα. Inter supplenda (p. 730) monet Heyne vocem δέννος, contumelia, Herodoteam esse, sed etymon minus probandum censeo. Arridet Sch. Vict. δενδίλλων—τῇ ὄψει ἱκετεύων—oculos circumagens, modo in hunc, modo in illum, ut mos est in

blandiendo, monendo, hortando; solicitus fuit Nestor, salus enim populi in hac legatione sita fuit. Ulyssem vero præsertim adloquitur, prudentissimum quippe et solertissimum. De πεπίθοιεν, et formis simill. conf. ά, 168. (182). τώ, Ajax et Ulysses. Quæstio magna inter Scholiastas excitatur an hic adnumeretur Phœnix. Conf. Sch. br. Vict. Ven. A. Heyn. Obss. h. l. et præsertim not. Clarkii. Quare non occurrebat amicum et altorem Achillis nullo pacto posse legatum constitui, quinimo præsidii loco adjungi ne a ferocissimo ductore quid moliretur tetrius? (184). πεπιθεῖν, *ut ipsi flecterent*, monente Clarke. Recte quoque Vers. Schreveliana. (187). ζυγόν, exponitur a Sch. br. ὁ πῆχυς τῆς κιθάρας, etc. i. e. pars transversa superior citharæ cui inseruntur paxilli, quibus versis chordæ intenduntur et remittuntur. Angl. *The harp-comb.* (188). πόλιν ἠετίωνος· meminerat jam Andromache, ζ', 415. sqq. (189). κλέα ἀνδρῶν, *heroum laudes*, Ecl. 4. 26. Musam adloquitur Horat. Carm. l. 12. *Quem virum, aut heroa lyra vel acri tibia sumes celebrare Clio?* Enixe porro notant Critici quam fideliter expressa sit indoles generosa quæ vel inter otia digna sibi quærit et convenientia. (192). " Ajaci præibat Ulysses, cujus erant præcipuæ videlicet in perorando partes. Ducebat autem ambos Phœnix." *Clarke.* (193). ταφών. *attonitus.* Nil minus expectandum fuit quam Græcos supplices udituros. δεικνύμενος. δεξιούμενος καὶ φιλοφρονούμενος. Sch. B. L. Ven. Ubique exhibetur. " Hos duos, data et accepta dextra, salutans," *Damm.* quæ vera expositio. (197). Interpunxi ut in edit. Heyn. quo melius sensus expeditur. Præ lætitia aliquatenus turbatur oratio, et verba, ἦ τι μάλα χρεώ, in parenthesi accipienda. Ordo est; ἦ (ἐστὸν) φίλοι ἄνδρες (οἱ) ἱκάνετον· οἵ ἐστον φίλτατοι ἀχαιῶν μοι σκυζομένῳ. ἦ χρεὼ μάλα (ἐπείγεται ἐφ' ὑμᾶς κατά) τι. De ellipsi in posterioribus, vid. supr. 75. (199). προτέρω ἄγε, ut supr. 192. τὼ βάτην προτέρω. Exponit Sch. προσωτέρω i.e. *ulterius.* (200). εἷσεν δ' ἐν κλισμοῖσι etc. Huc referas Aen. I. 702. 704. *et sedere fecit in sellis recubitoriis tapetibusque purpureis.* " Memorabile hoc ad hujus ætatis vitam. Nisi a præda Trojanorum hi tapetes erant, mercatu Asiæ ad Achivos eos pervenisse necesse est. Erat enim jam ea ætate arte texendi, figuras quoque in vestibus, nobilis opera Phrygiæ." *Heyne*, Obss. p. 572. Conf. sup. ζ', 288 sqq. Hinc locutt. πέπλος κάλλιστος ποικίλμασι, ibid. 294. et in Virg. obvia, Aen. 5, 277. *ostro—pictisque tapetis.* (203). ζωρότερον etc. *vinum meracius.* Sic Plutarchus in quæst. symposiac. 5. 4. Alii vero aliter. Conf. Not. Clarkii qui diversas exponit sententias. Optimum videtur " meracius infunde ad reficiendas vires;" aqua enim plerumque immiscebatur, præsertim, ut hic, ante convivium. (206) αὐτὰρ ὅγε, etc. *At ipse mensam carnariam magnam juxta focum composuit.* " κρεῖον, τράπεζα μαγειρική, in qua carnes ponuntur, secantur, ut deinde verubus figi possint." *Ernesti.* Male Sch. br. exponit, κρεωδόχον ἀγγεῖον, consentiente Lat. vers. *vas carnarium;* nam ex vss. 207 sqq. apparet carnem in mensam dispositam, ut assetur, parari. Diversum quid, at minime tenendum, enarrat D. Dacier. Verba, ἐν πυρὸς αὐγῇ, comparat Sch. Lips. Ven. B. cum, ἐν ἡλίου αὐγῇ, et hoc secutus Heyne vertit; *in loco*

igni collustrato, i. e. juxta focum. Male ergo Sch. br. ἐν τῷ πυρί. (208). τεθαλυῖαν ἀλοιφῇ, ad lit. *florentem* (h. e. *nitidam, abundantem*) *pinguedine*. Sic Maro, Aen. 3, 20. 6, 654. ubi *nitere* exponitur, *pinguescere*. Conf. infr. 463. σύες θαλέθοντες ἀλοιφῇ. et supr. ad ή, 475. Paullulum variatur metaphora in Pind. Py. 11. 80. ὄλβῳ τεθαλότα. Porro de summo artificio, quo servatur dignitas heroica, enarratis rebus momenti levissimi, enixe notant Scholiastæ. Conf. Not. Clarke ad ά, 457. sqq. ubi fusius Poëta totam materiam tractat, et religionem in conviviis adhibitam. (212) αὐτὰρ ἐπεὶ etc. Laudatur Aen. 6. 226. *Postquam collapsi cineres et flamma quievit*. (213). ἀνθρακιὴν στορέσας etc. *Prunis stratis, is verua desuper extendit, inspersitque* (an carnes? sic Sch. br.) *sale sacro e fulcris elevans*. ἄνθραξ, ἀνθρακίη, *carbo*, ex probabili etymo ἄνθος duci possunt, nam locutio πυρὸς ἄνθος apud classicos solennis est. Conf. Aesch. Prom. 7. Eurip. In. frag. *Flammai flore coorto*. Lucret. 1. 899. quod errore typograph. citatur, 989. in Obss. Heyn. h. l. ἅλς dicitur θεῖος ob usum in sacris. Dictum putant Sch. Vict. et brev. quia putredinem arcet. Potest quoque ob usum ejus latissime patentem, ut ἱερός, epitheton ornans, quod designat quidquid notabile fuerit vel magnitudine vel excellentia vel usu. De hisce conf. sup. β'. 57. κρατευταί erant strues lapideæ super quas ad partes extremas imponebantur verua. Sch. br. (215). εἰν ἐλεοῖσιν, *in mensis*. ἐλεός fuit mensa in quam caro imposita est assidentibus convivis, et cuique sua pars oblata in partes minutiores dissecta. De etymo argutantur Schol. Notes quoque officia diversa; panem Patroclus, carnes Achilles distribuit, pro simplicissimo rerum statu famulorum munera obeuntes. (219). (κατὰ) τοίχου τοῦ ἑτέρου. Ex adverso sedebat, quod honoris loco factum habetur; princeps enim legationis Ulysses erat. ἡγεῖτο, supr. 192. (220). θυηλάς, exponitur τὰς ἀπαρχάς, *primitias*. De partibus resectis carnis loquitur quæ diis proprio jure sacrata sunt, Sic vinum libatum est θυηλή potus. A Suida exponuntur θυηλαί, sacci in quibus suffimenta conduntur, serioris vero ætatis videtur esse significatio. Diverso nomine obvia est vox θαλύσια infr. 530. eandem expositionem adepta in Apollod. 1. 8. 2. nempe ἀπαρχάς. ad ritus vero agrestes ibi respicit poëta. In vers. præced. Patroclo mandatur cura primitias offerendi, τοῦ θῦσαι, i. e. ἀπάρξασθαι, quod proprio jure patrifamilias pertinuisse notatur. Conf. Heyn. Not. Eximie huc facit enarratio tota Odyss. ξ', 418 sqq. præcipue 435. τὴν μὲν ἴαν (μοῖραν) νύμφῃσι καὶ Ἑρμῇ......θῆκεν ἐπευξάμενος, etc. (221). Vid. sup. 91. (222). Vid. ά, 469. (223). νεῦσ' αἴας. Maxime hæc Ajacis personæ conveniunt. Rudis loquendi bellator et ipse ad persuadendum minime comparatus Phœnicem excitat cujus gratia et auctoritas apud Achillem magnopere valebat. Occasionem nactus Ulysses orationem incipit. De locutione et more, δείδεκτ' ἀχιλῆα, respice ad γ', 4. (225). δαιτὸς ἐίσης. Conf. ad ά, 468. οὐκ (ἐσμεν) ἐπιδευεῖς, οὐ δευόμεθα, δαιτὸς ἐίσης. (227). πάρεστι γὰρ πολλὰ μενοεικέα (conf. supr. 90) (ὥστε) δαίνυσθαι etc. Sententia exhibetur; "Laute excipimur a te æque ac ab ipso Agamemnone. Attamen, quantumvis benevolentiam hospitis miremur, nec animis nostris cura inest vescendi laute, dum cladis magnæ alicujus timor ante oculos obversatur," &c. Notes porro orationis artificium; I. Imminens clades—hostium auda-

cia insolita—Jovis consilia iniqua, 229—237. II. Hectoris insolentia, 237—243. III. Pœnitentia inutilis quum deletum fuerit nomen Achivorum, 249—251. IV. Pelei mandata, 252—259. V. Dona Agamemnonis, 260—299. Iterum Achivorum male se habentium meminit Hectorisque superbia elati, ad fin. Sic ab omni parte absoluta est oratio, "argumentis enim utitur ab honesto, ab utili, a miseratione petitis." *Heyne.* (230). Ordo est; ἐν δοιῇ δὲ (ἐσμὲν) (ὥστε ἡμᾶς ἢ) σάωσειν (τὰς) νῆας ἢ (αὐτὰς) ἀπολέσθαι. *Heyne. In dubio res est an naves sumus servaturi vel amissuri;* εἰ μὴ σύγε δύσεαι ἀλκήν, *ni tu fortitudinem indueris,* h. e. *eximie protuleris.* Sic infr. τ', 36. δύσεο ἀλκήν. ύ, 381. φρεσὶν εἱμένος ἀλκήν. Conf. et Od. ί, 214. 514. Hujusmodi metaphora obvia est supr. ά, 149. ἀναιδείην ἐπιειμένε, scil. *frontis perfrictissimæ homo.* Alibi variatur locutio, ut μνᾶσθαι θούριδος ἀλκῆς. Conf. in Sac. Scriptt. PS. 35. 26. ἐνδυσάσθωσαν αἰσχύνην, LXX. add. 109. 18. (232). αὖλιν ἔθεντο, excubias agunt ante castra Achivorum, sub dio pernoctant. τὸν αὐλισμὸν (pernoctationem) ἐποιήσαντο. Sch. br. De hisce excubiis vid. ϑ', 543 sqq. Trojani posuerunt ne fugam noctu capesserent Achivi: supr. ϑ', 510. et hinc ἐπιγραφή, ἔπαυλις τρώων. (233). τηλεκλητοὶ ἐπίκουροι. "E longinquo advocati; qualis erat Memnon, Aethiopum Rex, Od. λ', 521. quem Pausan. in Phoc. narrat e Susis Persarum civitate ad Trojam venisse." Feith. IV. 7. §. 4. (234 sq.). κατὰ στρατὸν—στρατόπεδον. Diverse accipiuntur verba in seqq. ut subjectum τοῦ σχήσεσθαι sint Trojani vel Achivi. Reddunt vulgo; *nec se amplius restituros aiunt, sed in naves nigras invasuros.* Præfert *Heyne* Sch. br. secutus; *aiunt nos non amplius restituros, sed fugam facturos in naves ingressos.* Citat β', 175. λ', 822–23. μ', 106–7. pro significatu τοῦ ἐμπίπτειν, *intrare,* &c. Est vero ἐμπίπτειν, *invadere, irruere,* ut Odyss. ώ, 525. ἐμπίπτεσθαι, *se in aliquid projicere,* unde notio *grassandi* v. *invadendi.* Rationem prius expositam teneo, quæ subjectum melius continuatum præbet. (237). βλεμεαίνων. Vid. supr. ϑ', 337. *ferociens viribus miris insanit modis.* Vox ἀστράπτει respicit ad auspicia Jovis, ibid. 133 sqq. 170 sqq. quibus terrentur Achivi. (238). οὐδέ τι, etc. *Nec ullam rationem habet vel hominum vel deorum, adeo illum subiit rabies.* (240). ἀρᾶται, *precibus exposcit.* Hoc quod conjectat Ulysses ex nocturnis excubiis Trojanorum jamdudum constat ex oratione habita supr. ϑ', 497 sqq. Occurrit etiam, τρωσὶν μὲν ῥ' ἀέκουσιν ἔδυ φάος, etc. ibid. 487. (241). στεῦται γὰρ, etc. διαβεβαιοῦται. Sch. br. h. e. *profitetur fidenti animo.* Conf. β', 597. κόρυμβα. A Sch. br. collato cum Sch. Vict. collige κόρυμβα fuisse *prorarum* partes extremas, ἀκροστόλια, simulachris ornatas, quibus abscissis, Diis tanquam victoriæ monumenta postea offerri poterant. Sic inter Romanos rostra navium captarum erant suspensa. Certissime vero constat ex ό, 717 sqq. *puppium* extrema hic intelligi, quæ, ad littus subducta, primo impetum facientibus occurrebant. In exemplo laudato, Aesch. Pers. 409. *prorarum* partes sunt κόρυμβα. Generalis notio videtur esse, *apex rei cujusvis;* Sic κόρυμβον ὄχθου, Ibid. 658. Pro cacumine montis dictum edocet Lennep. Lex. Etym. qui bene a Th. κόρυς ducit. Vertit D. Dacier quasi fuerint ἀγάλματα, imagines in prora, at minus accurate. Te-

nenda est expositio Sch. br. ad ό, 717. ἄφλαστον, τὸ λεγόμενον ἀκροστόλιον τῆς νεὼς π ρ ύ μ ν η ς, *aplustre* scil. Conf. Heyn. Obss. pp. 581–82. (242). μαλεροῦ. Vid. ή, 463. (243). ὀρινομένους ὑπὸ καπνοῦ. Supra, θ', 183. in versu suspecto erat ἀτυζομένους ὑ. κ. (244). αἰνῶς. Vid. supr. ad γ', 158. (245). Vid. sup. ζ', 62. (247). ἀλλ' ἄνα, etc. Interpunxi ut in edit. Wolf. et verto; *Surge vero, siquidem tibi animus ferat, et sero licet, Achivos exanimes labore defendas.* Vers. Lat. vulg. sententiam ordinat; εἰ μέμονάς γε ἐρύεσθαι, etc. minus docte, quum infinita sint exempla constructionis modi *infinitivi*, quæ supra datur; in Homericis præsertim. Conf. supr. έ, 124. Conf. inter Tragicos Aesch. Prom. 718. Schütz. (249). ordines; οὐδὲ ἔσται μῆχος (κατά) τι (τοῦ) εὑρεῖν, etc. *nec ullam rationem posthac inire poteris quomodo malum arceas patratum.* Occurrit Ovidii illud; "Principiis obsta: sero medicina paratur cum mala per longas convaluere moras." Remed. Am. 91. Ed. Burm. (252). πέπον. Supr. β', 235. Vox hic amica. (255). σὺ δὲ μεγαλήτορα θυμὸν etc. Ang. vertas; *Restrain thou your haughtiness of spirit, for meekness is preferable.* ἴσχειν (μέμνησο) ut supr. 248. Sic ληγέμεναι, 257. (259). ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν, *atqui, vel etiam nunc*, (h. e. καὶ ὀψέ περ, ut supr. 247.) παύεο, *cessa, teipsum cohibe.* Vacillant lectiones inter παύε' i. e. παύου, a παύομαι. et παῦε, a παύω. Hoc plerumque *transitivum* est; haud abnuerim tamen exempla esse ubi *neutraliter* (ut dicunt) significat, *cesso*, quod hic bene convenit, et docet Ernesti. Vis transitiva vero usitatior: Conf. inter plurima έ, 909. Luc. συγγραφ. § 1. adeo ut nil obstat quo minus vertatur; *cessare-facias, nec retineas, iram.* Perpendenti melius constat παύε' v. παύου, ob hiatum, nam ἐάω digammum non admittit. (261). μεταλλήξαντι χόλοιο. Dicitur pro, ἐπὶ τῷ μεταλλάσσειν. Ang. *in case you desist from your anger.* De locut. vid. Abresch. ad Aesch. T. 2. 47. (262). εἰ δὲ (βούλῃ)...ἄκουσον, etc. De hac ellipsi conf. supr. ζ', 376. θ', 18. inf. π', 667. Longissime petitam notes rationem Dnæ Dacier, posito εἰ δὲ quasi fuerit initium vs. 300 infr. et omnibus quæ intercedunt tanquam parentheticis. Repetita habentur 264—299. ex oratione Agamemnonis, 122, 157. (300). κηρόθι μᾶλλον. Accipit Heyne quasi simpliciter fuerit μάλα ἐν κῆρι. Prætulerim vero; *Si odio majore prosequeris Agamemnonem quo magis te cumulaverit donis.* Dicitur certe κηρόθι pro ἐν κῆρι, ἐκ ψυχῆς. Sch. br. h. e. ἐτεὸν, ἀπὸ σπουδῆς. sup. ή, 359. Hortatur vero Ulysses ne præ odio ductoris exercitum totum perditum eat: σὺ δ' ἄλλους περ, etc. *Tu ceteros saltem miserere confectos labore;* ἦ γάρ κέ σφι, etc. *Inter illos equidem summam gloriam tuleris: nunc enim Hectorem interfecturus es,* qui antea se intra muros continuit, te vero absente, fidenter magis et superbe se jactat. Prudenter addit Ulysses quæ, fortius donis, animum generosum commovere possint, nempe laudis imaginem hostisque, ni se expergefaciat, victoriam adepturi. (308). In Hippia Platonis, notatur discrimen inter utriusque mores; prodit Ulysses callidus et solers, consilii peritus, sententiarum artifex. Bellator juvenis contra, impetu concitato fertur, oratione usus conturbata, et vehementi permotus animi affectu. Orationis resolutio hujusmodi sit; Dona respuit Agamemnonis, idque ob injurias illatas et nullo habitos discrimine fortem ignavumque. Irridet propugna-

cula, se illico abiturum professus. Deinceps (374 sqq.) vehementer negat se opem laturum vel consilium commune initurum; affinitatem indignanter respuit; vaticinii Thetidis meminit; Ceteros demum hortatur ut eandem, ac ille, viam ingrediantur. (309). χρὴ μὲν δὴ, etc. Ang. *It is but becoming in me to express my sentiments without reserve.* Accipio ἀπηλεγέως fere ut supr. β', 10. ἀτρεκέως, i. e. ἁπλῶς καὶ κατ' ἀλήθειαν. Ita Sch. ad Apoll. Arg. 2. 17. Conf. Sch. br. qui varia præbet. Errat idem Scholiasta exposito ἀποειπεῖν per ἀπαρνήσασθαι. Est *edicere, eloqui;* ut supr. ή, 416, ἀγγελίην ἀπέειπεν. (311). ὡς μή μοι τρύζητε. *Ut ne mihi obstrepatis.* Lat. vulg. "τρύζειν, quod proprie est pullorum avium et palumbium, nunc est, querendo instare." *Heyn.* Hoc ex Sch. br. &c. hausit, nam τρυγὼν est *turtur,* et comparat Virg. Buc. 1. 59. *gemit aeria turtur ab ulmo.* Sic ibid. 58. *raucæ palumbes.* De avibus usurpatur in Arat. Diosem. Theoc. Id. 7. et supr. β', 314. ἐλεεινὰ τετριγῶτας, nam τρίζω est vox ejusdem generis, ad soni imitationem ficta. Vid. Philost. 1. 2. c. 4. Lect. παρήμενος, ut doctiorem, recepi. Vulg. παρήμενοι retinuit Wolf. (312). ἔχθρος γάρ μοι, etc. Tota hæc oratio, indolem Achillis exhibens, Euripidi obversata est. Iph. in Aul. 926 sqq. ὁμῶς αΐδαο πύλησιν, *æque ac portæ Orci.* Sic infr. ύ, 65. οἰκία......τά τε στυγέουσι θεοί περ. Summam detestationem innuunt verba. (315). οὔτ'—οἴω. *Stat mihi sententia, certior sum.* ut supr. καί μιν πείσεσθαι ὀΐω. (318.) ἴση μοῖρα μένοντι, etc. h. e. me inani spe ludis præmiorum: Fortis et strenuus honorem parem consequuntur. Dixerat nempe Ulysses Achillem maximos honores adepturum dummodo consilia in melius mutaret; sup. 303. οἵ σε, θεὸν ὥς, τίσουσι. Respondet, se satis jam illorum fidem expertum fuisse, nec fructum laborum adhuc percepisse. (320). κάτθαν' ὁμῶς, etc. *occumbere solet.* Versus παρωδεῖ Lucian. ἐπισκοπ. §. 22. Notes in 321. vim præpositionis in περίκειται. *Nec quidquam præcipui præ ceteris repostum habeo,* quale meritus sum ob præclara beneficia scil. Sic Sch. br. περισσόν τί ἐστιν. Minus accurate vers. vulg. περίκειται reddit, *præ aliis ex re fuit.* (322). αἰεὶ ἐμὴν ψυχὴν, etc. Semper vitam meam in certamine periclitans. (324). μάσταx' ἐπεί κε λάβῃσι, etc. Omnino verterim cum Heyne; *ore, postquam acceperit, cibum ferat,* et supple in v. præced. προφέρῃσί (τι, τροφὴν scil.). Sic Horat. Sat. 1. 34. *ore trahit quodcunque potest.* μάσταξ exponere solent τροφή, *esca,* quæ, si fuerit, significatio tantum adumbrata est. Alias in usu Homerico est *os,* ut in Od. δ', 287. μάσταxα πίεζε. Hinc corrigas Lat. vulg. et pro μάσταxι in dativo accipias. (326). ἦμαρ dicitur αἱματόεν, proprie epith. pugnæ; et διαπρήσσειν ἤματα πολεμίζων, est, *dies exigere pugnando.* Notatur antea elliptica phrasis, διαπρήσσειν πεδίοιο. (327). ὀάρων ἕνεκα σφετεράων, *ob conjuges istorum,* h. e. *Atridarum.* Hoc indignanter dicit, nam de Helena tantum, Menelai uxore, pugnabant. Confert Heyne, Eustathium secutus, verba Teucri apud Sophocl. Aj. Flag. 1310–12. Est, ut hæc, oratio αἰτιατική. (328). δώδεκα δὴ, non ut Clarke reddidit, *duodecim scilicet,* sed *duodecim jamdudum.* Nec in melius mutari censeo etiamsi cum Heynio legeris, δώδεκα δέ. Spectant porro quæ hic narrantur ad Antehomerica: respice not. ad α', 9. et supr. ζ', 414 sqq. Tractat Strabo de regione

Troadis urbes hasce complexa. τροίαν γὰρ λέγει τὴν πεπορθημένην ἤπειρον, etc. 13. 844 sqq. Observandus porro venit prædæ partiendæ modus; præcipua sortitus est princeps, reliqua victori aliisque principibus (ἀριστήεσσι, 354.) cedebant. De hoc more violato conqueritur nunc Achilles, vel potius se unum omnium sua non propria habere, ἔμπιδα. (336). Plenam distinctionem post εἵλετο posuit Clarke, bene vero corrigunt Heyne, Wolfe. Exponit prior; "mihi soli eripuit —conjugem dilectam, eamque tenet—sed habeat, fruatur illa—at videte mihi iniquitatem hominis—uxoris Menelao ereptæ caussa bellum geritur." Obss. V. p. 597. θυμαρέα. τῇ ψυχῇ ἀρέσκουσαν, Sch. br. Convenit supr. ἑ, 326. ἄρτια εἰδυῖαν. (341). Reticetur responsum, ut in abrupta oratione solet: *Anne soli Atridæ conjuges amant? minime* (οὐδαμῶς)*—Solet enim vir bonus et prudens suæ ipsius curam habere.* Laudatur illud Virgilii; "Conjuge prærepta—nec solos tangit Atridas Iste dolor, solisque licet capere arma Mycenis." Aen. 9. 137. Obvium est mentem efferatam optime depingi in vss. 337—341. oratione in breves et præruptas interrogationes distincta. (346 sqq.) Amare dicta hæc omnia perlegenti facile constabit; præsertim 348. ἦ μὲν δή—*Sane jam permulta exegit sine me.* Vana omnia! consilia, munitiones, dum ipse abfuerim. Observat porro Eustathius orationem bene referri posse ad verba Agamemnonis, α', 174 sqq. πάρ ἔμοιγε καὶ ἄλλοι, οἵ κέ με τιμήσουσι, etc. (353). ἀπὸ τείχεος, *longe a muro.* (354). σκαιὰς πύλας. Conf. sup. θ', 58. (355). οἶον ἔμιμνε, *me solum manebat.* Sic antea οἰόθεν οἶος, ή, 39. Sic Eustath. at Sch. br. exponit ἅπαξ ἔμεινεν. (356 sqq.). Oratio sic cum Heyne constituenda; νῦν δὲ......αὔριον ἐπὴν προερύσσω νῆας ἅλαδε ἱρὰ Διὶ ῥέξας καὶ πᾶσι θεοῖς, νηήσας εὖ (αὐτὰς), ὄψεαι νῆας ἐμὰς πλεούσας, κ. τ. λ. Oratio evidenter præ ira et affectu concitato perturbatior. Pars Hellesponti de qua hic loquitur (v. 360) est tractus borealis maris Aegæi, trans quem fit in Thessaliam transcursus. (362). εἰ δέ κεν εὐπλοΐην, etc. *Si prosperam navigationem dederit.* Locum excitat Cic. de divinat. lib. 1. §. 25. de morte Socratis locutus, vertitque; *Tertia te die tempestas læta locabit.* Narrationem habuit ex Plat. Crit. p. 44. Ed. Bipont. (364). ἐστὶ δέ μοι, etc. Adduntur hæc ne suspicaretur aliquis tam in pretio fore dona Agamemnonis ut illum a proposito averterent. (367). ἄξομαι, ἅσσ' ἔλαχόν γε. *Auferam, quæ saltem* (γέ) *sortitus fuerim.* Quidquid, præda divisa, sibi sorte obtigerit, suum tanquam peculium spectatur: γέρας vero, quod *extra sortem* ob virtutem præclaram adeptus fuerit, *fide* solummodo sibi certum existimat. Hinc supr. α', 298 sq. se propter Briseidem certaturum negat. (369). (μέμνησθε) ἀγορευέμεν. (370). ἀμφαδόν. ut ἀτρεκέως, β', 10. ἀπηλεγέως, supr. 309. *Diserte hæc omnia renuntiate, ut alii indignentur si quando fraudem nectat* &c. experti scil. teterrimos effectus injustitiæ ejus. Notetur in 372. locutio ἀναιδείην ἐπιειμένος quæ obvia est supr. α', 149. Jungas insequentia, κύνεός περ ἐών. Impudentissimus licet fuerit, talis est ejus erga me injuria ut vos legatos miserit nec ipse faciem meam adspicere sustinuerit. (374). βουλὰς συμφράσσομαι. Conf. α', 540. τίς δ' αὖ τοι συμφράσσατο βουλάς. (375). Optime irascenti conveniunt hæ concisæ admodum et disjectæ sententiæ. οὐδ'

ἄν ἔτ' αὖτις ἐξαπάφοιτο etc. *Nec iterum me verbis deceperit.* ἅλις οἱ! *Satis sit illi me semel decepisse.* ἕκηλος, v. 376. ut Latinum *impune* dictum judicat Heyne. Certe cum amaritudine effertur et hominem notat cui nil amplius, quin perdatur, obstare potest. Ang. *unmolested.* De ἔῤῥειν vid. ζ', 348. (377). ἐκ γάρ εὐ φρένας εἵλετο. Quod ipse de se prædicat Agamemnon supr. 18. id *insaniæ, furoris* loco ponit Achilles. Locut. ἐξελέσθαι φρένας occurrit supr. ζ', 234. ubi conf. ut et infr. 511 sqq. ubi Ate (animi dementia) a Jove immissa perhibetur. (378). Haud plane constat unde petenda ratio locutionis ἐν καρὸς αἴσῃ, at generatim contemptum designari manifestum est. In dialecto antiqua extitisse vocem κάρ v. κόρ, *caput,* unde recentiores κάρα, κάρηνον, κείρω etc. notum est: huic non prorsus alienam censeo notionem materiæ a capite abscissæ, qualis est *capillus, pilus abrasus* (τὸ κειρόμενον). Hinc commode satis (inter cætera minus commoda) verteris cum Heynio; *pili rescissi in parte eum æstimo.* Hanc rationem, cujus vestigia jamdudum Clarkio debemus, quodammodo muniunt locutt. inter Romanos, " pilo minus amare". " pili facere". Conf. Cic. ad Quint. 2. ult. Catull. 10. 13. Obstat metrum ne accipiatur κάρ pro κήρ, κηρός, *mors,* etsi bene convenit γ', 454. vel pro κᾶρ, *miles conductus,* quales olim fuisse Cares perhibentur. At recentiorum hæc notio est ut abunde constat ex not. Clark. h. l. In Steph. Thes. reperio vocem ἔγκαρ, *pediculus;* meminit quoque Sch. B. Ven. at quid magis alienum a dignitate epica? Multo satius existimarim dici ἐγκάρου αἴσῃ, nam dicitur ἔγκαρος pro cerebro in Lycophr. et Alcæo, Ep. 1. 2. Conf. Sch. br. Ven. A. B. Leidens. Victor. Not. Clark. et Ernest. h. l. et imprimis Heyn. Obss. T. V. pp 603—606. (381). οὐδ' ὅσ' ἐς Ὀρχομενὸν etc. ὀρχομενὸς, πόλις βοιωτίας, ἣν μινύειον καλοῦσι. Hesych. Lex. De Orchomeno Minyeo conf. supr. β', 511. Ibi a rege Eteocle templum Charitibus, i. e. Gratiis dicatum perhibetur, quod advenæ magnopere divitiis augebant, et hinc verba, ὅσ' ἐς ὀρχομενὸν προτινίσσεται, *quot ad Orchomenum advehuntur dona.* De urbe religione nobili disserunt Pausan. 9. 36. Herod. Cl. 146. Sch. B. L. Ven. Hac quoque ætate florentissimæ opibus fuerunt Thebæ Aegyptiæ; ob numerum portarum urbs appellata fuit Hecatompylos, et Diospolis, quia Jovi sacrata; ob religionem templi ejus et tributa quæ huc a gentibus subditis afferebantur, divitiæ maximæ congestæ sunt; a Cambyse Persarum rege postea diruta fuit. Quæ porro hic de opibus suis immensis disseruntur, Heyne accipit ut sermonem ævi antiquioris: nec necesse est cum veteribus Scholl. arbitrari portas fuisse omnino ducentas et duos myriades intus contineri armatorum: " Numerus centenarius ponitur pro magno—et portis semel memoratis, multitudo hominum declaratur per numerum exeuntium". Not. h. l. Dicta hæc equidem de tota Aegypto accipiebat Aristot. Meteorol. 1. 14. cum quo concinit etiam Herodot. Euterp. 15. Addit sua Mela 1. 19. in loco a Vossio excitato; nec amplius profecerunt docti quam ut declararint, Thebas stationem fuisse militarem in qua bellicis artibus juventus exercitata est. Conf. Steph. Dict. Hist. art. Thebæ, unde plura hausit Heyne. (382). αἰγυπτίας. Conf. β', 537. δόμοι forsan ædes erant in quibus asservabantur divitiæ templi. *Heyn.* (383). Sup. 381. Respicit hic

ἑκάστην ad nomen πύλη quod in ἑκατόμπυλοι delitescit. Debebat esse ἑκάστας pro usu Homerico. Conf. (387). πᾶσαν λώβην δόμεναι, *pœnas persolverit contumeliæ*, phrasis pro δόμεναι, ἀποτῖσαι τὴν ποινὴν τῆς λώβης. Durius est Eustathii illud, πρὶν ἀντιλωβηθῆναι ὧν με ἐλύπησε. (389 sq.). (κατὰ τὸ) κάλλος. κατὰ τὰ ἔργα. (391). οὐδέ μιν ὧς etc. Ang. *not even on those terms*. Indignanter addit; ὅστις οἵ τ' ἐπέοικε, *quique ei sit convenientior*, dignitate, gradu scil. Hoc et βασιλεύτερος, ira permotus ob verba Agamemnonis ά, 186. Nestoris quoque, ά, 281. forsan adjungit. (394). γαμέσσεται, *desponsabit*. "γαμεῖσθαι in medio dicitur ut διδάσκεσθαι, quod est *docendum curo*, i. e. *procurare, ut filius uxorem ducat, prospicere filio de uxore, deligere filio uxorem*". *Ernest.* Nimis hoc Atticum in poëta Ionico judicat Heyne dictumque ponit pro γαμεῖν, *uxorem alteri parare*. Obss. V. 615. At rationem Ernestii sequor. Regulam inter atticos scriptt. usitatam de γαμεῖσθαι et γαμεῖν attingit Porsonus ad Eurip. Med. 264. (396.) ῥύονται, *tuentur*, i. e. *principatum obtinent: cum imperio præsunt*, Heyn. Hellas et Phthia ditionis Achilleæ partes fuerunt: Interdum et prior pro tota Thessalia ponitur sec. Aristarchum in Schol. br. q. vid. Conf. sup. β', 683. Sententiæ Dni. Dunbar in ά, 141. multum favet verborum, qualis hic est, ordo, πτολίεθρα ῥύονται. At medelam adhibet Heyne, οἱ ῥύονται πτολίεθρα. Obss. h. l. (395). *Sunt aliæ innuptæ Latio et Laurentibus agris, nec genus indecores*—Aen. 12. 24. (399). μνηστὴν ἄλοχον. Ubique vertunt, legitimam uxorem, sec. Sch. br. εἰς μνηστείαν δοθεῖσαν, νόμιμον. Ejusd. stirpis est μνηστήρ, *procus*. εἰκυῖαν bene reddunt, *aptam*, i. e. conditioni meæ. Sensus repetitur ex vss. 391 sq. et indignanter profert Achilles, non quasi se reipsa inferiorem existimaverit. (400). τέρπεσθαι, *me delectare ; frui ;* ut Lat. vulg. (401). Iracundus sententiam affert, minime omnium personæ suæ convenientem, sed quam existimat Agamemnoni minus exoptandam, nempe, *vitam* abundantem & placidam præ morte efferendam. (403). τοπρὶν ἐπ' εἰρήνης. Bello diuturno et gravi valde imminuebantur opes Trojanæ, quæ antea præclaræ fuerunt. Vid. σ', 289 &c. "A metallis, quorum Astyris, apud Abydum, erant vestigia, repetere eas opes, voluerant viri docti apud Strabon. XIV, p. 998 D." *Heyn.* Urbes vero direptæ, vastatus ager, et copiæ militum advenarum publico sumtu alendæ opes penitus fregerunt. (404—5). Templi Delphici divitias hoc ævo remotiore admirandas fuisse hinc liquet: λάϊνος οὐδὸς, *limen lapideum:* οὐδὸς Sch. br. exponit βαθμός, et certe ad templa quæ, ut Delphicum, loco editissimo extructa sunt, gradibus lapideis ascendebatur: possit quoque λάϊνος esse epitheton distinguens, quoniam antiquitus mos fuit *e lauro* templa conficere. Conf. Pausan. X. 5. p. 810. ἀφήτορος—τοξικοῦ, ἀπὸ τῆς τῶν βελῶν ἀφέσεως. Sch. br. *Recte ;* nec est cur a φάτις, *oraculum*, derivemus, quæ prior expositio est. Sic ά, 75, ἑκατηβελέταο ἄνακτος. Argutationes Scholiastarum de hac voce ἀφήτωρ videas congesta in Obss. Heyn. V. p. 616. Pytho notatur, Delphorum nomen antiquum, in Sch. br. qui de etymo comminiscitur. πετρήεσσα, ob situm. (406–7). ληϊστοὶ μὲν γάρ—κτητοὶ δὲ—inter hæc distinguendum; ληϊστοὶ, *præda parabiles*, κτητοὶ, quocunque alio modo. Omnia vitæ delectamenta parari possunt labore, vita ipsa non item; ubi semel effugerit &c.

Apposite laudantur imitatt. in Eurip. supplic. 775 sqq. et suavissima in Mosch. Idyll. 3. 100 sq. αἲ, αἲ, ταὶ μαλάχαι μὲν ἐπὰν—κ. τ. λ. Adde Theocr. Idyll. 4. 42. πάλιν ἐλθεῖν, i. e. ὥστε αὐτὴν πάλιν ἐλθεῖν, nec parando nec prensando efficere queas. (409). ἐπεὶ ἄρ κεν. Oratio antiqua pro morte; sic Sch. br. διὰ γὰρ τοῦ στόματος ἔξεισι τὸ ψυχικὸν πνεῦμα. ἀμείψεται, *pertransierit:* ἕρκος ὀδόντων. conf. sim. supra δ', 350. Notandum venit Lucretianum, *forasque per os est editus aër*, 3. 123. unde conjiciendum qualia de anima humana senserint veteres. Id inter Romanos indicat *spiritus:* Conf. Cic. Philip. 12. 9. Aen. 4. 75. (410). Aperte profitetur de fabula notissima fati ejus duplicis: διχθαδίας κῆρας φερέμεν—*gemina fata me rapere ad finem mortis* &c. Sic infra ν', 663 sqq. Odyss. λ', 109 sq. Supr. α', 35. "Duplex memoratur fatum, optione alterutrius proposita—res inprimis vaticiniis accommodata". *Heyne.* Adde sup. β', 832 sqq. (413). ὤλετό μέν μοι—*Spes reditus mihi haud amplius erit; periit mihi reditus*, sermone antiquiori. ἄφθιτον—*Semper honos nomenque manebit*—Virg. Aen. 1. 613. Recte hic Clarke; "Notandum quam singulari quamque modesto Poëta artificio, gloriam dicat Achillis *suo* factam *poëmate* sempiternam. Nusquam sui meminit omnino; sed Achillis nomen atque famam immortalitati tradidit; idque eum, non qualis fingi debuerat heros, sed qualis esset, depingendo". (415). ἐπέσσεταί μοι αἰὼν, δηρὸν, i. e. ἐπὶ χρόνον δηρὸν. Præ affectu orationem ejus non claudit, quæ sic procedere debet.—"Attamen, obscurus quanquam fuero, satius esset, quam sic laboribus fungi, et animos minime gratos experiri".—καὶ δ' ἂν τοῖς ἄλλοισιν—*et cæteros persuasos velim, ut domum redirent, mea exempla secuti* &c. (418). ἐπεὶ οὐκέτι δήετε τέκμωρ—*quoniam voti compotes non eritis:* dixerat supra Ulysses 236–7. Ζεὺς δέ σφι Κρονίδης ἐνδέξια σήματα φαίνων ἀστράπτει—victoriam Trojanorum esse prædicans; hinc occasionem arripit Achilles; quoniam partes eorum defendit Jupiter, nil restare, quin domum abirent: conf. Sch. Victor. h. l. Notetur antiquior sermo, χεῖρα ἑὴν ὑπερέσχε, ut supr. δ', 249. (422). ἀγγελίην ἀπόφασθε—prout viros decet legatorum officio functos, omnia præcise narrate. πάντα μάλ' ἀτρεκέως ἀγορευέμεν, ὡς ἐπιτέλλω. β', 10. (425). ἐπεὶ οὔ σφισιν ἥδε γ' ἑτοίμη, etc. Ang. *Since this which they have now devised, is not likely to prove effective, whilst I continue in my resentment.* γέ, *saltem: hoc saltem consilium*, "exitum, quem volunt, non habet". *Heyn.* Sic Sch. br. ματαία ἐστὶν αὐτη ἡ γνώμη. Eodem sensu usurpatur ἑτοίμη, ξ', 53. Non incommode verteris, *quoniam hoc non illis aptum est consilium*, qualis sensus in Pind. Ol. 6. 18. extat. Sed eodem redit. (430—33). Minime suspicati erant legati dona tam magnifica rejecturum Achillem; admirati primo, deinde ad dolorem et supplicationem se convertunt. μάλα γὰρ κρατερῶς—h. e. dona *vehementer recusaverat*—κρατερῶς, speciem unius ferens nullo modo munera accepturi. (433). δάκρυ' ἀναπρήσας, h. e. ἀναφυσήσας, ἢ, ἀθρόον ἀναβαλών. Sch. br. "Metaphora ab aqua aeris vi emicante. *Heyn.* Ang. verteris, *blubbering*. Sensus primarius τοῦ πρήθειν videtur esse in *perrumpendo* positus, adeoque indicari possit vis flammæ emicantis, venti coorti, &c. Hinc communiter vertunt *incendere*, et supr. α', 481. ἄνεμος dicitur πρήθειν, h. e. *flatu inflare* vela. Hinc, Hesychio monente, πρηστήρ, ἄνεμος σφοδρός.

Conf. Lennep. ad Coluth. C. 12. (434—601). Hanc orationem expendere operæ pretium erit. 1. Negat se ab Achille discessurum, quippe officii religione ductum, nam a Peleo ut comitem et præceptorem additum se memorat—446. Primum ad Peleum accessum narrat, et caussam quare domum paternam reliquerit—476. Se a Peleo bene exceptam Achilli puero educando operam navasse—490. Non igitur se eum unquam deserere posse. Sed quoniam Achivos relictos non vult, procedit exinde ad hortandam pacem et conciliationem. —508. Addit argumenta ducta ab *honesto*, muneribus tantis oblatis; viris summis ad eum exorandum missis.—519. alia proponit a *prudenti* et *utili;* exemplo Meleagri, qui id demum sæva necessitate facere coactus est quod antea precibus dare noluerat—595. hortatur ergo ne occasionem e manibus dimittat bene de Achivis merendi. —et summam argumenti claudit, honestum innuens ut id *muneribus* detur quod vi vel precibus extorqueri nequit; quippe id restitui debere quod læsum videbatur, nempe, dignitatis locum, honoris sensum; justitiæ caussa τὸ γέρας, et ad injuriam famæ diluendam τά δῶρα.—605. Orationis, quæ, a v. 529. vix ad normam componitur, analysin videas infr. in loc. cit. (434). εἰ μὲν δὴ νόστον *Si quidem nunc reditum in animo agitas ;* similis phrasis supr. ά, 297. σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο etc. (436). Metaphora est ab ingruente flamma; *postquam ira excandescens in mentem inciderit ;* sic habemus inf. λ', 155. ὡς δ' ὅτε πῦρ ἀΐδηλον ἐν ἀξύλῳ ἐμπέσῃ ὕλῃ. Bonum sensum hoc quod a Heynio notavi præbet. Illustratur amplius ex eo quod de luctatore dicitur a Pind. Py. 8. 117. Sic βαρὺ νεῖκος ἔμπεσε. Nem. 6. 86. Conf. supr. 235. Oratio 437, affectu tenero plena est, πῶς ἂν ἔπειτ' ἀπολιποίμην σεῖο ; *Quomodo, te discedente, remanere possum?* (440). Hinc constat Achillem, ætate adhuc teneriori, Græcos in expeditione Trojana comitatum: Notum est artificium Thetidis, eum insula Scyro retinentis in habitu muliebri, unde astutia Ulyssis ablatus est. Fabulam fortasse ex hoc loco desumtam agnoverit lector eruditus. (441). ἵνα—ἀριπρεπέες τελέθουσι· hinc ἀγορὴν κυδιάνειραν, ά, 490. De epith. ὁμοΐιος in vers. præc. respice ad δ', 315. Bene ab Hesychio comparatur inf. σ', 309. ξυνὸς ἐνυάλιος. æqualiter omnibus difficilis," exp. Sch. br. (443). μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, etc. " Fortem esse manu, in conciliis et senatu prudentem et disertum" Heyn. Constructio est, διδασκέμεναι τάδε πάντα (ὥστε σε) εἶναι μύθων τε ῥητῆρα, κ. τ. λ. nam de Achille loquitur non de seipso, ut monet Clarke. Conf. huc Aristot. de repub. l. 9. Quinctil. II. 3. Similia sunt verba Penelopes de filio, Od. δ', 818. οὔτε πόνων εὖ εἰδὼς οὔτ' ἀγοράων. (444). ὣς ἂν ἔπειτ' ἀπὸ σεῖο, etc. pro διὸ οὐκ ἀπολειφθήσομαί σου. Sch. br. *Adeo ut nec velim a te, care fili, relinqui,* (ἔπειτα) quum res ita fuerint, ut te, pupilli loco, haberem. Fere ut sup. ζ', 350. ἔπειτ' ὤφελλον εἶναι. Pergit 445. οὐδ' εἴ κέ μοι, etc. Vis inest verbo ἀποξύσας· *senectutem, quasi deforme et tetrum quid, abradens.* " γῆρας ἀποξύειν ductum est a serpentibus pellem abstergentibus; qui, districta pelle, senectutem exuunt, ἀποδύουσι." *Heyn.* Ang. vert. *Not even though the Deity himself were to promise me renewal of my youth.* (447). Narrat fugæ caussam et rationem a domo paterna: Hippodamia fuit mater Phœnicis et Clytis

pellex, cujus ut amorem conciliaret filium obsecravit. Hoc ne viri animus ab ea aversus esset. Confer. Sch. br. Recte vero notat Sch. Victor. hanc narrationem bene ad conciliationem compositam esse; Agamemnonem veniam impetrare decebat, quum jam offensæ gravioris reum excepisset Peleus. (452). ἵν' ἐχθήρειε γέροντα—Juvenis amore capta scil. Mos in heroicis temporibus usitatus fuit: etsi ægre tulisse nunc uxorem apparet. "Homero semper est ἐχθαίρειν τινὰ, *odisse* : ἔχθεσθαί τινα, *odio esse*. Recte Sch. br. μισήσειε." Heyn. Obss. 626. (457). ζεὺς καταχθόνιος dicitur Pluto, i. e. *inferus*. Sic *Jovi Stygio*, Aen. 4. 638. *Tartareo Jovi*. Val. Flacc. lib. 1. Aliquando et simpliciter ζεύς, ut apud Lucian. in νεκρικοῖς. ἐπαινή vertitur *horrenda*, αἰνός enim est δεινός. Sch. br. Nec justas ob rationes ablegatur versus a Knight, Prolegg. apte enim subjiciuntur, quæ diras perficiunt, numina. Devovendi autem notetur mos et ratio supr. 454 sqq. Sic inf. 562 sqq. obstestatur Althæa, ἀΐδην καὶ ἐπαινὴν περσεφόνειαν, et ab Erinnye auditur, 571. Porro a Wolfio insertos video quatuor versus inseqq. τὸν μὲν ἐγὼ βούλευσα καταχτάμεν ὀξέϊ χαλκῷ· ἀλλά τις ἀθανάτων παῦσε χόλον· ὅς ῥ' ἐνὶ θυμῷ δήμου θῆκε φάτιν καὶ ὀνείδεα πολλ' ἀνθρώπων, ὡς μὴ πατροφόνος μετ' ἀχαιοῖσι καλεοίμην. Hos sustulisse Aristarchum memorat Plutarchus, qui injuria id factum censet, eos tempori optime convenire existimans. Eadem notat in sua edlt. Barnes. Criticam ulterius spectes in Obss. Heyn. V. pp. 628—9. (458). ἔνθ' ἐμοὶ—Ang. *Then my spirit no longer endured that I should remain an inmate in his family, whilst I continued the object of my father's resentment.* (460). ἔται, *amici, sodales*. ἀνεψιοὶ *consanguinei*, proprie fratrum filii, ut Achilles et Ajax. Sch. br. Hi, ne fugam capesseret, orant. (462). De εἰλίποδας conf. supr. ζ', 424. ἕλικας varie interpretantur, sed simplicius et melius S. br. *camuris cornibus* vertit. Locut. in 463. θαλέθοντες ἀλοιφῇ illustratur supr. ad verb. δαῖτα θάλειαν, ή, 475. (464). τανύοντο—*extendebantur*. εὑόμενοι, *ustulandi*, i. e. quoad pilos ac setas, antequam assarentur. *Heyn*. (465). ἐκ κεράμων——*ex doliis*. Habetur supra έ, 387. χαλκέῳ δ' ἐν κεράμῳ, pro *carcere*; conf. in loc. (466). Ordo est, εἰνάνυχες (διὰ ἐννέα νύκτας) παρίαυον ἀμφ' ἐμοὶ αὐτῷ (διὰ τὰς) νύκτας. 468—αἰθούσῃ εὐερκέος αὐλῆς. 469. προδόμῳ. θαλάμοιο. 472. ἑρκίον αὐλῆς, etc. De partibus hisce domuum antiquarum, conf. not. ζ', 243. et sqq. (474—5). Conf. sup. ad β', 683. μητέρα μήλων, sermone antiquo pro, *divitem pecorum :* hisce temporibus, propter scelus commissum, heroes in exilium sæpe sunt profecti; exinde a scriptoribus tragicis plurimæ desumptæ fabulæ: Sic Telamon, propter cædem Phoci. Peleus ipse, Euryto occiso, et Hercules, Iphito. ἐξικόμην. Exp. Sch. br. πρὸς τὸν πηλέα ἱκέτης παραγενόμην, καὶ ἱκέτευσα. Supplex accessi. De πρόφρων, 476, sæpe jam antea: hic est, *amanter me excipit*. Conf. θ', 175. (478). τηλύγετον—de hac voce vid. sup. (γ', 175.) Summum designat amoris et affectus gradum. Invenitur ἐπὶ κτεάτεσσι supr. έ, 154. Constructio hic est, opibus largis destinatum hæredem. (481). καί σε τοσοῦτον—*Et te tantum feci, O Diis par Achilles, ex animo diligens :* i. e. "Educavi te, ut adolesceres ad hoc ætatis, quo nunc es constitutus." *Heyn*. Sic habetur Sophocleum, καί σ' ἐθρεψάμην, τόσον δ' ἐς ἥβης. Ad v. præc. notandum est nil obstare quo

minus inter finitimos populos, Dolopes, princeps (ἄναξ) fuerit Phœnix, a Peleo agris amplissimis et honoribus donatus: sic supra ζ', 193 sqq. Bellerophon inter Lycios principatum et agrum obtinet. (482). Chironis quoque meminit Homerus, medicinam edocentis, λ', 829. et iterum, δ', 219. Ut Pelei amicum, π', 141. τ', 388. Vult vero ostendere Phœnix se Achillem penitius novisse, et majorem cum eo amicitiam inivisse: "Videtur Phœnix fuisse altor Achillis, Chiron in disciplinis singularibus magister." *Clarke.* (484). Vertas: *antequam te genibus meis impositum cibo satiassem.* Desideratur πρὶν in prioribus; ἐπεὶ οὐκ ἐθέλεσκες (πρὶν) ἤ ἐγὼ, etc. Vocula γέ illata videtur ob metrum, nisi quis malit, *priusquam saltem.* (488). οἴνου ἀποβλύζων, h. e. μέρος τι οἴνου. ἐν νηπιέῃ ἀλεγεινῇ, recte vertes; *infantiæ difficilis, molestæ, more.* Ang. *in infant peevishness.* ἀλεγεινῇ, "epitheton ad molestias, curas et solicitudines spectat, quas nutritii nutritoribus creant." *Heyne.* (489). τὰ φρονέων, etc. Ang. *considering, that the Gods never granted me issue.* lit. *perficiebant prolem.* ὃ pro ὅτι—καθ' ὅ—ut sæpius, (490—1). θρεπτήρια indicat pueritiæ. Vid. sup. δ', 478. *Attamen filium feci, ut aliquando indignum fatum a me arceres;* Defensoribus sæpe indigebat senectus ætasque imbellis ubi vis et arma victoriam sola reportabant: hinc adoptio hæredum, ubi naturales defecerunt. Obvium est Lucretianum illud, 4. 1249. *ut possent gnatis munire senectam,* ubi plura apposite confert Wakefield. Notat porro Schol. Vict. Phœnicem hoc modo officium Achillis in Græcis servandis adumbrare. (492). Amicitia quæ ei cum Achille fuit licentiam dat apertius loquendi, quam antea Ulyssi. Hinc θυμὸν μέγαν—νηλεὲς ἦτορ. Notandum porro est quantum teneritudinis inest allocutioni, ἀλλ', Ἀχιλεῦ, dum per exactæ pueritiæ curam, et amoris debiti sensum, eum, ut iram deponat, obtestatur. Ad verb. νηλεὲς ἦτορ, Conf. β', 490. ω', 205, 521. Callimachi est ἀνηλεὲς ἦτορ. H. ad Del. 106. (494). τῶν περ καὶ μείζων ἀρετὴ—*Flecti utique solent et Dii ipsi, quorum omnino major est virtus et honor et potentia.* ἀρετὴ, præstantia quævis corporis vel animi vel fortunæ. Te placabilem fieri decet eorum exempla imitatum. εὐχωλῇς ἀγανῇσι—*votis placidis, blandis,* ut supr. δώροισιν ἀγανοῖσι, 113. ἀγανοῖς ἐπέεσσι, β', 180. Conf. illud Pind. θεὸς εὔφρων εὐχαῖς Ol. 4. 21 sq. (498–9.) καὶ γάρ τε λιταί—*Etenim preces sunt Jovis filiæ magni, claudæque, rugosæque et oculis strabæ:* Hæc descriptio personis convenit optime: vocantur *Claudæ,* tarde enim et ægre, ad eum qui injuria affectus fuerit, acceditur, et genibus flexis oratur: *rugosæ* et *strabæ,* quia recto vultu adspicere non audent supplices, tristi insuper et dolore pleno. Hæc Sch. br. *Jovis filiæ,* quia a diis omnia, quasi auctoribus, repetuntur, et Jovi præcipue tribuitur supplicum cura. unde epith. ἱκετήσιος. et nuncupatur ἐπιτιμήτωρ ἱκετάων, Od. 1. 270. Similem ob caussam vocatur ἄτη, πρέσβα διὸς θυγάτηρ, infr. τ', 91. ubi personam induit. Apposite hic notat Clarke; "Simili fere loquendi ratione ac Homerus hic Preces vocat διὸς κούρας χωλάς τε ῥυσάς τε, Euripides mentis male sibi consciæ cogitationes appellat τὰς αἱματωποὺς καὶ δρακοντώδεις κόρας." Sunt verba Orestis furiosi, v. 250. Ed. Pors. conf. et infr. γοργῶπες, ἐνέρων ἱέρειαι, δειναὶ θεαί, v. 255. Est nempe sermo symbolicus, dum abstractæ mentis cogitationes se in personas moventes et

agentes mutant. (500). Ordines; κιοῦσαι μετόπισθ' ἄτης, ἀλέγουσι, i. e. sollicitæ sunt, nempe ad medendum vulnus, βλάβην, ab Ate illatum. Hinc 583. ἐξακέονται ὀπίσσω. (501 sq.). Per epith. ἀρτίπος, σθεναρή, designantur animi ferocientis vires ad injuriam inferendam: celeritas quoque; *omnes ideo* (λιτάς) *cursu longe antevertit*. De φθάνω conf. supr. έ, 119. (504). ὃς μέν τ' αἰδέσεται, etc. Sic supra ά, 23. αἰδεῖσθαί θ' ἱερῆα.—*Quisquis benigne exceperit filias Jovis*. Hinc explicaveris epith. αἰδοῖος quo designantur, et ὁ ἱκέτης, *supplex*, et ὁ ξεῖνος, *hospes*, notante Heyn. De locutione ἆσσον ἰέναι, vid. ad ά, 567. ubi sensus diverse instituitur. (506). ὃς δέ κ' ἀνήνηται, etc. i. e. αἰδεῖσθαι, *reverentia eas prosequi;* h.e. Si quis orantem supplicem pervicacius audire denegarit, suo fit periculo; τόνδε......δειναὶ ἆται κλονέουσιν ἀεὶ ξυνοῦσαι. Soph. Œdip. Colon. 1242. (510). τιμὴν, ἥτ' ἄλλων περ—Honorem, reverentiam iis debitam, quibus mentes sapientum permoventur, ut supplices exaudiant; ἄλλων περ, *aliorum quorumcunque*, de qua vi partic. περ, conf. Hoogev. §. V. p. 460. (511). τὰ δ' ὄπισθ' ὀνομάζοι. Anne recte Lat. Vulg. *et alia in futurum nominaret?* Debet esse, *nec alia in futurum*, &c. ὀνομάζοι, hic ὑπίσχοιτο, *promitteret*. Casum proponit; Si nec ab ira cessaret Agamemnon nec munera tibi vel in præsens vel in futurum satis ampla proponeret, haud mirer te auxilium recusaturum nec ad dandum impellerem etsi id precibus efflagitarent Achivi, χατέουσί περ ἔμπης—Nunc vero Agamemnon non modo injuriam deprecatur verum etiam munera mittit, 515. αὐτίκα, ut supr. *in præsenti*. (518). φίλτατοι, ut sup. Achilles ipse, 197—8. τῶν μὴ σύγε μῦθον—lit. *nec orationem nec pedes (legationem) eorum asperneris:* i. e. ut optime Clarke; *Horum tu neque orationem neque legationem, nec quid dixerint nec quid fecerint tanti viri, itinere ad te suscepto, asperneris*. Antiqua phrasis est ἐλέγχειν πόδας, h. e. τὴν ἐνθάδε ἄφιξιν. Sch. br. (520). οὕτω καὶ τῶν πρόσθεν, etc. Sic etiam de priscis heroibus famam accepimus, etc. Exemplum adfert cur mitiorem se præbeat Achilles, longam et verbosam narrationem, seni vero optime convenientem, exorsus. μέμνημαι τόδε ἔργον, πάλαι γεγενημένον, οὐ νέον .....ὡς ἦν, *sicut acciderat*. Sch. br. (525). κουρῆτες. ὑποδιήγησιν incipit, episodium, in quo poematis universi quodammodo instituitur ratio. Ira Achillis adumbratur sub persona Meleagri, et in *medias res* rapitur lector, adeo ut narrationis epicæ et senilis consuetudinis serventur leges. Conf. Eustath. in loc. Curetes isti fuerunt Acarnanes, antiquiores Aetoliæ incolæ, qui Pleuronem tenuerunt; Aetoli vero Calydonem. Bellum incidit, et labes prima, apri Calydonii immissio. *Sch. br.* Altius vero rem repetere licet ex odiis inter gentes: nam advenæ Aetoli partem agri colebant, Curetibus expulsis. Simultates de novo accenderat Meleagri factum.

Analysin, quæ sequitur, rogatus mecum communicavit Vir amicissimus Guil. Neilson cujus ope melius quam adhuc comperi narratio ordinatur. In partes novem distinxeris; I. 529–542. Diana Oeneo irata, ob sacra posthabita, aprum immittit qui agrum Calydonium vastat. II. 539–542. Meleager, Oenei filius, multa manu comparata, aprum perimit. III. 543–545. Litem excitat Diana inter Curetes et Aetolos de capite et pelle apri, quæ Atalantæ dederat Meleager ob primum vulnus inflictum. Hoc ceteri venatores injuriam sibi fieri existimantes

rixas movent, et, pugna coorta, avunculos ejus Meleager interficit. Hinc bellum exortum sævius. IV. 525–528. Calydonem oppugnant Curetes. V. 546–548. Oppugnationem instituere nequeunt Curetes dum suis Meleager opem fert, At—VI. 548–550. 569–570. victoriam jam comparaturi sunt quum Meleager ira percitus Calydonum partes deserit. VII. 551, et 561–568. Iræ caussa exponitur; ob fratres ejus occisos Diris eum devoverat Althæa. VIII. 552–560. Interponitur digressio; domi se continet Meleager cum uxore Cleopatra de qua instituitur narratio. Conf. loc. IX. 570–595. Viribus fractis, Aetoli ad orandum legatos mittunt, nec voti compotes fiunt, donec Meleager, precibus Marpessæ devictus, in aciem rursus procedit. Debellantur Curetes. (527). ἀμυνόμενοι (ὑπὲρ) Καλυδῶνος—uti sæpius; conf. μ', 242. ἀμύνειν τινί, conf. ζ, 262. (529). καὶ γὰρ τοῖσι—*His etenim immiserat pestem Diana, ira percitus propterea quod primitias non comportaverat Oeneus,* &c. Caussa et origo contentionis narratur. Attamen, ut Heyne observat, narratio hæc de apro Calydonio una est ex quatuor cardinibus unde heroicæ ætatis et mythorum priscorum pendet compages chronologica: alteræ sunt, *expeditio Argonautica, Bellum* τῶν ἕπτα ἐπὶ Θήβας. *Trojanum bellum.* Sic instituitur ratio in Chronol. Newt. (530). θαλύσια—diserte explicant Sch. br. et Lips. de sacris post fruges comportatas; *first-fruits;* συγκομιστήρια, S. Lips. h. e. θυσίας, μετὰ τὴν συγκομιδὴν τῶν καρπῶν, τοῖς τε ἄλλοις καὶ τῇ Δήμητρι. S. br. Bene explicantur ex Idyll. VII. Theocr. cui epigraphe est θαλύσια. Conf. vss. 32 sqq. ἀνέρες εὐπέπλῳ δαμάτερι δαῖτα τελεῦντι ὄλβω ἀπαρχόμενοι· μάλα γάρ σφισι πίονι μέτρῳ ἁ δαίμων εὔκριθον ἀναπλήρωσεν ἀ λ ω ά ν. Constat ex vss. 530, 537. *vindemiam* narrari et ἀλωάν esse *vineam.* Conf. inf. 536. γουνῷ ἀλωῆς,—est ut S. br. bene explicat, *in fructuosissimo agri loco.* Hinc ἀλωὴ γόνιμος, quod in oratione antiqua effertur γονὸς, vel γουνὸς, ἀλωῆς. Conf. supr. 141. ad verba οὖθαρ ἀρούρης. et locutionem similem in Hes. Theog. 54. μνημοσύνη, γουνοῖσιν ἐλευθῆρος μεδέουσα. De ἀλωή, vid. sup. (ε, 499.). (533). ἢ λάθετ' ἢ οὐκ ἐνόησεν, i.e. *quum sacra facere ei propositum fuerit, oblitus est, vel haud omnino animo adverterat.* Sch. br. assentitur Heyne. attamen Sch. Lips. accipit, *volens prætermisit.* Conf. Ernest. Vid. sup. ι, 349. ubi similiter, atque hic, coalescunt ἢ οὐχ. (534). δῖον γένος. Hoc quod potius ad Dianam spectat, Scholia quædam (Vict. et Lips.) ad Achillem referunt quasi διογενής, notantibus Clarke et Ernesti. Exponit Sch. br. de Artemide. (535). ὦρσεν ἐπὶ—ἐπῶρσε, χλούνην σῦν ἄγριον. Heyne ex Sch. br. interpretatur quasi sit χλοεύνην, ἐν χλόῃ εὐναζομένην, εὐτραφῆ. in herbosis paludibus latitantem. Variæ sunt aliæ, sed hoc præferendum. (536). ὃς κακὰ πόλλ' ἔρδεσκεν, ἔθων, etc. *Qui damna multa patravit, frequentans Oenei agrum.* Lat. vulg. Sic Sch. Ven. A. ἐξ ἔθους ἐπιφοιτῶν. Id. Sch. br. et plerique antiquiores. Accuratius Eustathius, quem secutus Heyne bene distinxit; κακὰ πόλλ' ἔρδεσκεν, ἔθων, οἰνῆος ἀλωήν, *more solito, multa damna intulerat vineæ Oenei.* ἔθων dicitur absolute, κατὰ τὸ εἰωθός, at ἔθειν ἀλωήν, solœcum foret. Video verum perspexisse Schrev. in edit. Sch. br. Porro constructio ἔρδειν κακά τινα v. τι usitata est. Sic Hesiod. ἔργ. I. 325. ξεῖνον κακὸν ἔρξει. Latius accipit ἀλωὴν Sch. br. ut καρποφόρον χώραν. et, quatenus ex fragmento

Euripidis conjicere possum, idem sensisse videtur Tragicus; est in Meleagro: Oeneus πότ' ἐκ γῆς πολύμετρον λαβὼν σ τ ά χ υ ν, θύων ἀρτέμιδι· nisi στάχυν latius acceperis ita ut proventum vineæ quoque indicet. Conf. Heyn. Obss. V. 649. ad v. 530. in 538, dicitur ἄνθεσι μήλων periphrastice pro μήλοις, καρποῖς, pari lege ac κῆρ πυλαιμένεος, βίη πριάμοιο, etc. toties obvia. προθέλυμνα χαμαὶ βάλε in v. præc. est *funditus, cum ipsis radicibus humi dejecit.* (542). πολλοὺς δὲ πυρῆς ἐπέβησ'—*multos conscendere fecit rogum tristem.* Uti sæpissime, ἐπέβησε pro ἐπεβίβασεν. (543–4–5). Munus præcipuum Meleagro deditur propter apri occisionem; Ille vero vicissim Atalantæ dono dedit: avunculi ejus, Plexippus et Toxeus, factum indignantes, spolia puellæ ereptum ibant et a Meleagro occisi sunt. Hinc bellum a Curetibus illatum ad mortem principum ulciscendam et fabula notissima de exitu fatali Meleagri ipsius. Sch. br. Parum diserte a poeta explicatur narratio. Conf. Arg. sup. 525. (547). τόφρα δὲ κακῶς ἦν—*Tamdiu valde afflictæ fuerunt Curetum res.* οὐδ' ἐθέλεσκον, etc. *nec poterant* (ἐδύναντο) *manere extra mœnia*, i. e. vel Calydonis, et sic dictum est ut προπάροιθε τείχεος, vel Pleuronis, in quo se conclusos tenebant in acie stare haud valentes. Utrumque commodum, at quoniam oppidi Curetum non meminerat poeta, de Calydone potius τὸ τεῖχος intellexerim. Discrepat Heyn. in Nott. h. l. (549). *At ubi demum ira occupaverat,* &c. Succensebat, ex eo quod mater, posthabita filii salute et gloria, diras ob fratrum cædes fuerat precatus; deinde se domum recipiens, agri Calydonii vastationem minime curavit. Notandum est, quanto cum artificio usurpantur verba ὅστε καὶ ἄλλων. Agamemnonem et Achillem perstringit oratio, atque reverentia summa adhibetur, dum de exitiosa eorum contentione verba facit senex. *Sapientissimi etenim solent irasci.* (552). κεῖτο. recte Sch. br. ἀργὸς διετέλει——tempus intra thalamum terebat otiosus, securus. 552—560, omnia in parenthesi accipienda. Marpessam abripuerat Apollo; huic congressus Idas, eam dedere coegerat. A querelis quas ediderat Marpessa, nomen Alcyones natæ inditum erat, ab Alcyone, ave querula et lamentabili. Nam in v. 559. verte ἀλκυόνος οἶτον, *planctum alcyonis,* ut eadem sit ac οἶκτον, querelam. Mythum in Ovid. Metam. II. Homero ignotum crediderim, et minus commode huc translatum. Vid. H. Obss. h. l. (555) τῶν τότε—Hoc propter reverentiam Achillis subjicit; ne in offensionem ducatur Græcorum fortissimus. Observat Schol. Vict. (558). καλέεσκον ἐπώνυμον. i. e, φερωνύμως, ducto nomine ab ave querula, πολυπενθέος, *luctuosa.* (561). τῇ ὅγε—redit ad narrationem 552. τῇ, *Cleopatra.* De significatione vocis πέσσων, conf. sup. ά, 81. Ang. efferri potest; *brooding over his resentment.* (562). ἐξ ἀρέων, i. e. διὰ τὰς τῆς μητρὸς κατάρας. Sch. br. (563). (ἕνεκα τοῦ, ὑπὲρ τοῦ) φόνου κασιγνητικοῦ—plures acie interfecti a Meleagro sunt. Sch. br. Sup. 543–4–5. Nomina recenset Scholiasta. scil. Iphiclus, Polyphantes, Phanes, Eurypylus, Plexippus. Junctura autem est, πόλλ' ἀχέουσα ἕνεκα τοῦ) κασιγ. Diris devovendi explicatur ratio in hoc et seqq. θεοῖς ἀρᾶται, γαῖαν ἀλοία, κικλήσκει τοὺς κάτω θεοὺς, ἐριννύας, etc. Conf. sup. 454. (564). πολλὰ δὲ καὶ γαῖαν—*Multum et manibus almam terram verberabat;* πολυφόρβην, epith. ut Virgilianum. *Terræ om-*

niparentis. Aen. 6. 595. quod ex Lucretio expressit 2. 705. 5. 260. Ambobus fons Homerus et in Hymn. ad T. M. 1. γαῖαν παμμήτειραν, etc. Præsenti epitheto conveuit v. 2. ἢ φέρβει ἐπὶ χθονὶ πάνθ' etc. Nec dubium quin huc respexerit Aesch. Choëph. 124. In precibus fundendis diversa ratio instituta pro diis, quos precabantur. Si ad Superos, manus sursum attollebant. Inferi invocati, manibus versus terram inclinatis, et Marini, super pontum extensis. Conf. exempla, ή, 177. 200—201. ά, 350 sq. In Hymno ad Apollinem, v. 333. modo simili infera numina precatur Juno, Jovi irata ob procreationem Minervæ: conf. etiam ibid. 340. (567–8). τῆς δ' ἠεροφοῖτις ἐριννὺς, etc. Hanc vero exaudivit Erinnys, *per-tenebras vagans,* &c. recte *per tenebras,* et epitheton simile obvium est in Psalmis; 91. 6. " Pestis quæ in caligine ambulat." Exponit Sch. br. ἀόρατος. Porro de ἐρέβευσφιν et adjecta terminatione φίν, vid. sup. δ', 452. ἀμείλιχον ἦτορ ἔχουσα, Virgiliano respondet, *cui tristia bella, iræque insidiæque et crimina noxia, cordi.* Aen. VII. 325–6. (569). Narratio continuatur ab 549. Aetolorum rebus afflictis, Meleagrum orant ut civibus opem afferret. Hoc munere perfuncti sacrorum antistites, ut sup. ζ', 287. ubi preces ad Minervam factæ. (574). De τέμενος et hac ratione virtutem præclaram honorandi conf. ζ', 194, 195. ύ, 184. verba procedunt Ang. *They desired him to make choice of the fairest portion of the land. To set apart half for cultivating the vine and half (as arable land) for the purpose of tillage.* Exponit S. br. ψιλὴν ἄροσιν per ἄδενδρον χώραν—et constructio Heyniana convenit, nempe ἤνωγον ἑλέσθαι τέμενος—(ὥστε) μὲν ταμέσθαι τὸ ἥμισυ, οἰνοπέδοιο· ἥμισυ δὲ, ψιλὴν ἄροσιν, πεδίοιο. Distinctio explicite facta, ζ', 195. φυταλιῆς καὶ ἀρούρης, ubi conf. notata. (581). ὁ δὲ μᾶλλον ἀναίνετο—*sed vehementius renuebat.* Ex hac tota narratione constat fabulam de titione et interitu Meleagri figmentum esse recentiorum et Nostro ignotam. Quidam symbolice dictam putant pro exsecrationibus Althææ. Conf. Steph. in Dict. Histor. (579). σανίδας, *fores:* θύραι sunt aperturæ in muro. Heyn. Obss. γουνοῦσθαι, *suppliciter orare,* est verbum effictum a γόνυ, i. e. ἱκετεία, in sensu metaphorico. Conf. ά, 500. (584 sq). πρίν γ' ὅτε δὴ, etc. *Donec jam thalamus crebris ictibus concussus est et jam in eo essent Curetes ut, mœnibus superatis, ignem urbi admoverent; Tum demum,* etc. De Coriolano narratum menti obversatur. (589–90). Vivida narratio et quam Demosthenes, de Phocensium interitu locutus mutuatus est; Conf. Hermogen. Cap. 33. Confer quoque descriptionem Aesch. ἕπτα ἐ. Θ. 340—67. ut et orat. Cæs. in Sall. de conjurat. Catalin. §. 53. Vocem βαθυζώνος interpretatur Heyn. de veste longiore et ad talos defluente, ἐκταδίη. (594). εἴξας ᾧ θυμῷ, i. e. *impetu mentis, non a popularium promissis adductus, pestem arcebat.* Sermonis artificium excutias: Meleagri exemplum proponitur, qui se donis minime exorabilem professus, Cleopatræ tamen precibus demum obtemperarat, argumento hinc captato, Achillem, dum se precibus amicorum et muneribus circumsessum videt, animum magis placabilem accipere debere. Id suadet senex antequam pernicies ultima invaserit, tunc enim necessitate coactum se decertaturum, nec dona

sperari posse, v. 597. quæ tamen, mulctæ loco, apprime necessaria profitetur Phœnix. Notanda veniunt, Phœnicis amor——decoris observantia—quæ nec Agamemnonis reverentia nec periculi imminentis facies amovere possunt. (596 sq.). μηδέ σε δαίμων, etc. *Nec, precor, te agat diversum, ut tale consilium sequaris, numen.* Hoc est ἐνταῦθα τρέψαι, quod ad pervicaciam Meleagri spectat. δαίμων reddunt quidam, "numen Achivis adversum." Conf. Not. supr. 166. (598). ἐπὶ δώροις, *propter dona.* (601). Constructio est; οὐκ ἔθ' ὁμῶς ἔσῃ (διὰ) τιμῆς, h. e. munera desperanda quæ jam adsunt. Solœcum foret constructio Eustathii ὁμῶς τιμῆς, nempe τιμήεις, quod diserte tuentur Sch. A. Ven. et br. διὰ τιμῆς dicitur pro ἐν τιμῇ. Non abludit locutio ψ', 649. οὐδέ σε λήθω τιμῆς. ὁμῆς τιμῆς est sana lectio, et video a Barnes. Bentl. probari, at nil mutandum censeo. (603). ἄττα. De sensu vocis constat, de etymo non item. Occurrit Heb. אתה, at a doctis non probatur. Conf. Zeun. in Vig. Clarke. In Callim. Epig. 1. 3. est ἄττα γέρον, *carissime* s. *venerande senex.* Eodem nomine Telemachus adloquitur Eumæum, senem honestum, Od. π', 31. 57. ρ', 6. 599. Sic quoque Menelaus Phœnicem, Il. ρ', 561. Exponitur a Sch. br. ut *vox Thessala,* a junioribus ad senes usurpata. Affinis est τέττα, δ', 412. ubi vide. (603). οὔτι με ταύτης, etc. *honoris, quem tu prædicas, nil mihi opus est.* Ordo est οὔτι με ταύτης (τῆς) τιμῆς χρεὼ (ἱκάνει), nec solœcismus est, ut Sch. br. dicit, fingens usum τοῦ με pro μοί. Conf. supr. 75. (604). φρονέω δὲ—Superbiæ exclamatio. *Puto me honorem consecuturum, ex Jovis voluntate, fato constituto, stabili ordine Parcarum.* Possunt hæc referri ad Thetidis precationem, quam voti compotem Jupiter fecit, profligatis jam Achivis: vid. α', 523 sqq. Notetur dictio 605. ἥ (τιμὴ) ἕξει με, κ. τ. λ. "Sic γῆρας, μοῖρα, dicitur ἔχειν τινά". *Heyne.* Conf. Od. γ', 78. (608). μή μοι σύγχει—*Ne mihi conturbes animum flens & mærens.* Reverentia et amor Phœnicis virum propositi tenacem, parum abfuit quin a proposito dimoverint. Ira paululum exardet, quum illum Agamemnonis amantiorem quam sui esse suspicatur. Affectus hicce in viro bellicoso et feroci optime depingitur. (611). Bene quoque notio ejus amicitiæ effertur, καλόν τοι—Ang. *It becomes one who stands in the relationship that you do, to molest whosoever molests me.* Similiter Sallustius, "Namque idem nolle atque idem velle, ea demum firma amicitia est". Bell. Cat. sub init. (612). καὶ ἥμισυ μείρεο—Recte ab Heynio notatur constructionem esse μείρεο (καθ') ἥμισυ τιμῆς, nam dici solet μείρεσθαί τινος, non τι, ut sup. α', 278. ὁμοίης ἔμμορε τιμῆς. (613). οὗτοι—*Hi—Ulysses et Ajax.* Retentum vult Phœnicem ut sup. 427. Hunc enim legationis antistitem quasi agnoscit, et suspicatus fore ut Græci iterum rem aggrederentur, detinet, ne amplius contumelia afficiatur, auctoritate spreta, ὁ τροφεύς. Hæc recte Schol. br. (614). De paragoge φί, φίν, vid. sup. δ', 452. (616 sqq.) ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε—conf. sup. ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε κρονίων, α', 528. πυκινὸν λέχος, *cubile densum, stragulis impositis.* Ad v. 617. ὄφρα τάχιστα etc. hæc Heyne; "*interea dum, donec, hi duo* (Ulysses et Phœnix) *reditum parent,* interea lectum Phœnici

sterni jubet". Obss. V. pp. 673–74. Sensum receptum tamen prætulerim, aptiorem quippe visum; *Ut quam citissime de reditu cogitarent legati.* Hoc videtur sensisse Ajax, orationem tamen excipit. (618). τοῖσι δ' ἄρ' etc. *Inter eos deinceps*—notetur vis particulæ ἄρα. Personæ convenit Ajacis oratio, nec periodis amplificata nec rhetoricis conferta imaginibus, at densa, simplex, profunda et metam attingens. Ulyssem primo adloquitur, et dein, 632. affectu quasi permotus, orationem ad Achillem convertit. Conf. Halic. Ars. IX, 15. Schol. Vict. Ven. B. L. (621—22). οὐ γάρ μοι δοκέει—Ang. *Since the object of our conversation does not seem likely to be accomplished in this way.* Loquitur de legatione. μύθοιο τελευτὴ jejune a Sch. br. exponitur, τὸ τέλος τοῦ λόγου. Est finis quo spectabat legatio, conciliatio nempe principum, et ratio ab Ulysse exposita. (624). εἴ που, *qui fortasse, ut verisimile est.* (626). Libere et aperto ore profitetur, animo ferociori deberi quod legationem contempserit Achilles: hoc nec Ulysses propter humanitatem nec Phœnix, propter reverentiam et amorem, dicere ausi. De voce σχέτλιος, quæ exclamando inservit, vid. β', 112. οὐδὲ μετατρέπεται—*nec curam gerit.* Sic Achilles ipse α', 160. τῶν οὔτι μετατρέπῃ. (628). Argumento, ut dicunt Logici, *a fortiori* utitur; Si quis cædis compensationem acceperit, multo magis injuriæ levioris qualem tu certe perpessus es. Notabilis autem est hæc in temporibus heroicis instituta ratio, quum nondum fuerint latæ leges de cæde definitæ. (630). καί ῥ' ὁ μὲν—τοῦ δέ. *Is qui pretium dedit—ejus, qui datum accepit.* "Exulabat reus seu per vitam seu donec cum propinquis transegerit aut eos placaverit". *Heyn.* Infr. σ', 497 sqq. diserte narratur lis de mulcta quam vocat ποινὴν ἀνδρὸς ἀποφθιμένου, 498. (636). αἴδεσσαι δὲ μέλαθρον—*Reverere tectum;* Dimissis enim legatis et nulla eorum habita cura, hospitum jura, quæ sacrosancta habebantur, fuerunt violata. Sic antea, 504. μέλαθρον pro, hospitii jura, priscorum sermo est. αἰδεῖσθαι μέλαθρον, *hospitum jura revereri,* ejusdem farinæ est ac ἐλέγχειν πόδας, supr. 523. (641—42). πάντα τί μοι. *Omnia quodammodo mihi ex animo dixisse visus es—attamen mihi tumescit cor ira* &c. i. e. *Video meliora proboque—deteriora sequor;* "Ira propter injuriam illatam obstat ne rationi obtemperem vosque, quos maxime amore habeo, honoribus prosequar". Exemplum e pluribus qualem depinxerit heroem Poëta, forma et virtute insignem, pervicacem vero, iracundum, et impetu cæco animi abreptum. Ibid. ὁππότ' ἐκείνων etc. Lectionem adhibui editt. præstantissimos secutus. Verte; *quando mihi in mentem venerit memoria illorum, quibus me indigne excepit modis.* Est junctura paullum audacior, nec tamen a sermonis consuetudine aliena, μνᾶσθαι ἐκείνων ὥς ἔρεξε, nec arridet Heynii illud ὧν, h. e. δι' ὧν, οἷς μ' ἔρεξε· multo satius cum cod. Mori statuere, ἐκείνου ὥς μ' ἔρεξε. Lect. primam se non spernere profitetur Ernesti, quam, si rem penitius considerasset, omnino habuisset prælatam. Antea prostabat, ὁππότ' ἐκείνου (Agamemnonis) μνήσομαι ὅς μ' ἀσύφηλον etc. inter quam et primo notatam Cod. Mor. quasi medius incedit. Indolem porro Græcæ linguæ non perspectam habent qui vertunt ὅς μ' ἀσύφηλον ἔρεξε, *qui me inhonorum fecit,* nam ῥέξαι τινὰ κακόν, ἀγαθόν etc. solœcum est, nisi κακόν ponitur ut κακῶς vel cum πρᾶγμα aut quovis tali subaudito.

Sequaris ideo Sch. br. ἀσύφηλον pro ἀσυφήλως, ὅ ἐστι, ὑβριστικῶς. De etymo multa congerunt inutilia. φῆλος certe extitit, *dolosus*, *fallax*. Th. φάλω, unde et G. σφάλλω, L. *fallo*. Hinc Sch. φέναξ ἀσηρός. Conf. Lennep. (644). ἀτίμητον μετανάστην. Conveniunt cum ἀσύφηλον. Advenæ enim et peregrini, nullo tribu vel familia designati, inter antiquiores contemptu maximo habebantur, quippe qui nulla jura exercere poterant. Hinc vis exsecrationis supr. 63 sq. ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος etc. (647). πρίν γ᾽ υἱόν. Istud γέ vertas *saltem*, nisi, quod in pluribus observavi, ad metrum fulciendum quis induxerit. Conf. inf. 584. (649). κατὰ δὲ σμύξαι—*incendatque igne naves*, ut recte Clarke. Vis verbi propria est, quæ ignem non luculentum designat, sed multo fumo mistum et sensim aliquid consumentem, ut Ernesti notat ex Hemsterhuisio. (651). μάχης σχήσεσθαι, *illum pugna destiturum, se cohibiturum*. Notabilis magniloquentia, qui se Hectorem repulsurum, quem alii ne dimovere quidem possunt, prædicat. Optime porro exhiberi indolem cui nulla certa constituitur lex, sed cæco impetu determinantur omnia, apte notat Dna. Dacier. "Apres le discours d'Ulysse, Achille a dit qu'il va partir dès le lendemain ; apres celui de Phœnix il n' est plus si determiné au départ ; ce départ est incertain ; et apres celui d' Ajax il ne parle plus de partir, au contraire il paroît disposé à prendre les armes ;" etc. Conf. vss. 365 sqq. 614–15. 651. (652). ἀμφικύπελλον, sup. α΄, 584. (655). ὅττι τάχιστα, *quam celerrime*. (657). λίνοιό τε λεπτὸν ἄωτον—*floremque lini subtilem ;* præstantiorem texturam exprimit—τὸ ἀπὸ λίνου κάλλιστον ἔργον. Conf. Odys. α΄, 443. οἰὸς ἀώτῳ, *ovis præstantissima lana*, et Sch. br. ibid. Illustratur usus ex Callim. Hymn. in Ap. 112. λιβάδος ἄκρον ἄωτον, h. e. fontem purissimum. Ex Pind. pass. γλώσσης ἄωτον, florem linguæ, i. e. laudes præstantissimas civium. Isth. 1. 75. Adde Py. 4. 233. δρεπὼν ἱερὸν εὐζωῆς ἄωτον, felicitatem exquisitissimam. Cf. et Ol. 1. 23. Consimiliter ἄνθος, Py. 4. 281. ἥβης ἄνθος. Et supr. 538. ἄνθεα μήλων, secundum quosdam Critt. poma præstantissima. Pari lege inter Romanos Flos ; Conf. Lucret. 3. 222. Juven. *Flos Asiæ ante ipsum*, etc. 5. 56. Sufficiant hæc ad metaphoram usitatissimam illustrandam. (664). Σκῦρον. Σκῦρος, πόλις τῆς νῦν μὲν Φρυγίας, πρότερον δὲ Κιλικίας. Sch. br. Respiciunt hæc ad antehomerica : Conf. supr. 129. Not. ad α΄, 9. Scyrum fuisse in numero urbium quæ memorantur supr. 329. constat. (665). κλισίῃσιν ἐν—γένοντο. Hæc confert Clarke cum Romano dicendi modo, *in Senatu, in conspectu, venire ;* at simpliciori et minus ornato antiquiorum sermoni vix conveniunt quæ subtiliter tractat, α΄, 593. θ΄, 156. ut recte Ernesti. (667). δειδέχατ᾽, *excipiebant ;* vox usitata in heroum epulis ; vid. sup. δ΄, 4. ἀνασταδὸν, reverentiæ caussa ; Sic Dii, Jove adveniente, α΄, 533 et sqq. quæ ibi, ut in cæteris omnibus, ex vita heroica adumbrantur. (671). ἢ ἀπέειπε—*vel renuit*. μεγαλήτορα—hic, ut sæpius, in pejorem partem ; *superbum, cedere nescium*. Sic sup. 625. ἄγριον, μεγαλήτορα θυμόν. Cæterum, hic bene designatur animi sollicitudo, et festinatio breviter responsum quærentis—ut observat. S. Victor. (674). σβέσσαι χόλον. Conf. α΄, 81. σβέσσαι χόλον est, iram penitus restinguere ita ut non amplius exsurgat. καταπέψαι χόλον, iram reprimere, adeo tamen ut rursus sæviat. οὐκ ἐθέλει, *obstinato animo recusat*. Sic in Not. supr. 428. οὐκ ἐᾷ. (675).

πιμπλάνεται μένεος, ut sup. Achilles ipse ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ. Locutio obvia est ά, 103. sq. Ibid. σὲ δ' ἀναίνεται, *Te respuit—Te et tua dona aversatur.* Conf. quæ Nestor sup. β', 81. νοσφιζοίμεθα μᾶλλον. Adeo animi superbi (μεγαλήτορος) est. (676). Transit Ulysses ad quæ dixerat Achilles; αὐτόν σε φράζεσθαι, sup. 346. (678). αὐτὸς δ' ἠπείλησεν, etc. 357. sqq. (680). καὶ δ' ἂν τοῖς ἄλλοισιν, etc. sup. 417. (681). Verba sunt Achillis supr. 418—20. (684). *Testes sunt ii qui, una cum me profecti, legatione inani functi sunt.* (689). ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ—De phrasi vid. sup. γ', 95. Vix expectarunt Achivi talem fore determinationem Achillis, muneribus tam magnificis oblatis. Subjicitur ideo μῦθον ἀγασσάμενοι. Quæ sequuntur μάλα γὰρ κρατερῶς ἀγόρευσε, ad Achillem respiciunt et repetita habentur ex supr. 431. In nota meminit Clarke lect. diversam ἀπέειπε, quod de Ulysse commode dici potest. (691). De voce ἄνεῳ. vid. sup. β', 323. (694—5). μηδ' ὄφελες λίσσεσθαι——μυρία δῶρα διδούς, etc. Verte; *orare non debuisti, dona infinita pollicitus.* Minus perspectum Græcismum habet vers. vulg. *Utinam non orasses!* Conf. supr. ά, 415. Diar. Class. V. XX. p. 68. de propria ejus significatione. Ibid. et 696. ὁ δ' ἀγήνωρ ἐστὶ——q. d. Ang. *He is arrogant enough already without being rendered still more so by your concessions.* καὶ ἄλλως, *et alioqui;* h. e. ex indole, superbia ingenita; unde fit ut quo magis vestris cumulatur donis eo obstinatius iram servat. (697). ἀλλ' ἤτοι. Rationes profert quas jure optimas censet, Achillem missum habere ut suis consiliis fruatur. Vocula ἤτοι, ut in talibus semper, *adversationem* ponit inter illud quod præcedit et quod explicare pergit, ἀλλ' ἤτοι κεῖνον μὲν ἐάσομεν, etc. Conf. simile supr. 65. (703). ῥοδοδάκτυλος. De epitheto Conf. supr. not. θ', 1. (708). καὶ τότε δή. "Non supervacaneum est istud δή, sed vim habet in connectenda sententia cum eo quod præcessit, v. 701. νῦν μὲν κοιμήσασθε." *Clarke.* Verte, *et tum demum.* (709). δῶρον ὕπνου, bene illustratur a Pind. Nem. 8. 12. Ol. 1. 119. Sic *munera Bacchi,* Georg. 3. 526. Quod mortalibus ægris conceditur eximie *donum* appellatur, nec fugiunt epith. νήδυμος, ἀμβρόσιος, etc. quæ passim ornant. De ellipsi supr. 708. μέμνησο ἔχειν, μάχεσθαι, sæpius notavi.

NOTÆ IN LIB. DECIMUM ILIADIS.

[ἐπιγραφή]. Agamemnon et Menelaus curis insomnes surgunt de lecto seque conveniunt—35. Lectis evocant Nestorem et alios principum, cum iisque excubias ad fossam obeunt—193. Consilio ibi, ut in trepidis rebus, habito, videt Nestor, ante omnia constare debere, quid ipsi Trojani parent; mittendos adeo qui res eorum et consilia explorent.—218. Prodit Diomedes, comitem sibi ex ceteris assumit Ulyssem.—250. Procedunt armati.—274. bono cum augurio.——298. Interea ex parte Trojanorum ad res Achivorum explorandas prodierat Dolon, Hectoris promissis incitatus.—337. In Ulyssem et Diomedem incidit; qui, occultantes se, prætergressum a tergo adorti versus castra Achivorum agunt, tandem eum consistere jubent.—374. Hic quum vitam sibi deprecatus, omnia de suo consilio, de situ castrorum, de Hectore, de vigiliis, de copiarum distributione, imprimisque de adventu Rhesi cum Thracibus seorsum excubantis, indicavit, a Diomede occiditur.—464. arma Minervæ seposita vovent—469. Ubi perventum est ad Thraces sine excubiis dormientes, Diomedes cædit XII. cum rege Rheso, Ulysses autem Rhesi equos abducit—514. Heroës, a Minerva moniti, armis Dolonis sublatis in castra incolumes redeunt, et corpus curant, ad fin. W. H.

¶. Observantur in Editt. αἱ ἐπιγραφαί, νυκτεγερσία, ob principum insomnias. δολωνοφονία, Dolonis cædes. ῥῆσος, ob regem Thracum interemptum. Ministerium porro deorum habetur; Minervæ. 274, sq. 507–512. Apollinis Thraces excitantis, 515 sq.

(1). παναχαιῶν. *universorum Achivorum.* Quid velit sibi Sch. br. per suam expositionem ἑλλήνων γνησίων. ἐκ πατέρων τε καὶ μητέρων ἀχαιῶν, nisi mera argutatio sit, ignoro. At dicitur ut supr. β', 530. πανέλληνες, quod recte expositum video. Accipiebatur sc. quasi fuerit τῶν πάντως ἑλλήνων. Conf. porro imitationes exornatas quas præbet Virg. Aen. 4. 522. 9. 224. (2). παννύχιοι. reddas; *noctu*, non, *per totam noctem*. Sch. Ven. A. br. quæ notatur significatio supr. θ', 530. Sic πανημέριοι, supr. α', 472. Notatur usus voc. μαλακός pro μαλακοποιός ab Eustath. p. 785. ut supr. ή, 479. Subjicit Sch. B. τῷ πάντας μαλάσσοντι, ὅθεν καὶ πανδαμάτωρ καλεῖται. (5). ὡς δ' ὅτ' ἂν ἀστράπτῃ, etc. Suspiria tam crebra effert, quam sunt fulguris coruscantis flammæ, quod, portenti instar, emittit Jupiter. Laudat τὴν μεγαλοπρέπειαν poëtæ Eustath. qui regem magnum Jovi tonanti comparat. p. 786. 3. Aptissime quidem omnia

congeruntur epitheta et imagines, semperque personæ convenientia. (6). τεύχων *parans, minitans.* (8). ἠὲ πόθι πτολέμοιο, etc. h. e. ἢ που πολέμου, *vel alicubi os magnum amari belli.* Designat περιφραστικῶς ὅλον αὐτὸν (bellum. sc.) ὡς πάντων δαπανητικόν. Sch. br. Eadem Eustath. comparatque insuper ξιφῶν στόματα, et locut. αἵματος ἆσαι ἄρηα, έ, 289. p. 786. 24. Laudatur Ciceronis illud, "totius belli ore ac faucibus ereptam", etc. Arch. V. Et magis forsan poëtice in hoc sensu acceperis quam simpliciter cum *Heyne* pro *fronte aciei, acie ipsa,* nam conceptum videtur poëticum imprimis velle præstare. (11). ἤτοι ὅτ' ἐς πεδίον, etc. Aegritudinis et doloris caussæ sigillatim exponuntur; Troum nempe victoria et triumphus, Achivorum clades. Extat locus in Xenoph. Anab. 3. 1. 3. in desperatione pari, non absimilis. Tacito videtur obversatus, Annal. 1. 65. (15). Hoc ob silentium triste et mali accepti undique apparentem faciem; "Apud Romanos invalidi ignes, interruptæ voces——ducemque terruit dira quies." Tacit. loc. cit. προθελύμνους, h. e. προῤῥίζους. Conf. supr. έ, 537. Laudatur Accii illud, *Scindens dolore identidem intonsam comam.* (16). μέγα δ' ἔστενε (κατὰ) κυδάλιμον κῆρ, est constructio. Ambigue reddi solet, *gemebat generosum cor.* Vs. qui sequitur, 17. obvius est supr. β', 5. et tota quidem enarratio similiter instituitur; Vss. 1—4. 17—18. referas ad β', 1—6. (18). ἐπελθεῖν νέστορα. (19). Diserte habet Sch. br. συντεκτήναιτό οἱ, nec ab illo junguntur σύν et μῆτιν adeo ut prodeat vox συμμῆτιν, h. e. συμβουλήν. ut affirmare videtur Heyne, Obss. Extat certe συμμητιάασθαι, infr. 197. quod alias effertur συμφράζεσθαι βουλάς, ά, 540. Dictio metaphorica alia, ὑφαίνειν μῆτιν, sæpius notatur. (21 sqq.). Hi ex β', 41 sqq. fere repetuntur. Conf. ad β', 43. de voce λιπαροῖσι. δαφοινὸν δέρμα, *pellis fulva.* αἴθωνος, *animosi, ferocis.* Sic Virg. *Fulvique insternor pelle leonis.* Aen. 2, 721. Qua ratione verterit Heyne, *fulvam pellem fulvi leonis* (Obss. VI. 12—13) ignorare me fateor. αἴθων certe ad *colorem* respicere potest, sed æquo jure ad ingenitum *vigorem—igneum.* Pelle vero cinctus procedit, super quam incubuit, Rex. (24). εἵλετο δ' ἔγχος. εἵλετο δὲ σκῆπτρον πατρώϊον, sup. β', 46. Tunc insigne auctoritatis sumsit, ibat enim ad convocandum concilium; Nunc vero ad visendos amicos in rebus trepidis. (26). Supplendum δέδιε γὰρ vel δεδοικότι. Sententiam vero distinguere possis; τρόμος ἔχε μενέλαον μή τι πάθοιεν ἀργεῖοι, etc. et in parenthesi accipienda οὐδὲ γὰρ ὕπνος......ἐφίζανε. Hoc sane prætulerim. Somnus porro sensu aptissimo dicitur ἐφιζάνειν βλεφάροις. Sic Young in poem. celeb. "And *lights* on *lids* unsullied with a tear." Locutio paullulum a Pindaro variatur; τὸν δὲ σύγκοιτον γλυκὺν παῦρον ἐπὶ γλεφάροις ὕπνον ἀναλίσκοισα ῥέποντα, i. e. ἐπιῤῥέποντα γλεφάροις. (27). πουλύν, ἀττικῶς, (pro πολλήν nempe): Sch. br. Recte notat Heyne, Homeri ætate Atticum sermonem nullum fuisse: at duplicem esse formam; πολύς, ύ. et πολλός, ή, όν. Obss. VI. 13. ὑγρήν, i. e. ὁδόν, πορείαν, ut antea ὑγρὰ κέλευθα, ά, 312. (28). πόλεμος dicitur θρασύς, quod potius pugnantium est, ut ά, 165. πολυάϊξ. Conf. ad loc. πόλεμον ὁρμαίνοντας, *martem accendentes.* (30). Ordina; ἐπεθήκατο στεφάνην κεφαλῇ. στεφάνη hic *galea.* Conf. supr. γ', 371.

372. Not. κεφαλῆφιν. Conf. ad γ', 452. (37). ἠθεῖε, *venerande*. In genere notatur ut vox reverentiam junioris erga seniorem innuens; ἠθικὴ προσφώνησις. Sch. br. *Damm.* Cf. Pind. Isth. 2. 69. ξεῖνον ἐμὸν ἠθαῖον, h. e. *colendum, peramandum*, ferme ut αἰδοῖον. Consentit Sch. Ven. A. et in etymo, θεῖος, nempe θαυμαστός. Sic ἠβαιός a βαιός etc. κορύσσεαι, *armis te instruis*. Notandum est id ipsum in mentem venisse quod postea Nestorem admonentem habemus, infr. 204 sqq. De αἰνῶς, v. 38. conf. supr. ή, 97. (41). νύκτα δι' ἀμβροσίην. Supr. β', 57. (43). χρεὼ βουλῆς etc. Conf. supr. ί, 75. (44). Notes voculam κὲν cum futuro indicativi ἐρύσεται conjunctam, ut supr. ά, 175. et in v. 45. vocis mediæ usum in ἐτράπετο, *se mutavit, retro-se-vertit*. Ad priora respicit quum partibus Achivorum ante exauditas Thetidis preces studuerat Jupiter. (46). ἄρα. Vertas; *in consequence of which*. Locutio usurpatur ἐπιτιθέναι φρένα ἱεροῖς, h. e. "non modo, mentem advertere, curare, quod alias est ἐπιστρέφεσθαι, προσέχειν, sed et propitium esse, probare, præferre". *Heyne.* (48). τοσσάδε μέρμερα (ἔργα) etc. *tot facinora luctuosa* (χαλεπά, Sch. br. ἀμήχανα, supr. θ', 130.) *edidisse.* μητίσασθαι a μητίω ductum monet Clarke, quantitate edoctus. Vocem extitisse ostendit Argon. Orph. 1330. citante Ernestio. (49). Obvium aliud exemplum συντάξεως, ῥέζειν τινὰ κακόν. Aliud notes supr. ί, 536. ubi conf. not. (50). αὔτως, οὔτε θεᾶς etc. Junctura est, ἔρρεξεν αὔτως, *patravit tali modo*, i. e. impune et præter expectatum, quum neque Deam matrem agnoscat, neque Deum patrem. Minus accurate vers. vulg. αὔτως, *talis cum sit*, quasi cum seqq. nectatur. Verba οὔτε θεᾶς, etc. ad Achillem respiciunt. (53). Mittitur ad Ajacem et Idomeneum Menelaus quia illi in cornu lævo remotissima tenebant loca, infr. 113. Idcirco Nestori ipsi in mentem veniunt infr. 112. (55). ὀτρυνέω. Conf. not. supr. ί, 45. (56). ἱερὸν τέλος, *sacrum agmen*, i. e. delectum, eximium. Subjicit Sch. Ven. B. ἠτοι μεγα, ἠ απηλλαγμενον των λοιπων ἐργων, excubiis agendis addictum et quasi sacratum. Potest equidem esse epitheton ornans, vel inter ea referri de quibus conf. ad β', 57. Recenset porro Sch. B. varias significationes τοῦ τέλος. Sunt: Turma. Finis, perfectio rei. Proventus et vectigal. Dignitas v. honores. Sumptus. Festum. Addit Sch. br. τὸ μυστήριον. Vis prima videtur esse *perfectio, concinnatio quædam ad exitum perducta*, unde ceteræ profluunt. Adi Lennep. Lex. Etymol. in voc. τέλω. (61). πῶς γάρ; h. e. πῶς μὲν οὖν; *How then is it you desire me to act?* Inutiliter cum Clarkio ad ellipsem confugiemus, *nescio quid faciam; Nam* &c. si meminerimus usum τοῦ γὰρ *inchoativum* plerumque adhiberi. Conf. supr. ζ', 328. Hoogev. de part. γάρ, §. 8. Reddi potest *nempe, videlicet* &c. ut supr. έ, 22. *enimvero*, sec. Ernesti. (62). αὖθι, apud excubantes sc. μετὰ τοῖσι, cum Ajace et Idomeneo. Sic in v. inseq. ἐπὴν εὖ τοῖς ἐπιτείλω, postquam rite illos admonuerim ut excubias agant. Reponit Agamemnon, 65. se velle fratrem apud φύλακας manere, nam propositum est una cum principibus (βουληφόροις) ibi consilia agitare. (65). αὖθι μένειν (σε ἐθέλω sc.) ellipsi solita. μήπως ἀβροτάξομεν etc. *ne forte aberremus alter ab altero euntes*, diversis itineribus sc. De verbo ἀβροτάζειν multa inepte congeruntur. Aberrare ab homine, a scopo, primitus significasse ponunt et exinde etymon βροτός fingit Heyne, Obss. T. VI.

19. Eustathius, ἀβρότη, *nox*. Neutrum placet. Ex ἥμαρτον, aor. 2. verbi ἁμαρτάνω factum est per metathesin ἤμρατον, exinde ἤμροτον, εὐφώνως, ἤμβροτον. Facile constat quomodo possint formari et ἀμβροτεῖν et ἀβροτεῖν, nam (μ) inter pronuntiandum elidi potest ut ex ἀνδροτής, ἀδροτής. Hæc inter Dores et Iones communia erant. (67). φθέγγεο δὲ etc. *Clama autem, qua iveris, et ad vigilandum hortare, a patre et stirpe sua compellans unumquemque;* honoris caussa sc. Exemplum ex innumeris capias inf. 144. διογενὲς λαερτιάδη......ὀδυσσεῦ. De voce ἐγρήγορθαι vid. sup. ή, 371. De ἄνωχθι habet Sch. br. ἀπὸ τοῦ ἀνώγω, ἀνωγέω, ἀνώγημι, ἀνώγεθι, ἄνωχθι,—θω. (69). Comiter omnes excipias, nec ob munus imperatorium te supra modum efferas. Necessarium porro est αὐτούς περ πονεῖσθαι, nosmet ipsos etiam suscipere operam convocandi principes; id quod præconibus communiter officii dabatur Rex ipse præstat. Conf. β', 50. Sic antea in rebus trepidis Ulysses ipse concilium convocat, β', 187—207. Pari modo Nestor infr. 117. κατὰ πάντας ἀριστῆας πονέεσθαι. (70). ὧδέ που, *ita nimirum; ita, ut videtur.* Ang. *To such grievous affliction it appears, hath it pleased Jupiter from the hour of our birth to doom us.* (74). παρὰ κλισίῃ, *juxta tentorium;* Sc. ut in promtu esset si quid tempus postularet negotii. Pariter Diomedes infr. 151. ἐκτὸς ἀπὸ κλισίης cubat. Forsan et impetum nocturnum Trojanorum expectabant, quem fore suspicatus videtur Agamemnon infr. 100 sq. Videmus ideo omnia Nestori parata esse, arma in promtu, &c. 75 sqq. (76 sqq.). De armatura prisca conf. supr. δ', 132 sqq. γ', 372. Repetit quæ de ζωστήρ, ζῶμα, communiter sunt nota Sch. Ven. A. De voce παναίολος conf. β', 816. (79). ἐπεὶ οὐ μὲν ἐπέτρεπε etc. *quoniam tristi senectuti non cedebat, atqui retinebat ardorem juvenilem.* Exemplum conf. ζ', 66 sqq. Hinc adpellationes honorificæ, σχέτλιος, ἀμήχανος, infr. 164. 167. Porro γῆρας λυγρὸν exponitur χαλεπὸν supr. θ', 103. χαλεπὸν δέ σε γῆρας ὀπάζει. (82). τίς δ' οὗτος, etc. Inferebant quidam τίς δ' οὕτω, offensi nimirum constructione τίς οὗτος ἔρχῃ; at doctior hæc. Jampridem correxerat Porsonus, præeunte Eustathio, et singularem constructionem notarat quæ serius inter Atticos invaluit. Sic Eurip Hecub. 505. sq. τίς οὗτος σῶμα τοὐμὸν οὐκ ἐᾷς κεῖσθαι; Obiter notanda est emendatio Brunckii, τὶς ἐᾷ. Hoc est vim prorsus tollere. Adi not. Pors. Hec. 505. (84). ἠέ τιν' οὐρήων, etc. *an aliquem custodum quærens vel sodalium?* διζημένη εἴ που ἐφεύροι, δ', 88. Ionice dictum οὐρεύς pro οὖρος, *custos*, ponit Damm, Lex. Hom. statuitque ita Sch. br. Repugnat quod video in Sch. A. qui improbat τὸ σχῆμα, et propterea versum. Uncis a Wolfio includitur. Certe οὐρεύς communiter dictum pro ἡμίονος invenio, ut in ά, 50. (85). τίπτε δέ, etc. exponitur, κατὰ τί ποτε χρεὼ ἱκάνει ἐπί σε; *Heyne.* Conf. ί, 75. (87). ὦ νέστορ, etc. Conf. supr. 68. Adpellatur Nestor singulari epitheto, μέγα κῦδος, non propter vim bellicosam corporisve robur, quæ tum deerant, sed prudentiam et artis militaris peritiam. Sic et alibi, οὖρος ἀχαιῶν. Ulysses qui proxime accessit πτολίπορθος designatur qui et πολύτλας, πολυμήχανος, πολυμήτις, solertia fortitudini, ingenio viribus prælato, multoque magis ad rei summam faciente. (88 sq.). τὸν περὶ πάντων, etc. Ang. *whom, above all others, Jupiter hath involved in troubles, and that perpetually.* ἐνέηκε πόνοισι, variavit supr. ἄτῃ

ἰνέδησε, etc. ἰ, 18. διαμπερὲς, μέχρι τέλους. Sch. br. Bene laudatur Virgilianum illud, Aen. 4. 356. " dum spiritus hos regit artus," ad verb. εἰσόκ' ἀϋτμὴ, etc. καὶ γούνατ' ὀρώρῃ, locut. pro, *vigor adsit*. Notetur porro ad primam personam transitio in ὀρώρῃ μοί......πλάζομαι, id quod, mente perturbata, orationi additur τὸ σχῆμα. Istud πλάζομαι mire exponunt Scholiastæ quidam quasi ad *mentem* spectans; πλανῶμαι κατὰ τὴν γνώμην· οἱονεὶ, ἀπορῶ ὅπως χρήσομαι τοῖς παροῦσι πράγμασιν. Sch. br. Ven. A. Sensus per se bonus, huc vero minime revocandus. Præstat; *vagor*—insomnis, confectus curis. (92). ἱζάνει. Cf. supr. 26. (93). αἰνῶς περιδείδια. Ang. efferri solet: *I am in extreme apprehension for*. Constructio est, vel περισσῶς δείδια, vel δείδια περὶ τῶν Δαναῶν. Alterum illud prætulerim et subintellexerim ἕνεκα, τῶν Δαναῶν sc. (94). ἀλαλύκτημαι. exponitur τεθορύβημαι, *animo valde perturbato sum*. Sch. br. Satis a præcedentibus illustratur οὐδέ μοι ἦτορ ἔμπεδον, etc. Accedunt Tulliana; " non angor, sed ardeo dolore; οὐδέ μοι ἦτορ ἔμπεδον, ἀλλ' ἀλαλύκτημαι. non sum, inquam, mihi crede, mentis compos." Ad Attic. IX. 6. Verbis ἐναργεστάτοις, κραδίη δέ μοι ἔξω στηθέων ἐκθρώσκει, respondent Maronis Georg. 3, 105 sq. *exsultantiaque haurit corda pavor*. (96). ἀλλ' εἴ τι δραίνεις. *At si quid animo volutas, facere instituis, moliris*. Voculæ γέ quoque vis sua inesse videtur; ἐπεὶ οὐδέ σε γ' ὕπνος, etc. " quoniam te, *æque ac me*, reliquit somnus." (98). μὴ τοὶ μὲν καμάτῳ, etc. Vertas; *ne labore et somnolentia satiati*, h. e. *gravati*, *obdormierint*. Clarkio minus venustum apparebat antiquorum illud, ὕπνῳ pro ἀγρυπνίᾳ, quod probe intellectum rem acu tangit. Nam cum Schol. br. dicit, καὶ τῇ ἀγρυπνίᾳ, id non effert quasi inter se voces permutari possint, sed eodem jure usurpari ὕπνῳ ἀδδηκώς, ac ναῦς διὰ τὸν κυβερνήτην ὀλλυμένη, h. e. propter absentiam ejus qui solus servare poterat. Eustath. p. 792. 40. Aptissime citat Clarke Hor. Carm, 3. 4. 11. *ludo, fatigatumque somno*, i. e. desiderio somni, somnolentia. Bene defendit lect. ἀδδηκότες Heyne, Exc. pp. 111 sqq. T. VI. Ernestium silere miror. (100 sq.). οὐδέ τι ἴδμεν μή πως, etc. Ang. *and for ought we know may be planning a night-attack upon us*. De epitheto νυχίος, 101. conf. β', 336. (104). οὔ θην, *non equidem*. comparatur a Heyne cum οὐ δή. (105). ὅσα πού, etc. *quod nunc, uti videtur, sperat*. Hoc dicit Agamemnonem consolaturus, ne fortasse ea quæ Hector fuerat molitus nimium expavescat. πού, τὸ στοχαστικόν, adhibetur ut usu fit in sententiis ubi ira vel indignatio quædam a re inopinata cietur, ut hic, a successu Hectoris. Conf. doct. Hoogev. in voc. §. VI. et exempla allata. Adde supr. ἑ, 473. (106). εἴ κεν ἀχιλλεύς, etc. καὶ τοῦτο μὲν ἀχιλλέως τὸ ἐγκώμιόν ἐστι. Plut. de aud. poet. scil. ut semper in eum inimicorum etiam ora convertantur. " Notandum quanta cum arte, ut poëma unum sit a capite ad calcem, et hic et ubique, quidquid rerum narretur, quisquis hominum loquatur, semper tamen interponatur Achilles." *Clarke* ad ἡ, 228. (109). Ductores nominat eximios quibuscum vult consilia agitare. Megetem memorat φυλέος ἄλκιμον υἱόν, de quo supr. β', 627. αἴαντα ταχὺν, sc. Oilei filium, β', 527. Epitheto, quod hic datur, convenit descriptio β', 528 sq. (111). ἀλλ' εἴ τις, etc. Expleas; *bene se haberet si quis vocaret*, etc. Modus est optandi, " καλῶς ἔχοι ἂν εἴ τις—vel cum Eustathio

ἤθελον ἂν—βουλοίμην ἄν, εἰ etc. Convenit cum εἰ, εἴθε, εἰ γάρ, quæ reddunt, *utinam.*" *Heyne.* (113). ἐκαστάτω. Conf. sup. 53. (114). Senis mansuetudinem decorisque observantiam spectes. Sollicitus de rerum summa imperatoris fratrem objurgat; comiter vero, et quasi reverentia ipsius Agamemnonis tactus addit, σοὶ δ' οἴῳ ἐπιτρέψει πονέεσθαι, id abesse insimulans, quod in ipso ductore eximium prædicat, τὸ φιλόπονον. (118). χρειὼ γὰρ ἱκάνεται. Suppletur ellipsis. conf. supr. ί, 75. (120). De præsenti usu τοῦ ἄνωγα observationem repetit Clarke ex ά, 37. est hic *jubeo, jubere soleo.* Nec id solum in temporibus quæ vulgo præterita dicuntur invenire significationis licet, sed in futuris quoque, ut infr. δυσωρήσονται, 183. quod bene redditur, *difficilem-custodiam-habere-solent.* In imperfectis etiam, ut supr. ί, 505. ἔκλυον, *exaudire solent.* Discriminis vero quid inesse accuratius perpendens putaverim; in hisce potius *consuetudinem* exprimi quæ a nullo limite temporis definitur, in illis contra præsentis rationem exactiori lege haberi. Conf. Mathiæ G. G. § 503. Obs. 4. (123). Quod Nestor dicit, σοὶ δ' οἴῳ ἐπέτρεψε πονέεσθαι, 116. id Agamemnon φιλάδελφος ad reverentiam fratris trahit, ἐμὴν ποτιδέγμενος ὁρμήν. "Ita fit ut neque Nestorem delatorem (συκοφάντην) fecerit nec Menelaum ignavum." Sch. A. in loc. ὁρμήν, *dum ipse me ad opus accingam exspectans.* (127). ἵνα γάρ σφιν ἐπέφραδον, etc. *ibi enim ut convenirent monui.* Usus a grammaticis notatur τοῦ ἵνα pro ἐκεῖ—insolentior secundum Eustathium; Conf. p. 791. 61. Sæpissime usurpatur in sensu *quando, quum, quo tempore.* Cf. ύ, 478. inter Atticos etiam; conf. Aristoph. Vesp. 752. κεῖθι γενοίμαν ἵν' ὁ κήρυξ φησί. (129). οὕτως. Ang. *this being the case.* Nemo imperium ejus detrectabit qui ex sua parte nihil laboris recusaverit. (132). χιτῶνα, *subuculam,* vestem interiorem cui arma erant inducta. Vid. β', 42. De habitu militari satis monui ad δ', 132 sqq. χλαῖνα erat quo induti dormiebant; φοινικόεσσαν, *puniceam,* colorem regium; δ', 141. θ', 221. διπλῆν accipio ut Sch. br. hoc loc. et ut supra monui ad γ', 126. vestem amplissimam, quæ duplicari poterat, bis circumduci. Hac induta sæpe in anaglyphis prostat Minerva. ἐκταδίην quoque, *ad talos pertingentem,* qualis debet esse vestis castrensis, seni accommodata. Respice ad γ', 125. Memorantur a Tullio tunicæ *talares* quæ sociis Catilinæ objiciuntur tanquam mollioribus convenientes. Vid. Cat. II. 5. et not. Merouillii. (134). οὔλη δ' ἐπενήνοθε λάχνη. vertitur; *crispa autem super eam florescebat lanugo,* h. e. villi densiores. Exponitur a Sch. br. ἡ δασύτης, ἡ κροκύς, sc. filum in superficie exstans. Vestis erat gausapa; *a frize cloak.* In alio sensu usurpatur λάχνη, β', 219. ubi conf. de usu metaphorico τοῦ ἐπανθεῖν, ἐπανθεῖσθαι. Exponitur porro vox οὔλη a Sch. br. τρυφερὰ ἢ ἁπαλή. Hoc recte agnoscit Heyne e contextu desumtum, (Obss. T. VI. 29.), quippe usum, nisi inter senes et delicatiores, rariorem fuisse innuens. (139). τὸν δ' αἶψα etc. vers. vulg. *Illi autem continuo ad animum accessit vox,* vel magis ad lit. *menti se circumdedit,* περιῆλθε τὸν (κατὰ τὰς) φρένας. Ratione haud prorsus absimili usurpantur verba, ἀμφέχυτ' ὀμφή, supr. β', 41. ἰωή, h. l. vox compellantis. Aliter supr. δ', 276. *flatus, impetus venti.* Ob vocem haud dubie digammatam receperim Bentleianum, ἦλθε Fιωή. Cf. Heyn. Obss.

h. l. (142). De locut. νὺξ ἀμβροσίη, conf. β', 57. In edit. Clark-Ernestina prostat lectio ὅτι δὴ χρειὼ, et redditur, "quid est quod jam necessitas adeo urget"? Melior, quam adscivi, est editt. seriorum, et resolvitur; καθ' ὅ, τι χρειὼ ἵκει ἐφ' ὑμᾶς ἐπὶ τόσον; (146). ὅν τ' ἐπέοικε etc. quem convenit consilia agitare, an fugiendum est an ulterius decertandum bello; βουληφόρον, sc. expletur sententia, εἰ δεῖ ἢ φεύγειν ἢ μ. (151). ἐκτὸς ἀπὸ κλισίης—paratus sc. et ad strenue agendum, si quid res ferret, promtus, σὺν τεύχεσι, *armatus*. (153). exponitur σαυρωτήρ, I. Ferrum transversum in ima cuspide, qua hasta appenditur; II. cavum ferramentum cui inseritur pars inferior et solo infigitur. Hoc tuetur Sch. B. atqui minus accurate Sch. A. το αποληγον μερος του δορατος, etc. Erat enim potius ἡ δορατοδοκη, quam pars ipsius hastæ. Disertius Eustath. h. l. unde et Steph. in Thes. sua hausit. (155). ὑπὸ δ' ἔστρωτο, etc. Constructio est; ὑπέστρωτο δὲ (κατὰ) ῥινὸν ὁ τυδείδης, i. e. substratam habuit. Sic alicubi reperias, *substernor pelle*, &c. Recte accipit Sch. br. exposito ῥινὸν per βυρσάν, quod minus perspectum habuit vers. Lat. vulg. *substrataque erat pellis*. ῥινὸν βοὸς ἀγραύλοιο interpretor, *a buffalo's hide*. τοῦ ἐν ἀγρῷ αὐλιζομένου, Sch. br. at præferendum quod ad ρ', 521. obvium est, ἀγρίου. De formis, qualis est κεράτεσφι, respicias ad γ', 452. Conf. quoque cum 156. τάπης, τετάνυστο etc. supr. ι', 657. An idem sit qui hic suppositus habetur, τάπης φαεινός, cum stragulis quæ ibi memorantur, an caput solum suffulciens, dubitari potest. Ex collato supr. ι', 200. videri possit generatim appellari ὁ τάπης quidquid substratum fuerit. In tali sensu vocem ubique adsciscit Virg. Aen. 9. 325. 7, 277, etc. etsi aliter interpretetur doct. Heyn. in nota ad priorem locum; "posuit tapetes pro pulvinis, qui tapetibus instrati sunt." H. l. certissima versio est *pulvinus*, at notio generalis est instratum quodvis vel lecti vel cubilis vel equi. Conf. ω', 230. (159). τὶ πάννυχον ὕπνον ἀωτεῖς; *cur per totam noctem somnum suavem carpis?* Hoc secundum gloss. Eustath. ἀωτεῖν ὕπνον, τὸ ἀπανθίζειν. τοῦτο δέ, διὰ τὸ καθ' ὕπνον ἡ δ ύ, καὶ οἷον ἀ ν θ η ρ ό ν. p. 726. Hinc bene ad lit. redditur *florem somni decerpis;* convenit Virgilianum, *placidum carpebant——soporem*. Aen. 4. 522. Horatii illud, *carpe diem*, ex eodem fonte hauritur. De ἄωτος, optimum cujusvis rei designante, conf. supr. ι', 657. et pro consimili dictione Odyss. κ', 548. Conf. Steph. Thes. in voc. ἄωτος. (160). Throsmus hicce videtur esse ab eo diversus qui memoratur infr. υ', 3. cui nomen Callicolone datur a Sch. br. Memoratur quoque tertius supr. β', 811. Hi duo fortasse iidem sunt; alter de quo hic mentio habetur ulterius versus castra euntibus occurrit. "Stationes ibi et castra posuerunt Trojani si quando extra Ilium pernoctarint." Sch. B. Ven. Editior locus videtur quoque fuisse sepulchrum (σῆμα) Ili ubi convenisse dicuntur οἱ βουληφόροι. infr. 415. (164). σχέτλιος. *ærumnosus*. Ita dicitur qui se nimis fatigat et exercet laboribus. *Ernesti*. Ejusdem nominis est ἀμήχανος, 167. et recte observat Heyne innui quid *nimis officiosæ sedulitatis*. *Nimium quid molestiæ tibi et aliis creas, senex!* (165). οὔ νυ καὶ ἄλλοι ἔασι, etc. *Annon et alii sunt—οἵ κεν ἔπειτα—qui, cum ita res sint* (h. e. cum adeo senectute sis provectus) *unumquemque excitent*, &c. (173). ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς. Loquendi formula quæ summum

discrimen innuit. Respondet inter Romanos illud, *in acie novaculæ situm esse,* quod hinc mutuatum agnoverit lector erud. Est (sec. Steph.) metaphora a circulatoribus qui in cuspide gladiorum incedunt; dixerim potius, ab iis qui ferrum contrectant. Varie illustratur; τα πραγματα ἡμων τριχος ἠρτηται, ὁ ἐστιν, ἐν ἐσχατῳ. Sch. A. οἷον ἐπ' αὐτῇ τῇ ὀξύτητι καὶ τόμῃ τοῦ ξυροῦ. σοφοκλῆς δὲ παραφράζων αὐτὸ, εἶπε, ξυρεῖ γὰρ ἐν χρῷ. Eustath. 796, 55. Invenitur Sophocleum in Aj. Fl. 786. Conf. et Antig. 996. φρόνει βεβὼς ἂυ νῦν ἐπι ξυροῦ τύχης. Totidem verbis desumsit Herod. Erat § 11. Sententiam ordines; ἢ ὄλεθρος ἢ τὸ βιῶναι ἵσταται ἀχαιοῖς ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς. Sic supra Herod. ἐπι ξυροῦ γὰρ τῆς ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρήγματα, ἄνδρες Ἴωνες, ἢ εἶναι ἐλευθέροισι ἢ δούλοισι, etc. (177). ἀμφιέσσατο ὤμοισιν (κατὰ τὸ) δέρμα. ποδηνεκὲς δέρμα, instar vestis quæ supr. dicitur ἐκταδίη, 134. Conf. Aen. 2. 721. 7. 666. (179). τούς. Sc. Ajacem Oilei filium et Megetem. (181). ἡγήτορας. Merionem et Thrasymedem. supr. 57 sqq. (182). ἐγρηγορτί, σὺν τεύχεσι—θωρηχθέντες, sc. Vigilantes armatique. Vid. supr. ή, 371. (183). ὡς δὲ κύνες, etc. Conf. supr. v. 120. de δυσωρήσονται. De αὐλῇ, respice ad ζ', 242. καθ' ὕλην......δι' ὄρεσφι, *per silvam, de montibus.* (186). ἀπό τέ σφισιν ὕπνος ὄλωλεν, *somnusque illis solet perire.* Forma loquendi, ὤλετο μέν μοι νόστος......ὤλετό μοι κλέος ἐσθλόν, obvia est supr. ί, 413—15. ubi conf. (187) ὡς τῶν νήδυμος, etc. Hæc de custodibus; idcirco tempus variatur ita ut definite præteritum fiat, ὀλώλει, h. e. *perierat jamdudum.* τῶν, excubiarum præfectorum scil. (192). φίλα τέκνα. Jure patris Thrasymedem alloquitur, Merionem senili, utrumque ad munus difficile obeundum hortans. (194) τάφροιο διέσσυτο. Excubias agebant inter vallum et fossam quibus spatium interjacebat ut memoratur supr. ή, 436—440. Concilium nunc *extra* fossam a principibus habetur quo animosiores reddantur et custodes et qui postmodum ad speculandum prodierint. Hæc Sch. br. Eustath. Addit alteram caussam Sch. A. Ven. nempe, ἵνα μὴ θορυβος ἐν τῳ στρατοπεδῳ γινηται, etc. Quidni propter utramque? et hæc est λύσις Porphyriana in Sch. B. Ven. Quæ a brevi Schol. notantur infr. 198. de vi compositionis duplicis in ἐκδιαβάντες, nempe laboris aliquid exprimi dum fossa transitur, nugæ sunt. (195). ἀργείων βασιλῆες. βουληφόροι fuerunt, Agamemnon, Menelaus, Nestor, Idomeneus, Ulysses, Ajaces duo, Meges, Diomedes, Meriones, Thrasymedes, ut ex præcedd. constat. (198 sq.). ἑδριόωντο ἐν καθαρῷ, *considebant in puro.* Explicare pergit suo more, ὅθι δὴ νεκύων διεφαίνετο χῶρος. Legitur versus supr. θ', 491. ubi conf. Cædes vero prope fossam editas habemus, supr. θ', 341—48. quum Hector Achivos usque ad munimenta persecutus erat et, horrenda strage facta, se retro verterat; ibid. 485. sq. (201). ὅτε δὴ περὶ νὺξ ἐκάλυψεν, h.e. μάχην. Conf. θ', 485. sqq. (202). πίφαυσκον ἔπεα, *sermones conserebant.* (204). ὦ φίλοι. Eximium notatur artificium orationis, et in particulis bene delectis et in præmiis officii periculosi oblatis. Actionem porro maturam hortatur, οὐκ ἂν δὴ πεπιθοιθ' ἑῷ αὐτοῦ, etc. *an non jam aliquis confisus erit suo ipsius animo audaci? δή, obsecro.* Clarke. ἑῷ αὐτοῦ pro ἑαυτοῦ. Sch. br. Pronomen equidem compositum ignorat Homerus. (206 sq.). εἴ τινά που—ἤ τινά που. Particulæ vis constat; illud *possibile* innuitur quod maxime

exoptandum venit, nempe vel hostium aliquem prehendi posse vel rumoris aliquid captari unde de Trojanorum consiliis detur conjectandi occasio. (208). ἅσσα. Vide sis supr. ά, 554. ἢ μεμάασιν, etc. Constat hoc novum consilium pernoctandi extra urbem principes valde terruisse. (211). ταῦτά κε πάντα (εἰ) πύθοιτο—*Hæc omnia si resciverint.* "Subintelligendum est illud εἰ ex v. 206." *Ernesti.* (212). ἀσκηθής. ἀβλαβής· Sch. br. Est Angl. vet. *unscathed.* (211). Conf. supr. θ', 529. (213). ἐσθλὴ δόσις est munus collatitium, ovis nigra et gravida: addit insuper honorem insignem epulandi de quo adnotavi supr. θ', 162. Subtilius porro est, vel potius subabsurdum, quod observat Sch. br. ovem nigram proponi, ob munus noctu peragendum, et ὑπόῤῥηνον, quia fructus ex negotio erat expectandus. Eadem Sch. A. Ven. Simplicius erat dicere, nigram ovem esse præstantissimam sui generis, et gravidam opes augere. Vid. Columell. de re rust. 7. 2. 4. (214). ὅσσοι γάρ, etc. *Quotquot enim navibus imperant principes, dabunt ei, horum omnium quisque, ovem nigram, fœminam, agnum-ubere-alentem (*vel *fetam) cui quidem possessio nulla æquiparanda est; semperque in conviviis et comessationibus aderit.*

Ad v. 214. seqq. habet Eustathius: τὸ δὲ ὅσσοι γὰρ νήεσσιν etc. παρῳδήσας ὁ ποιητὴς ἐν ὀδυσσείᾳ οὕτω γράφει ἐπὶ τῶν μνηστήρων· ὅσσοι γὰρ ν ή σ ο ι σ ι ν ἐπικρατέουσιν ἄριστοι· αὐτὸς ἐν τοῖς ἑαυτοῦ διδάσκων καὶ ὅπως χρὴ παρῳδεῖν. Versus extat in Odyss. ά, 245. Possint vero multa hujusmodi exempla proferri in poeta qui pro ne nata eadem repetit, transfert, mutat. (218). ἀκὴν ἐγένοντο etc. Conf. γ', 95. (222 sqq.). ἀλλ' εἴ τις etc. *sin aliquis alter se comitem addat plus jucunditatis et fiduciæ aderit,* ἥδιον καὶ θαρσαλεώτερον ἔσται. Durius vero id, μᾶλλον θαλπωρή. et fortasse explenda est sententia, θαλπωρὴ ἔσται μᾶλλον (ἤ τι φευκτέον ἢ διὰ νύκτα ἐξοδία) καὶ (τὸ τὸν ἄνδρα ἅμ' ἕπεσθαί μοι) ἔσται θαρσαλεώτερον, h. e. plus fiduciæ feret. θαλπωρή dicitur ἀπὸ τοῦ θάλπειν, et bene reddi potest *spes* ut in Odyss. ά, 167. Variæ recensentur significationes in Schol. ἡδονή. θάλψις. ἐλπίς. σωτηρία. ἀσφάλεια. σκέπη. (224). Nominativus in statu *absoluto,* ut dicunt, ponitur, δύο συνερχομένω, cujus sunt plurima exempla. Cf. Dawes p. 99. Eustathius (p. 799) notat quasi solœcum fuerit; comparat vero Schol. A. ἄμφω δ' ἑζομένω, γ', 211. Impeditiora vero sunt seqq. quæ sic ordines; καὶ ὁ (sc. ἐκεῖνος) ἐνόησε πρὸ τοῦ ὅππως ἔῃ κέρδος· (ὅταν) δὲ μόνος (ᾖ), εἴπερ καὶ νοήσῃ, νόος ἔσται οἱ βράσσων etc. *Solet hic ante alterum percipere quod maxime ad rem faciat, sed cum solus sit, etiamsi quid animadverterit, tamen ei tardior est animus,* quam ut inde proficiat sc. Verteram ἐνόησε, solet percipere. Conf. supr. 183. (226). Videtur quid subintelligi ad hunc modum; *etiamsi quid perceperit, (nihil utile efficitur), sed et mens impeditior et tenue, (infirmum), est consilium.* Bene vertitur ἀλλά τε *quin potius.* Hoogev. in voc. § 12. (231). ὁ τλήμων ὀδυσεύς, ὁ πολύτλας. θ', 97. (233). τοῖσι δὲ etc. Verebatur Agamemnon ne Menelaum deligeret Diomedes; hortatur ideo ne ad imperii præstantiam respiciat, at solum virtutis. Menelaus autem inter duces secundum fortitudinis gradum tenuit. Vid. infr. 240 sq. Hinc 235—36. τὸν μὲν δὴ ἕταρον γ'——*Illum comitem adsciscas,*

quemcunque velis, eorum nempe, qui adsunt, fortissimum. "φαινόμενοι, qui adsunt, qui præsto sunt; plane ut Latini *apparere* dicunt quod ex hoc verbo ductum est." *Ernesti.* (237). αἰδόμενος σῇσι φρεσί,, *reveritus tuo animo* qui nobilitatis curam gerere suadet. καλλειπεῖν, in 238. ut sæpissime, pro imperativo, μηδὲ σὺ ἔθελε καταλείπειν. Sic et ὀπάσσῃ pro ὄπασσον, ut exponit Sch. br. πρὸς τὸ συνεργεῖν ἀκόλουθον προσλαβοῦ. ὀπάζω, *insequor,* supr. Θ', 341. et passim in Pind. *comitari facio ;* hinc prodit signif. *præbendi, addendi,* etc. αἰδοῖ εἴκων, ut supr. αἰδόμενος φρεσί. Ang. *influenced by your respect for superior rank.* (241). Diomedes socium periculi adjungit Ulyssem qui consilio et fortitudine præstabat. (243). πῶς ἂν ἔπειτ' etc. *Quomodo, quum sic se res habeat, præterire debeo?* Conf. supr. ζ', 349 sq. αὐτὰρ ἐπεὶ τάδε γ' ὧδε θεοὶ κακὰ τεκμήραντο, ἀνδρὸς ἔ π ε ι τ' etc. (244). Ordo est ; οὗ πρόφρων κραδίη——περίεστιν ἄλλων ἐν πόνοις etc. h. e. tam insignis est animosa virtute et fortitudine quam prudentia. Hoc declaratur in prisco sermone, φιλεῖ δὲ ἑ παλλὰς ἀθήνη. (246 sq.). Summum discrimen se initurum profitetur si modo comes adsit Ulysses. Hoc simpliciter effert ; " ex igne ardenti etiam nos ambo redierimus, h. e. ex summo periculo, adeo est peritus consilii." περί pro περισσῶς accipit Heyne. Malim περίοιδε ut Sch. Ven. (249). μήτ' ἄρ με μάλ' αἴνεε——Modeste laudes renuit Ulysses quippe quæ nec tempori nec loco convenirent, sed operi maturescendo instat. " Nec laudem mihi tribuas eximiam nec vituperationem ; omnes enim hi, qualis sim, experti sunt." Aliter se inter Phæaces gerebat qui nullam de eo judicii constituendi rationem habuerunt. Conf. Sch. br. h. l. et Odyss. VIII. (250 sq.). μάλα γὰρ νὺξ ἄνεται etc. *nox præcipitat, ad occasum vergit.* Observandus porro sensus antiquitatis de motu cœli ex seqq. ἄστρα προβέβηκε, stellæ procedunt ad occasum ; hinc Sch. br. τὸ δὲ προβέβηκε δηλοῖ, προκεχώρηκεν εἰς δύσιν. ὥσπερ καὶ ἡμεῖς, λέγοντες τὸ πολὺ προῆλθε τῆς ἡμέρας, τὸ εἰς δύσιν προελθεῖν λέγομεν. Hoc simplicius ; et inde conjectat Scholiasta Homero innotuisse sphæricam figuram terræ, mensuram diei noctisque, et motum solis. Porro inutilis movetur quæstio de stellis, quasnam sibi poeta velit ; plane dicit in genere, nec ad certa nomina referri debet oratio.

Nec sibi constant interpretes in seqq. παρώχηκε δὲ πλέων νύξ, vel in explicatione vel legendi modo. Constitutum habeo optimam esse quæ ab Ernestio probatur lectio, παρώχηκε δὲ πλέω νὺξ, ex Lipsiensi MS. desumtam ; h. e. νὺξ παρῆλθεν (κατὰ τὴν) πλέω (μοῖραν) τῶν δύο. Huic subjungam, τριτάτη δέ τι μοῖρα λέλειπται, ut adeo procedat sententia ; *jamdudum processit plus quam duæ partes noctis, tertiæ vero superest aliquid,* λέλειπται κατά τι. Adde Eustath. 802. τὸ δὲ πλέω, εἰ μὲν δίχα τοῦ ν γράφεται, δηλοῖ ἄν, ὡς ἡ νὺξ κατὰ πλέω μοῖραν τῶν δύο παρῆλθεν. Eodem recidit vulgata πλέων νύξ—παρώχηκε πλέων i. e. πλέον, κατὰ τὸ πλέον, τῶν δύο μοιρῶν, sed doctior illa altera quæ ab Heyne illustratur ex Thucyd. I. 3. Mora esset inutilis varias argutationes criticorum in hunc versum apponere ; datur Sch. Porphyrii in Sch. B. Ven. unde et partim sua hausit Sch. br. et cuncta enucleatius tractat Heyne, Obss. VI. 47—52. Porro cum hac partitione noctis conveniunt quæ de die habentur Odyss.

φ', 111. (256). φάσγανον ἄμφηκες, ensem ancipitem. δίστομον. Schol. br. (258). ἄφαλόν τε καὶ ἄλοφον—cono et crista carentem. Hoc ne, ampliori galea adhibita, proderentur. Occurrit contraria ratio Euryali et clades exinde orta in Aen. 9. 373 sq. Porro de partibus galeæ antiquæ φάλος, λόφος etc. supra dictum, γ', 371. (262). Sequitur descriptio galeæ et historia quædam. *Intus firmiter constricta erat, præductis coriis multis ; et extrinsecus frequentes muniebant albi dentes aprini hinc atque illinc,* etc. In 265. πῖλος medius inter ἱμάντας constituitur ad defendendum caput. Hic non *pileus,* sed *lana coarctata* redditur, ut apposite Sch. br. τὸ πεπιλημένον ἔριον. (266). Ordo est; τήν ῥά ποτ' αὐτόλυκος ἐξέλετ' ἀμύντορος ὀρμενίδαο, ἐξ ἐλεῶνος, etc. h. e. *galeam, quæ antea fuit Amyntoris, domo valida perfracta, absportavit Autolycus.* Vulgata ratio erat, " ex Eleone (urbe) Amyntoris"—at prætulerim τὴν (οὖσαν) ἀμύντορος, ἐξ ἐλεῶνος ἐξέλετο. Satis se commendat ratio quæ ad notam ellipsem confugit, ἐξ οἴκου ἀμύντορος—procedente sententia; *hanc ex domo Amyntoris, ex Eleone, abstulit Autolycus,* etc. nam quid usitatius, etiam in vernaculo sermone quam hæc genitivi constructio in nominibus propriis? Respicias ad ζ', 378 sq. At illam alteram, quæ sensum præbet appositum, commendo. Vox ἐξέλετο bene exponitur a Sch. br. ὑφείλετο, *clam abstulit, suffuratus est,* cui congruunt ἀντιτορήσας δόμον. in mythis etenim infamis perhibetur ob latrocinia Autolycus——*furtum ingeniosus ad omne.* Ovid. Met, II. De Eleone, Bœotiæ urbe, mentio fit supr. β', 500. (268). Rationem Clarkii minime tenendam arbitror qui putat versum inter hunc et præcedentem intercidisse, et σκάνδειαν extitisse ex corrupto hominis cujusdam nomine—offensi sc. constructione, δῶκε δ' ἄρα σκάνδειαν. Est ellipsis præpos. δῶκεν ἀμφιδάμαντι (φέρειν εἰς τὴν) σκάνδειαν etc. *deditque illi ut secum ferret domum reversus ;* nam muneris hospitalis (ξεινηΐου) loco datum existimo. Bonum sensum præstat Sch. br. κατὰ τὴν σκάνδειαν, *in Scandia,* quod amplexos Schrev. Wetst. video. Ingeniosa est conjectura Bentleii σκάνδειανδ' ἄρα δῶκε, cui similis excitatur infr. λ', 21. πεύθετο γὰρ κύπρονδε μέγα κλέος. et sic evitatur ellipsis præpositionis; attamen desideratur τὸ δὲ quod in hujusmodi descriptione nexum instituit. Scandia erat insulæ Cytherorum urbs maritima. Sch. br. (271). δὴ τότ', etc. " Legitima ratio desiderat ἡ vel αὕτη δὴ τότ', ut infr. 294. Sed articulus vel pronomen intelligi debet; cujus sunt plurima exempla." *Ernesti.* (272). Ulysses et Diomedes arma induunt; versus castra Trojana procedunt; accenditur spes, dextro omine a dea tutelari misso. ὅπλοισιν ἐνὶ......ἰδύτην, h. e. ἐνεδύτην ὅπλοις. Sic antea 254. Casum quartum adsciscit δύω, *induo, subeo, ingredior;* conf. ε', 210. σ', 140. (274). δεξιόν. Possit verti vel *faustam* vel *dextrorsum assurgentem.* Hoc prætulerim—etsi eodem recidit; auguria enim vel bona vel mala existimari pro ea, qua adveniunt, parte notissimum est. Hinc toties repetita, ἐνδέξια σήματα φαίνων de Jove Panomphæo. Verisimile est tonitru, quod Achivos adeo conterruit supr. θ', 75. et acerrimos in fugam conjecerat, contra eos emissum esse ἐπ' ἀριστερὰ μάχης, Trojanis vero ἐπὶ δεξιά. De *ardeola* quæsiverunt veteres, et cur non *noctua,* Minervæ avis, præmittitur:

respondet Sch. br. avem palustrem, qualis est ardeola, palustri loco melius aptari. Hoc ex Porphyrio excerpsit. Subjiciunt alii, noctuam inter auguria infausta habitam: Heyne, Obss. VI. 59. Sed quid hoc ad rem? Duces augurium non videbant. (277). χαῖρε etc. Transtulit Maro, Aen. 6. 192, sq. (278). ἥτε μοι αἰεί etc. *Quæ mihi semper in cunctis laboribus adstas, nec te lateo quum moveor,* h. e. dum levissima etiam pertractem. Præsentis divæ curam eximiam notat. Sic Sophocl. Aj. 18 sq. καὶ νῦν ἐπέγνως (Tu dea) εὖ μ' ἐπ' ἀνδρὶ δυσμενεῖ βάσιν κυκλοῦντ' etc. Simile confert Clarke ex dramate Rhes. 608 sqq. (281). ἐϋκλείας. *Gloriam adeptos.* Forma sic habetur; εὐκλής, εὐκλέας et interposito ι, εὐκλείας. *Heyn.* Obss. Malim hac ratione lectionem vulg. ἐϋκλείας. (282). ὅ κε Τρώεσσι μελήσει· quod detrimento maximo res Trojanas afficiet; cujus postea manebit cura. Sic supr. 51 sq. ἔργα——ὅσσα φημὶ μελησέμεν Ἀργείοισι δηθά τε καὶ δολιχόν. (284).. Ἀτρυτώνη. Conf. supr. β', 157. (285). Dicitur ἅμα σπέσθαι v. ἅμ' ἑσπέσθαι, curam insignem adhibere; ut supr. δ', 11. παρμεμβλωκέναι. De hac legatione Tydei Agamemnon inducitur loquens supr. δ', 384, sqq. Attingitur et ε, 804. ubi se defensorem ejus prædicat Athene. (287). Quum ad flumen Asopum perventum erat legationem miserunt Adrastei exercitus duces ad res repetendas et regni consociationem pro Polynice. Hæc erat μῦθος μειλίχιος. (289). μέρμερα ἔργα fuerunt, præmiorum (ἀέθλων) certaminum reportatio; interfectio insidiatorum; Conf. δ', 389, 397. (290). σὺν σοί—*vestro auxilio, favore.* Sic supr. σ ὺ ν γὰρ θ ε ῷ εἰλήλουθμεν, ι', 49. (292). σοὶ δ' αὖ etc. *Tibi vero vicissim mactabo*; gratiam rependens scil. De locut. ῥέξαι βοῦν, ἑκατόμβην etc. jam antea notavi supr. α', 444. θ', 250. (298). Pulcherrime et quasi ζωγραφικῶς Poëta cuncta quæ ad belli terrorem et sævitiam spectant, idque artificiosa numerorum junctura et brevitate mirabili. Excitatur ab Ernestio Sch. Lips. qui locum Xenophontis in Ages. 2. 14. vicissim laudat; recte tamen judicat descriptioni Homericæ inferiorem, quippe cujus ars rhetorica effectum plane diluit. (299). οὐδὲ μὲν οὐδὲ etc. *Nec Hector, haud equidem ipse sivit* etc. At duplici negationi inest vis quam vix Latine expresseris, sicut notavit Clarke. ἀγήνορας, in bono sensu, *fortes, magnanimos.* "Docet Methodius apud Etym. M. vocem (ἀγήνωρ) modo ἐπὶ ἐπαίνου, modo ἐπὶ ψόγου, poni." Blomf. Gloss. ad Aesch. Sept. 118. Constat ex coll. supr. ι', 696 sq. ὁ δ' ἀγήνωρ ἐστί etc. Huc refer epith. δαιμόνιος, et plurima, de quibus in suis locis. (302). πυκινὴν ἠρτύνετο βουλήν. Supr. β', 55. (304). δώρῳ ἐπὶ μεγάλῳ, præmii spe proposita sc. ἐπὶ in hoc sensu obvium est supr. ι', 598. et serius inter Atticos receptum. Conf. Plat. de Legg. V. 241. Xenoph. Mem. II. 8. (307). Sententia parum exacta ob interposita, οἷ τ' αὐτῷ κῦδος ἄροιτο, quæ tanquam παρένθετα accipio. Nexus est; ὅστις κε τλαίη ἐλθεῖν σχεδὸν νηῶν. Quodammodo absolutior foret; ἢ κε μέγα κῦδος ἄροιτο. Quam porro hæc cum persona Hectoris conveniunt promissa tam ingentia a pluribus jamdudum observatur. (312). νύκτα φυλασσέμεναι, h. e. διὰ νύκτα. *excubias agere per noctem.* Convenit locutio supr. 188. νύκτα φυλασσομένοισι κακήν. De voce ἀδδηκότες conf. supr. v. 98.

(315). κήρυκος θείοιο. Accipio, *sacrosancti;* θεῖος ut ἱερός. Conf. supr. ά, 334. et notam Ernestii. Supr. ή, 274. (316). εἶδος accipiebant veteres ita ut designet *faciem, vultum.* Sic sch. br. ἀηδὴς τῷ προσώπῳ. Conf. Aristot. Poet. 25. At Heyne de *tota corporis specie,* ita ut κακὸς εἶδος *imbellem* exprimat, tenuem, exilem, nec staturam habentem viri militaris. Ferme ut φυή, supr. ά, 115. Est ubi conjuncta reperiuntur: θηήσαντο φυὴν καὶ εἶδος etc. χ', 370. et hoc referre libet ad oris conspectum, illud in genere ad corporis totius habitum et formam. Occurrit tamen Lyrici illud, ἦν δ' ἐσορᾶν καλός· ἔργῳ τ' οὐ κατὰ εἶδος ἐλέγχων. Ol. 8. 24 sq. et parallelum in Simonid. Epigr. 1. κάλλιστον μὲν ἰδεῖν, ἀθλεῖν δ' οὐ χείρονα μορφῆς. Ex hisce constat vix posse limitem constitui, sed et aliquando significationes in se invicem excurrere. In ά, 115. δέμας pro εἶδος Heyniana notione usurpari videtur: quæ amplius etiam stabilitur ex H. in Apoll. 198. Occurrunt tamen δέμας καὶ εἶδος, infr. ώ, 376. Conciliari hæc quodammodo possunt si statuamus; εἶδος in sig. prim. *speciem oris: δέμας, structuram* quasi et *fabricam membrorum.* (conf. Cic. N. D. 2. 47). φυήν, *totius corporis compagem, habitum, naturam.* Recentiorum notio est, *indoles mentis.* (321). ἀνάσχεο σκῆπτρον. Solenne hoc jam antea vidimus et in precibus et in fœdere sanciendo. Supr. ή, 412. (322 sq.). ἦ μὲν τοὺς ἵππους—δωσέμεν. *Te certo daturum.* Hectoris verba captat homuncio supr. 305 sq. equos fortissimi Achivorum designans. (324). οὐδ' ἀπὸ δόξης—ἔσομαι subaud. h. e. nec tuam de me sententiam frustrabor. Hoc effertur pro simplicitate antiquioris linguæ; ut supr. εἶναι ἀπὸ θυμοῦ, ά, 562. (325). τόφρα γάρ, etc. *eousque enim in castra penetrabo donec ad navem Agamemnonis pervenero.* Ignavi semper vaniloqui: nec quidquam magis fide in poeta expressum video quam hanc, quæ ponitur, distinctionem inter jactationes insulsi hominis et fortissimorum modestiam. Conf. supr. 222–226. et 249 sq. cum hac inani loquela 324 sqq. (326 sq.). ἔνθι που μέλλουσιν—βουλεύειν, etc. Subtilis est Græcorum lingua in usu verbi μέλλειν quod cum infinitivo præsenti junctum designat περιφραστικῶς futurum. Conf. Mathiæ G. G. construct. §. 502. Efferas Angl. *where probably the leaders intend to deliberate.* πού, στοχαστικόν. (328). σκῆπτρον λάβε. Firmiter *baculum* prehendit et jusjurandum solenniter juravit; *hastam* manu apprehendi docet Heyne: cogitandum vero de insigni regiæ auctoritatis quale Agamemnonis est supr. β', 186. Achillis, supr. ά, 234. Hoc in consessu semper gestabant. (329). ἴστω νῦν Ζεύς. Formula usitata. Aliquatenus tortam orationem notes; μὴ μὲν ἄλλος—ἐποχήσεται, pro, οὔτινα μὲν ἄλλον ἐποχήσεσθαι. Redit vero, ἀλλά σε φημὶ διαμπερὲς ἀγλαϊεῖσθαι. Vertuntur hæc in Lat. vulg. secundum Suidæ mentem, *te dico iis perpetuo gavisurum.* Est quoque ἀγλαΐζεσθαι, *ornari, decorari;* et hinc a Sch. br. ἀγλαϊεῖσθαι exponitur, καλλωπισθῆναι. At duplici cum errore; nam illud in futuro ponitur nec potest sumi in sensu *passivo.* Rectius Suid. καλλωπίσεσθαι. (332). Variant lectt. inter ἐπίορκον ὀμόσσατο—ἐπώμοσε—ἀπώμοσε, quarum hanc retinuit Heyn. Cæterum hic Ernesti monet, verba male reddi *perjurium juravit,* quasi id in animo Hectori fuerit, posthac promissum detrectare. Rectius, *juravit frustra, temere,* sc. quod eventum non erat habiturum. At equidem locut. ἐπίορκον ὀμόσαι, *perjurium jurare,* sæ-

pissime obvia est. Ex. c. ἢ 'πίοϱκον ὅϱκον ὤμοσεν. Arist. R. 160. et opinor hic etiam, sed non cum notione criminis; Poterat enim Hector se id velle jurare quod postmodum efficere desint vires. In Hes. Theog. 232 eadem formula occurrit, sed inducta, quæ flagitium designet, voce ἑκών. ὅτε κέ τις ἑ κ ὼ ν ἐπίοϱκον ὀμόσσῃ, i. e. non *perjurium juraverit*, sed *volens perj. jurav.* Crimen hic est, jurare id, quod an detur postea efficere incertum est. Accipit Heyne ἐπίοϱκον pro adverbio ψευδῶς quod rationi Ernestinæ proximum est. (334). πολιοῖο. Secundam expositionem Sch. br. amplector, τεφϱώδους, h. e. *cinericii, ravi.* Sic Flacc *Rava lupa*, Carm. 3. 27. 3. Fabulam de Pelia adferunt huc Scholiastæ quam prudens omitto; spectat ad absurdam lectionem πελίοιο. Conf. Heyn. Obss. πόλιος exponi possit λευκόφαιος ut λευκός ipse aliquando: Ang. *murry color.* (335). κτιδέην v. ἰκτιδέην. Vulgo accipiunt, *viverræ pelle munitam*, quam et alii *mustelinam galeam* vocant. Satis incerte, quum nec ipsi philosophi de re consentiunt. Scholiastæ vett. sententiam Aristotelis referunt qui pronuntiat τὴν ἴκτιδα fuisse ex genere felino Invenitur loc. in Hist. An. 9. 6. (336. οὐδ' ἄϱ' ἔμελλεν, etc. *Nec ei in fatis fuit e navibus regresso* (ἂψ ἐλθόντι) *nuntii quid ad Hectorem referre.* (338). φϱάσατο πϱοσιόντα, *advenientem percepit.* Incaute et ardenter processerat Dolon; βῆ ῥ' ἀν' ὁδὸν μεμαώς. Sic infr. 350. παϱέδϱαμεν ἀφϱαδίῃσι. (343). νεκύων κατατεθνειώτων. Conf. supr. ή, 409. (344 sq.). Consilium profert Ulysses Dolonem versus naves agendi adeo ut effugiendi rationem vix consequi possit: ἐάσομέν μιν παϱεξελθεῖν (prætergredi) (διὰ τοῦ) πεδίου. (346). εἰ δ' ἄμμε παϱαφθαίησι— *Sin nos cursu præverterit*, μέμνησό μιν αἰεὶ πϱοτιειλεῖν—usitato more pro πϱοσείλει—*semper illum versus naves compelle.* (351). ἀλλ' ὅτε δή, etc. Sententia mire interpretes cruciavit, quorum si commenta enucleatius exponerem multiplex foret doctrina at scientiæ parum. Lectionem inprimis refinxerim a vestigiis Sch. A. Ven. ὅσσον τ' ἔπι οὖϱα πέλονται, i. e. ἐφ' ὅσον πέλονται οὖϱα—vel si mavis τὸ ἐπί, ἐπιπέλονται οὖϱα—et acceperim οὖϱα ut ὅϱμημα, *impetus*, sc. mularum arantium. Spatium sic definite ponitur, *quantum sunt impetus mularum*, i. e. quantum agri conficere arando solent. Certis enim limitibus distinctum puto quod pro mulis longius quam pro bobus erat—et proinde subjicitur ἡμιόνων, αἱ γάϱ τε βοῶν πϱοφεϱέστεϱαι, etc. ad designandum intervallum satis amplum et quod postea minuatur ad δουϱηνεκές infr. 357. Hæc ideo non simpliciter ornantia sunt. Sch. Ven. B. unde hæc partim excerpsi vix habet perspectam vim posteriorum verborum, quæ tamen maxime sensum recludunt. Hisce positis verba ordinarim; ἐφ' ὅσον (τὰ) οὖϱα (τῶν) ἡμιόνων πέλονται (εἰς τὸ μῆκος ἐκτεινόμενα), αἱ (ἡμίονοι) εἰσι πϱοφεϱέστεϱαι, etc. Confirmatur significatio οὖϱον, *jactus, impetus*, &c. ex ψ', 431. Od. θ', 124. et multum facit quod in ψ', 523. reperio notatum ab Ernestio, viz. in nonnullis MSS. disjunctim legi δίσκ' οὖϱα, quod etsi deterius existimo, ostendit tamen significationem agnosci. Th. manifestum est ὄϱω, *concito.*

E vestigiis Sch. br. constat extitisse voc. ὄϱον, οὖϱον, *terminus*, ut ὅϱος. et bonum sensum præbet; *quantum ab invicem distant fines sulci*, h. e. ἄπεισι, πέλονται διακϱινθέντα. intervalli enim, quod sufficiat, habetur. Secundum mentem Aristarchi exponit Eustath. ἐπίουϱα—

spatium quo mulæ antevertunt boves ad finem sulci posito quod simul inceperint arare. Dehinc intervallum inter boves et mulas κατὰ πλάτος. Confingit alteram Sch. br. διάστημα ἐντὸς αὔλακος καὶ ἡμιόνων ἐν ἐπιστροφῇ ἀρουρῶν, h. e. sub finem sulci ubi regrediuntur muli. Restat altera; intervallum agri quod *uno actu* muli arant. Pariter omnibus objiciendum; intervallum nimis arctum designari quod ipsum vix possit esse δουρηνεκές, nedum tractus longior. ἐπιουρα sec. Dacier, est intervallum inter duo juga mularum quæ ad invicem, dum laboratur, accedunt; statui etenim ad fines contrarios sulci τὰ συστήματα. (352). προφερέστεραι. *præstantiores.* κρείσσονες ἐν τῷ ἀροτριᾷν. Sch. br. (355). Ordinandæ sententiæ rationem sequor quam in Schol. br. observo, et distinxi ita ut πάλιν cum ἀποστρέψοντας jungatur, non ut in Editt. vulg. cum ὀτρύναντος. Vertas; *sperabat enim, Hectoris jussu, socios e castris accedere qui eum revocarent.* πάλιν ὀτρύνειν, *secus quam antea fecerat hortari,* bonum sensum, at reconditiorem, præstat. Nullum, opinor, vers. vulg. (357). ἀλλ' ὅτε δή, etc. *At cum jam hastæ jactum, aut etiam minus, abessent,* etc. (359 sqq.). *Illi vero ad persequendum celeriter concitati sunt. Veluti quum duo canes, asperis dentibus, venandi periti, vel hinnulum vel leporem urgent indesinenter per locum sylvosum,* etc. Paulum variatur comparatio in χ', 188 sqq. et ex utroque fonte hausit Maro exquisitum illud Aen. 12. 748 sqq. Pari modo Oppian. Hal. 5, 586 sqq. (364). λαοῦ ἀποτμήξαντι. Pro consilio supr. 347. Dolonem a suis intercludendi. (365). *Sed cum jam in eo erat ut se custodibus permisceret.* (366). τότε δή, *tum demum.* (367). ἵνα μή τις—φθαίη, etc. usitata constructio est τοῦ φθάνω v. φθῆμι, sed more solenni ἐπευξάμενος βαλέειν pro βαλών. Monendus est tiro sententiam non posse resolvi ἵνα μή τις ἐπεύξηται ἑαυτὸν φθάναι βαλόντα, rectius vero, μή τις φθάμενος ἐπεύξηται, etc. ut alibi frequenter: Conf. supr. ἑ, 119. infr. φ', 576. Particip. φθάσας Atticis proprium est, quod Ionici expresserunt φθάμενος, φθάς, quod latet in παραφθάς, χ', 197. (372). ἑκὼν ἡμάρτανε, *prudens aberravit,* "sc. vivum capere volens hominem sciscitandi caussa de castris Trojanorum." *Ernesti.* (374 sq.). Ex more Clarke: "Metu impeditum et quasi rigescentem exhibent etiam versus ipsius numeri." Sed hoc est subtilitates exquirere quod in magno Poeta haud concesserim. βαμβαίνων vulgo reddunt "dentibus crepitans," haud dubie ob insequ. ἄραβος ὀδόντων. Melius adsciscit Heyne ex Sch. br. ἀσαφῆ φωνὴν προϊέμενος ἀπὸ τοῦ φόβου, "præ timore balbutiens." (378). λύσομαι, *redimam.* De distinctione inter λύω, λύομαι, conf. supr. ά, 20. Aliter expresserat ζ', 46. σὺ δ' ἄξια δέξαι ἄποινα. ἔστι γὰρ ἔνδον, etc. i. e. in domo patris; ut ζ', 47. πολλὰ δ' ἐν ἀφνειοῦ πατρὸς (δώμασι) κειμήλια κεῖται. Tres reliqui versus exinde transferuntur. In v. 380. vertas χαρίσαιτο, *libenter largiretur.* Illustratur usus ex Mosch. Idyll. I. 28. λάβε ταῦτα—χ α ρ ί ζ ο μ α ι ὅσσα μοὶ ὅπλα. Alias χαρίζεσθαι est ἐπίηρα φέρειν, ά. 572. Conf. ἑ, 71. (382). Fictis verbis hominem adloquitur Ulysses pactus quod omnia, quæ norit, consilia Trojanorum aperiret. (384). ἀτρεκέως. Supr. β'. 10. (391). πολλῇσί μ' ἄτῃσι, etc. Vers. vulg. *Multo me meo cum damno, præter voluntatem, induxit Hector.* At verte; *me in multa mala, præter*

animi consilium, induxit. Dicitur ἤγαγεν pro ἐπήγαγεν, et νόος ut sæpius pro νόημα. Gratiam captat Dolon, se id tentasse spe præmiorum ductum professus, quod *sana mente* intactum reliquerit. A Stephano exponitur παρὲκ in quibusd. locis ἐκτός. Hoc vestigio annon verteris Ang. *In a moment of infatuation Hector involved me in those manifold disasters,* &c. (395). Conf. supr. 308 sqq. (401). ἦ ῥά νύ τοι .....ἐπεμαίετο. *Sane nunc animus appetebat.* Sarcastice Ulysses profert. ἐπιμαίεσθαι, protendere ad aliquid attingendi caussa. Conf. supr. ί, 748. μεταφορικῶς, *expetere.* (403). οἱ δ' ἀλεγεινοί, etc. i. e. ἀλεγεινόν ἐστι αὐτοὺς δαμῆναι. Inversio hæc solennis; Conf. supr. ά, 589. ἀνδράσι γε θνητοῖσι, *mortalibus saltem,* vis τοῦ γέ sæpius observata. (406 sq.). Ex hisce constat eos jamdudum Hectoris necem molitos; huc forsan respicit vs. supr. ῥέξαντας μέγα ἔργον etc. Statim vero, quasi misso opprimendi Hectoris consilio, de sociis quæritur. (408). πῶς δ' αἱ etc *Quomodo se habent? constituuntur?* εὐναί, *contubernia.* Uncis tres vss. sequentes includit Wolfe inepte huc translatos ex oratione Nestoris supr. 208. Viam sternit Sch. A. Ven. (413). Nexus est cum 405 supr. τοι γὰρ ἐγώ etc. *idcirco—eo quod jussisti.* Sic in ά, 78. τοι γὰρ ἐγὼν ἐρέω. (414). Ἕκτωρ. supr. 406. (415). παρὰ σήματι Ἴλου. Conf. inf. ά. 349. Filius Trois notatur unde nomen Ilium. At σῆμα quod in vers. vulg. redditur *sepulchrum,* est *cippus* in sepulchro, unde explicatur Hesiodi illud, Scut. Herc. 477. τοῦ δὲ τάφον καὶ σῆμ' ἀΐδες ποίησεν etc. Hoc ut eminentiore loco utebantur Trojani ad speculandum progressi. Necnon et aliis; conf. supr. β', 793. (416). νόσφιν ἀπὸ φλοίσβου. *A turba seorsum——strepitu castrorum.* In loco editiore consederat castra Achivorum prospiciens. φυλακάς, h. e. κατὰ φυλ. περὶ τῶν φυλακῶν. Sch. br. Quæstioni respondet supr. 408. Obiter notandum plurimum hinc fidei accedere lectioni supra memoratæ ί, 66. quæ haud parum concinnior est. (417). οὔτις κεκριμένη (φυλακή) etc. *Nullæ certæ et constitutæ excubiæ tuentur castra;* id officii cuncti sunt sortiti. Exinde, ut notat Heyne, conspicitur Trojanorum inferior prudentia militaris, nam et inter Achivos φυλακτῆρες κριτοί excubias agebant, idque in loco maxime accommodato, παρὰ τάφρον. ί, 67. Contra apud hostilem exercitum, auxiliares præsertim, incaute omnia peraguntur, vs. 420. Hinc facilis patebat aditus usque ad interiora, infr. 470 sqq. (418). ὅσσαι μὲν etc. Impeditior sententia, nec, ut opinor, modo satis concinno ab Heynio expeditur junctura; (κατὰ τόσας γὰρ πυρὸς ἐσχάρας,) ὅσαι (εἰσὶ) τρώων, (h. e. ἐπὶ τοῖς πυροῖς τῶν τρώων) οἵδε, οἷσιν ἀνάγκη ἐστὶν, ἐγρηγόρθασι, etc. Accipit ἐσχάραι πυρὸς pro πυρά, et juxta unamquamque positos custodes qui "assideant ignibus alendis et prospiciant." Obss. T. VI. p. 85. πυρά sunt quæ memorantur supr. vs. 12. Arridet magis, quam improbat vir doctiss. sententia Porphyrii; ὅσαι εἰσὶν ἐσχάραι τρώων, h. e. ὅσοι εἰσὶν ἐφέστιοι, οἵδε, οἷσιν ἀνάγκη, ἐγρηγόρθασι, *quot in urbe certa domicilia habent, tot, quippe quibus necesse, excubias agunt.* Proinde subjicit, αὐτὰρ ἐπίκουροι εὕδουσι. Quæ laudat Porphyr. verba Agamemnonis supr. β', 125. nil huc faciunt, ut perpendenti constabit. Magis vero quod vidimus θ', 497 sqq. juvenes ab Hectore evocati et urbis tutela grandævis, pueris, feminis data, ibid. 517

sqq. Ex hisce constat magnum numerum fuisse excubantium sed nullum certum ordinem constitutum ad insidias præcavendas. Sed id solum videtur propositum ut Achivis *fugientibus* occurratur: *impetus* nocturnus vix cogitandus venerat. Multas significatt. voc. ἐσχάρα habes congestas in Sch. A. B. Ven. br. ἐσχάραι πυρὸς sunt ἑστίαι, *foci*, pro ipsis habitantibus positi. (420). ἀτὰρ αὖτε, etc. *Sed contra auxiliares, quibus nihil adest cari quod mentes sollicitet, dormiunt securi.* (424). πῶς γὰρ νῦν; De γὰρ inchoativo antea notavi. Festinantis scire singula oratio est—*How now then?* (425). δίειπέ μοι—*sigillatim mihi expone.* (428—431). Enarratur copiarum dispositio. De Caribus, qui cornu dextrum tenebant, versus mare, dictum supr. β′, 867. De Pæonibus, β′, 848. De Lelegibus et Cauconibus, qui hic at non in recensu generali memorantur, videsis not. sub finem lib. II. De Pelasgis, ibid. 840. De Lyciis, 876. De Mysis, 858. De Phrygibus, 862. De Mæonibus, 864. (434). Θρήϊκες οἵδ᾽ etc. *En istos Thraces, qui nuper advenerunt, ceterorum extremos.* Thraces alii enumerantur in recensu β′, 844. ab his diversi: conf. not. Quos duxit Rhesus Thraciæ partes proximas circa Strymonem habitarunt, ut ex Sch. A. Ven. Apollod. I. collatis liquet, unde et a Mythicis fluvio Strymone ortus perhibetur. Hinc apud Maronem, "Rhesi Mavortia tellus"—Thracia nim. Commenta de illo recentiorum videas in Sch. br. (436). τοῦ δή, *cujus equidem.* Notatur porro anacoluthon orationis, ἴδον ἵππους——λευκότεροι χιόνος, pro ἴδον ἵππους λευκοτέρους. Caussa hujusce, ut in paribus semper, est συντάξις minus perpolita; Illud tamen et in atticis scriptoribus gravissimis usu plerumque venit, quod Scholiastæ, tanquam ob admirationem loquentis festinationemve artificiose adhibitum censent: μεταμόρφωσε τὸν λόγον θαυμαστικῶς ἀναφωνήσας τὸν ἔπαινον αὐτῶν. Sch. br. Eustath. At subtilitates in veteri poeta non exquirendæ. De anacoluth. conf. Math. G. G. § 426. 3. 481. 2. etc. (437). Hinc expressit Maro; *Qui candore nives anteirent, cursibus auras.* Aen. 12. 84. Paullum variavit expressionem infr. π′, 149. Conf. et τ′, 415. Ceterum hinc desumsit auctor fabulæ quæ "Rhesus" dicitur descriptionem suam 616 sqq. λευκότεροι χιόνος—λευκαὶ—διαπρεπεῖς ἐν εὐφρόνῃ. στίλβουσι δ᾽, ὥστε ποταμίου κύκνου πτερόν. Minerva inducitur Ulyssem et Diomedem, ut Thraces adorirentur, hortans. (439). πελώρια. pulchritudine admiranda, ut bene Sch. br. οὐ κατὰ τὸ μέγεθος νῦν, μ ε γ ά λ α. ἀλλὰ κατὰ τὸ κάλλος, τ ε ρ ά σ τ ι α. Magistrum non secutus est Schrevelius. (444 sq.). ὄφρα κεν ἔλθητον etc. *Donec redieritis meique feceritis periculum utrum rem, ut revera est, enarrarim.* κατ᾽ αἶσαν, secundum veritatem, ἀψευδέως. εἰπεῖν κατ᾽ αἶσαν—in sermone attico χρῆσθαι ταῖς ἀληθείαις περί τινος. De locut. conf. supr. α′, 416. (447). Responsum immite audit Dolon——μὴ δή μοι φύξιν γε......ἐμβάλλεο etc. *Ne nunc* (vel ut Clarke) *ne quæso*, mihi effugium animo mediteris—περ ἀγγελίας—*quantumvis utilia nunciaveris.* Facete hæc transtulit Luc. in Revivisc. §. 3. μὴ δή μοι φύξιν γε, κακηγόρε, βάλλεο etc. Ibid. φύξιν γε. Voculæ vis constat; *quidquid in animo versatur, ne fugam cogites.* Pergit Diomedes vs. 449 sqq. rationes adferre cur promissum antea datum (supr. 383) violet—ne rursus a nocturna speculatione damno

afficiantur res Græcorum. Poterat dixisse, non oportere illum, quod comes duntaxat promiserat, ratum facere; sed ineptum foret. Appingitur Sch. de vocc. λύσσθαι et μεθιέναι. Spectat prior ad receptionem pretii redemptionis, τοῦ λύτρου, hæc ad emissionem sine pretio, sc. ob meritum insigne. (450). ἢ τε καὶ ὕστερον, etc. q. d. *certior sum te posthac rediturum aut speculandi caussa vel decertandi in acie.* εἶσθα. recte Sch. br. ἥξεις etc. pro εἶς, ut in Odyss. τ', 69. εἶσθα θύραζε. (454). καὶ ὁ μέν μιν ἔμελλε—λίσσεσθαι, etc. Verte; *et jam in eo erat ut supplicaret.* De supplicandi modo, barba prehensa, &c. conf. ά, 500 sq. (457). Res ad vivum depingitur; φθεγγομένου δ' ἄρα τοῦ γε——. Adumbrat hæc Virg. Aen. 554. sq. *Tum caput orantis nequidquam, et multa parantis dicere, deturbat terræ.* Notatur in Obss. Heyn. VI. 91. lect. φθεγγομένη—κάρη. melior foret φθεγγόμενον. Atqui distinguenda sunt, τοῦ γε φθεγγομένου, ἐμίχθη κάρη etc. *dum adhuc loqueretur Dolon, caput humi dejectum est.* δ' ἄρα, *deinceps vero.* (458). Spolia Dolonis Minervæ consecrantur, unde et tropæorum erigendorum jamdudum morem extitisse constat. Arma Dolonis κτιδέη κυνέη—λυκέη, *pellis lupina*—τόξα—δόρυ, memorantur supr. 333. sqq. De epith. παλίντονα statuitur supr. θ', 266. (460). ἀθηναίῃ ληΐτιδι, *Minervæ prædatrici.* Epitheton in supp. est ἀγελείη, et ut Divæ bellicosæ propria notatur. Conf. δ', 128. ἑ, 765. πολεμικῇ. Sch. br. (462). χαῖρε, θεά, τοῖσδεσσι! q. d. *Benigno animo hæc, quæ in vestrum honorem dicantur munera accipias.* Pari cum invocatione Heros in Aj. Flag. 91 sqq. ὦ χαῖρ' ἀθάνα, χαῖρε διογενὲς τέκνον, ὡς εὖ παρέστης· καί σε παγχρύσοις ἐγὼ στέψω λαφύροις, τῆσδε τῆς ἄγρας χάριν. (463). ἐπιβωσόμεθ'· Recte exponitur a Schol. ἐπὶ βοήθειαν καλεσόμεθα, *ut præsens adsis invocabimus.* Notatur et altera lectio ἐπιδωσόμεθ', quod ut recipiatur necesse erit adhibere σοὶ γὰρ πρώτῃ ἐν ὀλύμπῳ etc. nam ἐπιδίδοσθαί τινα, *muneribus quemvis augere*, solœcum foret. Recte Ernesti; "Est vox Ionica et Homerica pro ἐπιβοησόμεθα." Tuentur editt. præstantissimi. Pergit Diomedes; ἀλλὰ καὶ αὖτις—πέμψον, *sed et insuper hoc beneficii præstes—deduc nos*, &c. Ex hoc et vss. supr. 274 sqq. adumbratur officium Palladis in dramate Rheso, 595 etc. ἵππους. Equorum Rhesi descriptio animo obversatur. (466). δέελον. Notatur prima forma voc. δῆλον quod ipsum in quodam MS. memoratur receptum. Est glossa MS. Urat. δέελον σῆμα, quod iter redeuntibus monstraret. (467). συμμάρψας, *confringens.* "Confregit leviter arundines et addidit similiter confractis myricæ frondibus." *Ernesti.* Consentit Sch. br. κλάσας. Arundines vero et myricæ rami locum paludosum indicant ubi nunc inceditur. (470). τέλος, ut supr. 56. τάγμα. sed h. l. latiore sensu et εὐνάς designare potest; certe magnum numerum hominum eodem loco congregatorum. (471). Obvium est καμάτῳ ἀδδηκότες, quod erat sup. 93. καμάτω καὶ ὕπνῳ. Conf. Thraces nimirum, laboribus et itinere confecti, (erant enim νεήλυδες) somno indulgebant. Notabilis est ars quædam et peritia in armis disponendis et in ordine copiarum, 471 sqq. nam quod de bellatoribus equestribus et προμάχοις memoratur 473. a ceteris observatum dixerim. Cum locutione ἔντεα κέκλιτο conf. supr. ἑ, 356. Hæc insuper adumbrata vide in Aen. 9. 316 sqq. (473). Inter-

pretor voc. τριστοιχεί sec. Sch. Ven. A. Tres ordines armorum fecisse Thraces ex adverso positorum. Diversa est ratio nostrorum, etsi similitudo quædam a voce τριστοιχεί indicari possit. (475). ἐξ ἐπιδιφριάδος etc. Vertitur; *ex orbili-ad-currum-fixo extremo, loris ligati erant*. Accipitur ab Ernestio ἐπιδίφριας ut adjectivum—ἐπιδίφριας ἄντυξ. et sanius hoc quam quod statuit Eustath. esse ἐπιδιφριάδα partem τοῦ ἄντυγος, nimis acute sc. Obvia est ἄντυξ supr. έ, 262. ubi conf. (479). ἀλλ' ἄγε δὴ, πρόφερε etc. Ang. *put forth your utmost vigor*. Pariter et inter Romanos *proferre aliquid* dicitur ille qui in lucem edat aut amplius reddat. Variatur et alibi locutio; μέμνησο θούριδος ἀλκῆς—δύσεο ἀλκὴν etc. Conf. Aen. 9. 320. (480). ἑστάμεναι μέλεον. *Stare otiose—otiari—tempus terere*. Repetit hæc ex dictis supr. 251 sqq. Exponitur μέλεον, μάτην, ματαίως. S. br. Exp. Ernesti ex Sch. MS. Lips. μελλητὴν, ἐκλελυμένον τὰ μέλη, unde et probatur etymon. Porro, non acceperim verba Ulyssis tanquam objurgationis aliquid adferentia quod in viro impigro vanum foret, sed ut hortamen acre celeritatis. Locut. οὐδέ τί σε χρή etc. inter illas referenda est quæ maxima cum vi *oblique* et per *negationes* affirmant. Conf. ά, 330. ί, 164. (483). ἐπιστροφάδην, *quaquaversum, undique se vertens*. Continetur in hoc exp. secunda Sch. br. ἐνεργῶς. Adumbratur porro in Aen. 9. 323. *lato te limite ducam*. Epith. ἀεικής vertitur *fœdus, durus*. Exponitur χαλεπός. Ad vivum depingitur virorum singultantium gemitus—nisi velis interpretari epith. ut ἀναίδης, δ', 521. et vertas, *moribundorum ingens gemitus*. (485). Hanc similitudinem exscripsit Virg. Aen. 9. 339 sqq. Sed ornate, suo more. Sæpe et alibi adfert noster: Conf. μ', 299. ό, 323. Od. ζ', 130 sqq. ἀσημάντοισι—μὴ ἔχουσι ποιμένα. Sch. br. Breviter, at pulcherrime, viros depingit quibus nulla facies periculi obversata est—quibus nulli adstant ad arcendam mortem custodes. (488). ὄφρα δυώδεκ' ἔπεφνεν. Triplici ordine instructi erant Thraces, τριστοιχεί, supr. 473. et quatuor in ordine singulo interficit Diomedes ut *limes* satis *latus* pateret abducendis equis. (491). τὰ φρονέων—ὅπως etc. Locut. Homerica; *With the intention that—To the end that* &c. (493). Caussa ponitur cur hanc curam susceperit Ulysses, sc. ne equi conterrerentur ob spectaculum novum et horrendum. ἀήθεσσον γὰρ ἔτ' αὐτῶν (τῶν νεκρῶν)—ἀσυνήθεις ἦσαν. S. br. Conf. supr. 434. (496). ἀσθμαίνοντα, *suspirantem*. Convenit cum verbis, στόνος ἀεικής, supr. 483. Dehinc addit; κακὸν γὰρ ὄναρ etc. *Somnium enim infaustum capiti, illa nocte, superastitit per consilium Minervæ (nempe) Œnidæ filius*. Nec est simplicitate Homerica indignum ut notat Heyne, Diomedem statuere ut οὖλον ὄνειρον Rheso dormienti obversantem. Censeo igitur veram somnii imaginem effingi—lethi simulachrum inter dormiendum assurgens idque sub forma bellicæ speciei terribilis. [Tollitur vs. 497. a Sch. A. Ven. proculdubio quippe otiosus et jejunus. Conf. Heyn. Obss. VI. 98.]. (498). τόφρα δ' ἄρ' etc. Desiderat apodosin τὸ ὄφρα, nisi velis generatim intelligi in 494. ἀλλ' ὅτε δὴ —. τλήμων, ut supr. 248. πολύτλας. (499). σὺν δ' ἤειρεν etc. *lorisque colligavit*. ἀείρειν hic, secundum etymon, *simul nectere*, ἅμα εἴρειν. (500). φαεινήν. "Manubrio ex ære facto". Heyn. Obss. (501). οὐ—νοήσατο, *haud in mentem venerat. Inconsiderate omisit*. Conf. supr. ί, 533. οὐκ ἐνόησεν. (502). πι-

φαύσκων διομήδϊ—*In signal to Diomede.* πιφαύσκω v. πιφάσκω est forma redupl. a φάσκω, ut παιφάσσω supr. β', 450. δ' ἄρα, *deinde vero.* (503). αὐτὰρ ὁ μερμήριζε—*At ille animo perpendebat quid insuper audacius susciperet.* κύντερον exp. Sch. δεινότερον, χαλεπώτερον, ad sensum bene. Sic Steph. in voce; at magis fide ἀναιδέστερον. (505). ἐξερύοι (κατὰ τοῦ) ῥυμοῦ, *temone prehenso traheret.* Cogitandum vero de levissimis curribus veterum qui facile asportari aut in altum evehi poterant. (507). ἕως ὁ ταῦθ' etc. De metro conf. supr. ά, 193. ubi et pari modo intervenit ministerium Athenes. Hoc sine interventu numinis, at summo cum judicio, absolvit Maro, Aen. 9. 353. qui Nisum ipsum inducit a cæde prosequenda dehortantem: id etenim de summis viris apte narrari quod in deterioribus minus arrideret. (509). νόστου δὴ μνῆσαι—Solenni modo pro νόστει. *Jam, quæso, reditus memento—ne redeas fugatus: Ne fortasse quis alius Deorum Trojanos etiam concitet.* ἄλλος θεός—ut supr. in not. ή, 166. δαίμων ἕτερος, numen adversum, qui partibus Trojanorum studet, ut vestris ego. Minervæ personam induit consilium prudentius, et hoc more epico. conf. ά, 194. β', 169. δ', 92 sqq. (512). ὁ δὲ συνέηκε etc. Qui sua prudentia edocti quid prosit maxime perspiciunt vel aliis rite admonentibus obsequuntur finguntur κατὰ τὸ ἐπικὸν voci divinæ auscultare. Sic supr. Helenus divos admonentes agnoscit dum sua se mens prudentior excitat, ή, 44 sqq. Achilles quoque ά, 199 sqq. (515). οὐδ' ἀλαοσκοπίην etc. *nec cæcam speculationem habebat,* h. e. nec Apollinem latebat hæc in castris Trojanorum geri. Obvia est locutio in ν', 10. Clarkio satis concesserim notanti hinc adumbrari Virgilianum, *Lux inimica propinquat,* Aen. 9. 355. præeunte Eustath. ἀπόλλων—ἡ παρουσία ἡλίου. In mente poterat esse illud in Odyss. θ', 302. ἠέλιος γάρ οἱ σκοπιὴν ἔχεν etc. Certe hinc deductum Aen. 12. 725 sq. *at non hæc nullis hominum sator atque deorum observans oculis—sedet—,* cuivis satis manifestum. Pari modo denotatur intentissima speculatio, Odyss. θ', 285. (516). ὡς ἴδ'—. Dubitat Ernesti an continuetur prior sententia, an nova dehinc incipiat: utroque modo bene absolvitur. Si post ἕπουσαν plene distinxeris, desideratur in 517. vocula ἄρα v. αὐτάρ. Ita tamen edidit Wolfe. Vulgo reddunt; *nam simul ac vidit Athenen* etc. Interpunctionem Heynianam retuli. Procedit sententia; μεθέπουσαν τυδέος υἱόν, h. e. *adstantem, curam ejus gerentem.* De verb. μεθέπειν conf. έ, 329. (517). De verbis formæ δύσομαι conf. β', 35. ί, 109. (521). ἀσπαίροντας—ψυχοῤῥουγοῦντας. S. br. Idem mire exponit ἐν ἀργαλέῃσι φονῇσιν, *in locis cæde refertis.* At dicitur ἀσπαίροντας ἐν φοναῖς, ut θωρησσομένους σὺν v. ἐν τεύχεσι, έ, 737. et pass. pleonasmo eleganti, h. e. in morte fœda—inter moriendum, palpitantes. Sensum liquido satis adumbrat Virg. Aen. 9. 455. *Semineces viros* etc. (524). θηεῦντο δὲ etc. Vulgo redditur, et bene, *spectabant admirabundi ardua facinora.* Forsan melius adhuc, *obstupuerunt spectantes diras strages.* μέρμερα exponitur a Suida, φροντίδος ἄξια, δεινά. Recte; nam supr. tenetur expos. vs. 51. μέρμερα—ὅσα φημὶ μελησέμεν ἀργείοισι etc. ἔργα—φονάς scil. (526). Redit narratio ad speculatores. οἱ δ' ὅτε—Ulysses et Diomedes, qui inter regrediendum secum auferunt spolia Dolonis. (531). τῇ γὰρ φίλον ἔπλετο θυμῷ. Non certe *equis* qui nondum iter tentaverant ad castra,

sed *heroibus*. Explenda sententia; ἔπλετο γὰρ φίλον—αὐτοὺς (ἵππους sc.) πέτεσθαι τῇ (ὁδῷ). At vs. abest a Cod. Venet. et temere huc transfertur ex λ', 520. Proinde ἀθετεῖται in edd. Wolf. Heyn. Conf. Obss. p. 104. (532). Omnium primus adventum percipit Nestor, διὰ τὸ αὐτὸν εἰσηγητὴν γεγονέναι τῆς κατασκοπῆς, inquit Sch. br. Haud immerito solicitus erat de exitu consilii cujus ipse auctor fuerat. (535). κτύπος ἀμφιβάλλει οὔατα. Ang. *The trampling of horses strikes upon my ear*. Hinc receptas locutt. in Lucret. 4. 530. Virg. Georg. 4. 349. Aen. 12. 618. agnoverunt Critici. Subjicit deinde precationem Nestor, sonitum esse Ulyssis et Diomedis, qui sospites evasi versus castra abigant equos. ὧδ' ἄφαρ—*Sic celeriter; tam concitato cursu*. ἀλλ' αἰνῶς etc. Subest suspicio eos jam insequi agmen Trojanum: species vanas timor ministrat. De αἰνῶς conf. supr. γ', 158. (540). οὔπω πᾶν εἴρητο etc. *Necdum finita erat omnis oratio cum advenerunt ipsi*. ἄρα vim habet *successionem* exprimendi; *quum illico—deinceps*. (542). δεξιῇ ἠσπάζοντο. Hoc supr. ί, 196. δεικνύσθαι, i. e. δεξιοῦσθαι, *dextra data comiter accipere*. Gratulantur reduces ob successum spemque bonam quam præ se ferebant. (544). Breves hæ et concisæ interrogationes animo singula scire cupienti optime conveniunt. ὅπως—*quomodo hosce retulistis equos? Anne agmine Trojanorum intrato? Anne alicujus Dei, se obviam ferentis, munera?* Quæ observat vs. 547. de pulchritudine eorum jam dixit Dolon—λευκότεροι χιόνος etc. 437. In 547. eodem anacolutho transit ad *rectum* ἐοικότες, quod more usitato Scholiastæ mirationi tribuunt: Conf. vs. 437. In vs. 548. immiscetur aliquid animi jactantioris—senilis vero—*Haud unquam pugnam detrecto, etsi annosus* etc. (550). ἀλλ' οὔπω —. οὐ γάρ ἐσθ' ὅπου τοιόνδ' ὄχημα χθὼν κέκευθε πωλικόν. Rhes. 620 sq. Ampliori imagine sc. Quod nondum se in acie vidisse prædicat senex, id necdum in terrarum orbe extitisse Tragicus dicit. (556). ῥεῖα θεός—. *Facile Deus, si vellet, hisce meliores dederit, Dii enim potentiores sunt. At recens advenerunt; nil mirum adeo te non prius advertisse*. Recte accipit Eustath. ἐπειὴ πολὺ φέρτεροι etc. ut epiphonema de diis. (559). τὸν δὲ σφι ἄνακτ'—. Bene Plutarchus cum verbis Diomedis ipsius supr. 243 sqq. confert. Mutuis se laudibus heroes efferunt præstantissimi. (560). δυοκαίδεκα πάντας etc. Jure reprehendit Clarke auctorem tract. de Homeri poesi, qui πάντας hic apponi πλεοναστικῶς censet. p. 329. Ed. Ernest. Verte; "non pauciores quam duodecim. Quod Latini dicunt, *duodecim ipsos*". Confert σ', 373. 470. τ', 247. Od. ί, 204. ώ, 60. Addas, β', 809. iterumque repetita θ', 58. Bene ac erudite observatum censeo—at hic aliter distingui possint verba ut sit, ἑτάρους δύο καὶ δέκα, πάντας ἀρίστους. Adi Heyne, Obss. VI. 107. (564). διήλασε, *transcendere-fecit*. Vers. vulg. rectius Schrev. *per fossam egit*. In mentem venit ἰδὸς ἱππηλασίη, supr. ή, 439. (565). καγχαλόων. Tenuiter Sch. br. χαίρων, quod statim subjicitur. καγχαλᾶν dicitur qui gaudio exultat: conf. supr. ζ', 514. Odyss. ψ', 1. De irridentibus usurpatur Il. γ', 43. Od. ψ', 59. Etymon exprimit Hesych. χαλᾶσθαι ὑπὸ χαρᾶς, quod transtulit Eustath. χαλίφρων ὑφ' ἡδονῆς γίνεσθαι. (568 sqq.) Hinc constare possit equos Diomedi, tanquam suam prædæ partem, cessisse—spolia Ulyssi; an vero sortiti fuerint,

